M. VAL.

# Martialis

EPIGRAMMATΩN

LIBRI.

ANIMADVERSI,

EMENDATI,

ET

COMMENTARIOLIS

luculenter explicati.

---

Operâ & ſtudio

THOMÆ FARNABII.

---

*Quomodo hæc Scholæ* Weſtmonaſterienſis *exemplari accommodentur, vide paginam ſequentem.*

---

LONDINI.

Excudebat *T. R.* impenſis *Roberti Stephani.*

MDCLXXIII.

## Summa Privilegii.

*REgiæ Majeſtatis authoritate cautum eſt, ne quis in regnis ſuis magnæ Britanniæ & Hiberniæ imprimat, aut alibi impreſſa in hæc regna importet aut divendat Martialis Epigrammata, Juvenalis & Perſii Satyras, Senecæ Tragœdias, Lucani Pharſaliam, Petronii Satyricon, Virgilii opera notis admarginalibus à Thoma Farnabio illuſtrata, nec non Phraſes inſigniores, Indicem Rhetoricum, Epigrammata Selecta Græco-latina, atque Ariſtotelis Ethica ab eodem edita, aut edenda; idque ad terminum viginti & unius annorum; ſub pœnâ publicationis Librorum, & mulctæ in Regio diplomate ulteriùs expreſſæ, ſi quis ſecùs fecerit abſque authoris permiſſu. Cal. Octobris.* M. DC. XXXIII.

M. VAL.

# Martialis

EPIGRAMMATΩN

LIBRI.

ANIMADVERSI,

EMENDATI,

ET

COMMENTARIOLIS

luculenter explicati.

---

Operâ & ſtudio

THOMÆ FARNABII.

---

*Quomodo hæc Scholæ* Weſtmonaſterienſis *exemplari accommodentur, vide paginam ſequentem.*

---

LONDINI.

Excudebat *T. R.* impenſis *Roberti Stephani.*

MDCLXXIII.

X871
H493

# VIRTUTIS

Juxta ac

*Stemmatis ſplendore inſignĩ*

# VIRO

VERE NOBILI

D. *ROBERTO KILLIGRÆO*,

Equiti aurato, &c.

*Ujus potius auſpiciis publicam indipiſcantur lucem lucubrationes iſtæ in Martialem, quàm cujus in fide ac clientelâ ſtetit, floruitque ille, qui, ſi mortalium alter, magna eminuit Martialis lux, Ri. Tomſonius? Tomſonius nomen memoriæ, vobis, qui Muſas fovetis, gratæ; nobis, qui Muſas colimus, ſatræ.*

*Cujus nomine quantum tibi (nobiliſſime Killigræe) atque familiæ veſtræ debeant literæ humaniores & quantum ubique eſt hominum venuſtiorum, gratis animis teſtantur omnes qui te nôrunt, qui nôrant illum. me certè vel Manes illius tibi clientem devoverunt, te mihi patronum conciliârunt. Audetque Martialis hic meus patrocinii cum tanto viro communione dignatus, non ſine aliqua jam genii ſui fiducia vitam ſperare vitalem, & quodammodo vindicias ſibi ſecundum immortalitatem pronunciare. Quam virtutibus tuis (quas mihi fuſiori orationis filo pertexere geſtienti reclamitat verecundia tua, moleſtiamque redarguit quod ego officii duxeram) meritiſſimè debitam, tibi V.C. ex animo, qui in æternum uſu mancipioque tuus, vovet qui eſt, erit uſque*

Virtutum tuarum

cultor religioſiſſimus

*THO. FARNABIUS.*

# *M. Val. Martialis*

# VITA

## *ex Petro Crinito.*

M. Valerius Martialis genere Hiſpanus fuit, Bilbili natus haud ignobili oppido Celtiberiæ: ut veteres auctores tradunt: & ipſe Martialis cum pluribus locis demonſtrat: tum maximè his verſibus ad Licinianum municipem ſuum.

*Vir Celtiberis non tacende gentibus,*
*Noſtræque laus Hiſpaniæ,*
*Videbis altam, Liciniane, Bilbilim*
*Equis & armis nobilem.*

Sub primam ætatem profectus eſt ad urbem Romam: quo facilius in literarum ſtudio verſari poſſet: ſuumque ingenium erudire. Sed cum agendis cauſis minime ſe idoneum videret, omnem operam atque diligentiam retulit ad ſcribenda Epigrammata: in quibus magnopere excelluit judicio veterum. Maximè autem valuit in promerendis ſibi atque conciliandis hominum ſtudiis: adeo urbanitate & ſalibus præſtitit. Relata ſunt à C. Plinio permulta

permulta de ingenio & eruditione Val. Martialis : quibus satis colligere possumus quanti fecerit hunc ipsum poetam, quantumq; illius versibus oblectari consuevit. Sic enim scribit. *Fuit Martialis ingenio acri, & qui plurimum in scribendo & salis haberet & fellis : neque candoris minus.* Itaque minimè mirari oportet ; si Ælius Verus Imperator ( qui Cæs. Hadriano gratissimus fuit ) solitus est singulari affectu prosequi lepores atque jocos poetæ Martialis, suumque Virgilium vocare. Neque dubium est illum Romæ publicis honoribus ornatum atque honestatum fuisse. Nam equestri dignitate donatus est, & prætura, & jure trium liberorum : ut ipse de se testatur. Libros XII. Epigrammaton composuit miro ingenio & singulari urbanitate : quibus adjecit Xenia & Apophoreta libellis duobus absoluta. In his secutus est Marsum poetam, Pedonem, atque Getulicum : quorum exemplo seipsum tuetur : ac lascivam verborum licentiam excusat. Valerium quoque Catullum & Licinium Calvum plurimi fecit : quòd in hoc scribendi genere insignes habiti sunt. In duodecimo libro Nervæ atque Trajano Imperat. blanditus est, damnatis temporibus Domitiani Cæs. Ad eundem refertur Spectaculorum liber : qui extra ordinem aliorum habetur à nostris grammaticis : ut vetusti codices probant. Inter amicos præcipuè habuit Stellam Patavinum, Decianum, Silium Italicum, Val. Flaccum, Parthenium, aliosque complures, ad quos sæpenumerò scribit. Stertinius vir clarissimus ( quem Martialis mutato nomine Avitum appellat ) tantum concessit ipsius ingenio atque doctrinæ ; ut viventi adhuc illi imaginem more veterum in sua bibliotheca posuerit. Postremò cum Martialis foret provectior, tædio rerum urbanarum affectus in patriam rediit, atque in natali solo paulo post interiit : non sine lacrymis ac magno mœrore C. Plinii : ut ingenuè testatus est, scripta epistola ad Cor. Priscum.

# Typographus Lectori S.

QUanti ſit inter authores claſſicos momenti *M. V. Martialis* Epigrammatiſta pauci ignorant, qui vel primoribus labris poëſin Latinam deguſtârunt. Certè nemo feliciori acumine lectorem unquam pupugit. Nemo ritus & conſuetudines urbis lepidè magis, & magis argutè perſtrinxit. Talem hunc eſſe Poëtam omnes novimus, qui, & prodeſſe poteſt & delectare, dum ſalibus ſuis recreat eademq; operâ menti ingerit, tum morum antiquorum, tum etiam doctrinæ Ethicæ non contemnenda ſpecimina. Veruntamen illud, Ethnico & inter Romæ tunc orbis Dominæ luxurias educato, condonandum, quòd pagina ei juſto laſcivior erat, nec tam jocos quam veneres ſæpenumero affectabat. Auribus ſanè & oculis Chriſtianis hæc minus congrua, ut Ludimagiſtris ferè ambiguum eſſet an tanti authoris ingenio frui gratius, an luſibus parum verecundis carere tutius haberetur. Subvenit huic malo admodum opportunè Cl. & Reverendus Vir D^us^ Rich. Busby, S. Th. P. Scholæ

*Scholæ Weſtmonaſterienſis archididaſcalus, longâ præfecturâ clarus, & virorum in omni doctrina genere præſtantium frequenti educatione celebris. Cujus operâ caſtigatus tandem prodiit ſcriptor noſter, qualemque vel tenerrimæ aures ſine rubore ferre poſſent. Quia tamen vir Reverendus ſola edidit epigrammata nullo Commentario illuſtrata, illa potius Scholæ tanto genio animatæ, quam aliis quæ ubique extruuntur gymnaſiis accommodari ſentimus. Itaque ex re fore arbitramur Commentatorem noſtrum totâ Europâ celebrem, magnaque tum apud noſtrates, tum apud exteros fama, caſtigatiori tanti viri editioni aptare, & unà cum epigrammatis vel epigrammatum verſiculis minus caſtis, etiam explicationes ipſas damnare. Hoc facto opus erat pleriſque ſaltem hujus regni phrontiſteriis. Forte nec Weſtmonaſterienſi ingratum erit, quum & facilitari adoleſcentibus in re poëticâ progreſſum, & ſimul conſervari modeſtiam intellexerit. Porrò Lemmata quædam obſcura, & à ſenſu Epigrammatis aliena, commutari, & in eorum locis dilucidiora ſubſtitui, paulò item fuſiora quibuſdam, ad exemplaris Weſtmonaſterienſis normam præponi, curavimus. Qualis qualis demum ſit hujus operis editio, Tibi Lector jure dicatur, penes quem & tui, & mei lucri arbitrium eſt,*

Vale.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER I.

### Epiſtola ad Lectorem.

*Spero me ſecutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non poſſit, a quiſquis de ſe bene ſenſerit, cum b ſalva infimarum quoque perſonarum reverentia ludant; quæ adeo c antiquis auctoribus defuit, ut nominibus non tantum d veris abuſi ſint, ſed etiam e magnis. At mihi fama f vilius conſtet, & g probetur in me noviſſimum ingenium. Abſit à jocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres, nec epigrammata mea h ſcribat. Improbè, facit qui in alieno libro ingenioſus eſt. Videor mihi meo jure facturus, ſi epiſtolam verſibus clauſero.*

a Quiſquis ſibi bene conſcius nihil ad ſe pertinere ſuſpicabitur quæ ego ſub nominibus fictis reprehendo.

b 33 Ep. 10. l. nov. c.

c Lucilio qui Metellum Lupum. Mutium nominatim ſecuit: Catullo qui Mamurram: Memmio Scepſio, Ortalicio & aliis. d Proprna. ego a fictis & ſuppoſitis.

e Magnatum. f Quam ut innoteſcere velim, famamque aucupari ex aliorum infamia, quod fecerunt veteres illi. g Famæ alieni nominis ingenii mei famam poſtpono. Aliis parco, alios revereor, alios laudo, minimum laudis quæro ex ingenio meo, huic, ſi qua debetur, omnium noviſſime detor laus. *vel* probetur in me ſimplicis candidique ingenii novum hoc commentum quo vitia carpens perſonas taceam. h Nova interpretatione ſua faciat, aliter atque ego qui ſcripſi intelligat. *Perſium non curo legere, Lælium, Decianum volo, Naſonem volo non polypoſum.* Nannio 9. l. c. 4. *Accuſet.*

## *Ad eundem.* I.

*a* Se calamo digitoque commonſtrat Poeta 5.l.23.ep. & l.10.ep.9. *b* Epigrammatis (quod eſt poema breve, cum ſimplici cujuſpiam rei, perſonæ, vel facti indicatione, aut ex propoſitis aliquid deducens, Jul. Scal. 3. l. Poet. c. 125.) virtutes duæ ſunt, Brevitas & Argutia, quibus venuſtatem addas. 7.l.21.Ep. & Ep.52.l.12.2. *c* *Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.* Ep.13.l.5.

*a* HIC eſt quem legis, ille quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis.
*b* Argutis Epigrammatôn libellis:
Cui, Lector ſtudioſe, *c* quod dediſti
Viventi decus, atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent poetæ.

## *Ad eundem.* II.

*a* Comites ſc. facundos, qui pro vehiculo ſunt in via. Ut habet Mimus. *b* Ingentia librorum volumina ſcriniis reponantur, meus hic libellus ἐγχειρίδιον eſt. *c* Docti viri, mancipia, quorum operam & fidem in ſtudiis libitive exſcribendis probaſſent, manumiſerunt, ut ſui aliquando juris eſſent. *d* Ita Scriverius, ne nuda patroni patria apponeretur ſine nomine, cum antea legeretur, *Secundum*. *e* Ad pacis templum, & Palladium ceu Tranſitorium forum in quarta urbis reg.

QUi tecum cupis eſſe meos ubicunq; libellos,
Et *a* comites longæ quæris habere viæ;
Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis:
*b* Scrinia da magnis, me manus una capit.
Ne tamen ignores ubi ſim venalis, & erres
Urbe vagus totâ: me duce certus eris.
*c* Libertum docti Lucenſis quære *d* Secundi,
*e* Limina poſt Pacis, Palladiumque forum.

## *Ad librum ſuum.* III.

*a* Bibliopolarum tabernas in Argileto imo, in 11. Regione urbis. *b* *Romanorum rerum dominorum*, ut Ep. 120 l.14. *c* Cenſuræ judiciique notus ex oculis, vultu, nutu, ſupercilio, cæteriſque motibus perſpectus, ipſum faſtidium. *d* Romani marte oriundi. *e* Sonantiores ſannæ & irriſiones nuſquam ſunt quam Romæ. *f* Ut dextra fidei, genua miſericordiæ, ſupercilium gravitati & faſtui, &c. ita naſus irriſioni dicatus, cenſuræ & acri judicio. 2.ep.13.l. & paſſim apud autores. *g* Cui ingens, cornu munitus, validus naſus. Spectac. lib. ep. 12. *h* Ab auditoribus acclamatum recitanti σοφῶς, ϑαύμως, μεγάλως, *Pulchre, bene, recte! Euge, bella! Facete, laute, lepide, nihil ſupra!* Sidonius Apollin. l.1. *Ad ſophos meum*, &c. *Ob hoc illi maximum ſophos*, &c. *i* Dum captas approbationes, quis veteres amplexu & baſiis atteſtabantur. *k* Excipient te quidem gremio, ſed ut te ſago in ſublime jactent per ludibrium & procacitatem, ut ſolent canes excipere, quod ab Orbone factitatum refert Sueton. 2. c. Gal. *Berner.* Angl. **Toſs in a Blanket.** quod Græcis παλμὸς dicitur, Latinis *ſagatio*. exprobatque illi famæ cupiditatem qui ad aſtra tolli velit, vel ad Rhinocerotis naſum reſpicit; quo urſum ceu urum in aſtra tulit. lib. ſpect. ep. 13.

*a* Argileianas mavis habitare tabernas,
Cùm tibi, parve liber, ſcrinia noſtra vacent?
Neſcis, heu, neſcis *b* dominæ *c* faſtidia Romæ:
Crede mihi, nimium *d* Martia turba ſapit.
*e* Majores nuſquam ronchi: juveneſque ſeneſque
Et pueri *f* naſum *g* Rhinocerotis habent.
Audieris cum grande *h* ſophôs, *i* dum baſia captas,
*k* Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.

Sed

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON. LIBER. I.

## Epistola ad Lectorem.

*Spero me secutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit,* a *quisquis de se bene senserit, cum* b *salva infimarum quoque personarum reverentia ludant; quæ adeo* c *antiquis auctoribus defuit, ut nominibus non tantum* d *veris abusi sint, sed etiam* e *magnis. At mihi fama* f *vilius constet, &* g *probetur in me novissimum ingenium. Absit à jocorum nostrorum simplicitate malignus interpres, nec epigrammata mea* h *scribat. Improbè, facit qui in alieno libro ingeniosus est. Lasciviam verborum* i *licentiam, id est, Epigrammaton linguam excusarem,* k *si meum esset exemplum: sic scribit* l *Catullus, sic* l *Marsus, sic* l *Pedo, sic* l *Getulicus, sic quicunque perlegitur. Si quis tamen* m *tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla pagina* n *Latine loqui fas sit, potest Epistola, vel potius* o *Titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur, qui solent spectare* p *Florales. Non intret* p *Cato theatrum nostrum; aut si intraverit, spectet. Videor mihi meo jure facturus, si epistolam versibus clausero.*

a Qui quis sibi bene conscius nihil ad se pertinere suspicabitur quæ ego sub nominibus fictis reprehendo.

b 33. Ep. 10. l. not. t.

c Lucilio qui Metellum, Lupum, Murium, nominatim tecuit: Catullo qui Mamurram: Metrodoro Scepsio; Octavio & aliis.

d Proprius ego, a fictis & suppositis.

e Magnatum.

f Quum immeritò velim famam quæ aucupari ex aliorum infamia, quod fecerunt veteres illi.

g Famæ alieni nominis ingenii mei famam postpono. Aliis parco, ali s revereor, alios laudo, minimum laudis quæro ex ingenio meo, huic, si qua debetur, omnium novissime detur laus. *h* *l* probetur in me simplicis candidique ingenii novum hoc commentum: quo vitia carperis personas taceam. *h* Nova interpretatione sua faciat, aliter a quo ego quicquid intelligit. *Persium non curo legere, Lælium, Decianum volo, Nasonem nolo non polypotum.* Nonnio 9. l. c. 4. *Accessit.* *i* Locutionem apertam quæ ligonem ligonis nomine designat. Plin. 14. ep. 4. l. nuda verba. Cui linguæ non mirus at stnendum epigrammatario quam medico: hic n. corpus, ille animum sanare vult. Morti itaque & vitia propriis nominibus designanda. Scrip. veritatem. *k* Si ego jam primus hoc facerem nec alii ante me fecissent. Bodlerianus MS. scripsit. *l* Epigrammatographus. Sidon. 9. carm. Gyrald. vit. Poet. & noster sæpe infra. *m* Supra modum & affectate tristis. *n* Simpliciter, aperte, sine ambage aut fuco. Ita Cic. 6 Ver. *Latine me scire non accusatorie loquor.* Porro Latini simplices & ingenui habebantur. *o* Libr. epigrammaton, quorum linguam lasciviam & licentiosam esse oportet ut supra, *i*. *p* Jure opt. & judicio max. Tetr. st chon hoc, quid in aliis ed. tertiam usurpavit sedem, loco suo redonavit Cl. Scriverius ex codice MS. Bodlerianii: in qu Epistolæ pediss qua est inscriptio. *Id. ad Catonem Epigr. &c.*

## *Ad eundem.* I.

*a* Se calamo dignoque commoditrat Poeta c.l.23. ep. & l.10.ep 9.

*b* Epigrammatis (quod eſt poëmatis brevis, cum ſimplici cujuſpiam rei, perſonæ, vel facti indicatione, aut ex propoſitis aliquid deducens, Jul. Scal. 3. l. Poet. c.125.) virtutes duæ ſunt, Brevitas & Argutia, quibus veluſtatem addas. 7.l 21.Ep. & Ep.52.l.12. 2.

*a* HIc eſt quem legis, ille quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
*b* Argutis Epigrammatôn libellis:
Cui, Lector ſtudioſe, *c* quod dediſti
Viventi decus, atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent poetæ.

*c* *Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.* Ep.13.l.5.

## *Ad eundem.* II.

*a* Comites ſecundos. qui pro vehiculo ſunt in via. *Ut habet Mimus.*

*b* Argentea librorum volumina ſerinis reponuntur, meus hic libellus ἐγχείδιον eſt.

*a* QUi tecum cupis eſſe meos ubicunq; libellos,
Et *a* comites longæ quæris habere viæ;
Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis:
*b* Scrinia da magnis, me manus una capit.
Ne tamen ignores ubi ſim venalis, & erres
Urbe vagus totâ: me duce certus eris.
*c* Libertum docti Lucenſis quære *d* Secundi,
*e* Limina poſt Pacis, Palladiumque forum.

*c* Docti viri, mancipia, quorum operam & fidem in ſtudiis libriſve exſcribendis probaſſent, manumiſerunt; ut ſui aliquando juris eſſent. *d* Ita Scriverius, ne nuda patroni patria apponeretur ſine nomine, cum antea legeretur, *Secundum.* *e* Ad pacis templum, & Palladium ceu Tranſitorium forum in quarta urbis rg.

## *Ad librum ſuum.* III.

*a* Bibliopolarum tabernas in Argileto imo, in 11. Regione urbis.

*b* *Romanorum rerum dominorum.* ut Ep. 120. l.14.

*c* Cenſuræ judiciique notas ex oculis, vultu, nutu, ſupercilio, cæteriſque motibus perſpectas, ipſum faſtidium. *d* Romani marte oriundi. *e* Sonantiores ſannæ & irriſiones nuſquam ſunt quam Romæ. *f* Ut dextra fidei, genua miſericordiæ, ſupercilium gravitati & ſtudi, ſic naſus irriſioni dicatus, cenſuræ & acri judicio. 2. ep. 13. l. & paſſim apud autores. *g* Cui ingens, cornu munitus, validus naſus. Spect.c.lib.ep.12. *h* Ab auditoribus acclamatum recitanti σοφῶς, χαριέως, μεγαλέως, *Pulchre, bene, facete! Eugebelle! Facete, laute, lepide, nihil ſupra!* Sidonius Apollin. l. 1. *Ad ſophos meum,* &c. *Ob hoc illi maximum ſophos,* &c. *i* Dum captas approbationes quas veteres amplexu & oſculis atteſtabantur. *k* Excipient te quidem gremio. Sed ut te ſago in ſublime jactent per ludibrium & procacitatem, ut ſolent canes excipere, quod ab Orbone factitatum refert Sueton. 2. c. Gall. *Berner. Angl.* **Toſs in a Blanket**, quod Græcis παλμὸς dicitur, Latinis *Sagatio.* Exorat ratque illi famæ cupiditatem qui ad aſtra tolli velit: vel ad Rhinocerotis naſum reſpicit, quo ursum ceu urum in aſtra tulit. lib. ſpect. ep. 19.

*a* Argileteanas mavis habitare tabernas,
Cùm tibi, parve liber, ſerinia noſtra vacent,
Neſcis, heu, neſcis *b* dominæ *c* faſtidia Romæ:
Crede mihi, nimium *d* Martia turba ſapit.
*e* Majores nuſquam ronchi: juveneſque ſeneſque
Et pueri *f* naſum *g* Rhinocerotis habent.
Audieris cum grande *h* ſophôs, *i* dum baſia captas,
*k* Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.

Sed

Sed tu, ne toties *l* domini patiare lituras,
Néve notet luſus *m* triſtis *n* arundo tuos;
*o* Ætherias, laſcive, cupis volitare per auras?
*p* I, fuge; ſed poteras tutior eſſe domi.

*l* Emendantis & ad limam revocatis. *m* Severa cenſoria. *n* Calamus ſcriptorius: ep.38.14.l. *o* Prodire in vulgus geſtis verſarique in hominum manu: imo jactaberis in aſtra, ut ſupra not. K. p. *Epitrope Sarcinæ.*

## ¶ *Ad Cæſarem.* IV.

COntigeris noſtros, Cæſar, ſi fortè libellos,
*a* Terrarum Dominum pone *a* ſupercilium.
*b* Conſuevere jocos veſtri quoque ferre triumphi;
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.
Qua *c* Thymelen ſpectas, *d* deriſoremq; Latinum;
*e* Illà fronte precor carmina noſtra legas.

*a* Sepone Cæſaream majeſtatem, Imperatorium gravitatem, ſeveritatem, Cenſoriam. Vide not. ſ. ſupra ep.3. *b* Namque & vos imperatores in triumphis patienter ferre ſoletis dicteria & ſcommata militum vobis alternis carminibus convicientium: vide ep.7.l.7. & Sueton. Jul. c.49. & Dionem l.43. *c* Mimam ſaltatricem, ab Orcheſtræ pulpito quod Σύριον vocatur, nominatam, Latini uxorem. Juven. I. S.36 v. *d* Mimum Domitiano charum. Suet. Domit. c.15. & epigr. 23. l. 9. b. Ang. Politiani lib.7. ep. ad Guarinum. *e* Hilari, ſerena, facili.

## *Ad ſeipſum ſub perſona Cæſaris.* V.

DO tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:
Vis puto cum libro, Maree, natare tuo. (bis:

Ex perſona Domitiani offenſi intempeſtiva poetæ (epigrammata ſua Cæſari dum naumachiam pararet offerentis) interpellatione. & exitium poetæ carminibuſque in aquas abjectis minati: vide ep.67.l.3. & 52.l.5.

## * *De Ieone Cæſaris.* VI.

*a* AEtherias aquilâ *b* puerum portante per auras
Illæſum *c* timidis unguibus hæſit onus:
Nunc ſua *d* Cæſareos *e* exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
*f* Quæ majora putas miracula? ſummus *g* utrique
Auctor adeſt: hæc ſunt Cæſaris, illa Jovis.

* MS. B. De aquila & puero. *a* Domitiani leones lepori parcentes antefert Jovis aquilæ Ganymedem rapienti. vide ep.15.infr. & 23.39. 42. & 45.53. *b* Ganymeden Troïs fil. 88. *c* Solicitis ne puer excideret vel læderetur, ſic ep.87. *timidos tenere dentes.* *d* A Cæſare exhibitos. *e* Ne lædatur lepus impetrat. *Serv.* manſueſcit. *f* Certe hæc ſunt majora, quod leoni magis propria præda ſit lepus, quam aquilæ puer. & conſequenter Domitiani hoc miraculum majus quam illud Jovis. *Adulatoris*, g. Al. *utriſque.*

## *Ad Catonem.* VII.

CUr in Theatrum Cato ſevere veniſti?
An ideò tantùm veneras, ut exires?

Floralia in honorem Floræ meretricis deæ factæ, agebantur a meretricibus veſte exuta: omni cum verborum licentia motuumque obſcœnitate, quorum ſpectandi gratia Theatrum ingreſſo Catone, populus ut mimæ nudarentur poſtulare erubuit, cujus rei cauſam cum ex Favonio latus ſuum tegente cognoviſſet, diſceſſit e Theatro. V. Max. 2.l. 10.cap. Sen.97.ep.

## *Ad maximum, de columba Stellæ.* VIII.

SStellæ *b* delicium mei columba,
*c* Veronâ licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tantò Stella meus *d* tuo Catullo.
Quantò passere major est columba.

*a* Carmen, quo Aruntius Stella Patavinus, elegiographus Hiantidis suæ (ep. 19. l. 6.) columbam deflevit, tanto superat carmen 2. & 3. Val. Catulli Veronensis de nequitia morteque passeris suæ Lesbiæ, quanto passere major est columba. *b* Imit. Catulliana: *Passer deliciæ meæ puellæ. Ut mox Tanto passerem ocn. poeta: Quanto*, &c. *c* Ipsa Catuli patria. *Ener.* *d* Concivi forte, vel quem admirari solebat hic Mox.

## ¶ *Ad Decianum.* IX.

QUòd *a* magni Thraseæ, *b* consúmatiq; *c* Catonis
*d* Dogmata sic sequeris, *e* salvus ut esse velis;
Pectore nec nudo strictos incurris in enses;
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
*f* Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

*a* Thraseæ Pœti constantis viri imo virtutis ipsius, inquit Tacit. 16. Annal. Suet. Ner. Arrian. Epict. 1. l. 1. c. &c. qui a Nerone jussus morialaeriter venas incidi jussit, sanguinem libans Jovi liberatori. *b* Omnibus numeris absoluti viri. Stoici perfectissimi. *c* Qui ne Cæsarem victorem videret, se Uticæ interfecit. Cui hinc cognomen Uticensis. infra ep. 77. n. h. *d* Placita & decreta Stoica. *Mortem esse admanum portum & libertatem a miseriis* &c. *e* Ut tamen nolis tibi mortem conscisceres, quod fecerunt illi. Alii leg. *talis ut esse* v. i. eorum similis. *f* Nolo virum qui molliter & desperanter ad mortem quasi remedium confugiat, hunc volo qui mala fortiter toleret perferatque. τὸ δ' ὑπομένειν, φύσεως πρᾶξις, &c. Arist. Nicom. 3 7. vide ep 58. l. 2. & 37. l. 11. & Eurip. Herc. Fu. act. 5. Εσκεψάμην ἢ καὶ πρὸ τῶν κακῶν θανεῖν, &c.

## *In Cottam.* X.

BEllus homo & magnus vis idem, Cotta, videri;
*a* Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

*a* Est n. Bellus dim. a bonus pretty.

c. 6. l. 2. & 3. l. ep. 53. quod de bono magnoque non dicitur. Bellus item dicitur, qui placenter & ad voluntatem loquitur, quod pusilli animi est. 44. ep. l. 10. vid. & ep. 34. l. 12. Forte & hic Cotta πτωχαλαζὼν, qui pauper cum esset, dives haberi voluit.

## *De Gemello, & Maronilla.* XI.

PEtit Gemellus nuptias Maronillæ.
Et cupit, & instat, & precatur, & donat.
Adeóne pulchra est? immò fœdius nil est.
*b* Quid ergo in illa petitur & placet? *c* tussis.

*b* MS. B. *Quid bzitur in illa appetitur & placet? tussis.* *c* Hinc Phthisicam esse conjicit, speratque se brevi elaturum. Vide lib. 2. ep. 23. legitur & *tussit.*

In

## *In Sextilianum.* XII.

CUm *a* data sint equiti bis quina numismata,
*b* Bis decies solus, Sextiliane, bibis? (quare
Jam defeciſſet portantes *c* calda miniſtros,
Si non potares, Sextiliane, *d* merum.

*a* Ad viatur & tæſſeria ſinguli Equitibus in ſpectaculis deſidentibus data ſunt 10 nummi, Seſtertii ſc. Seſtertius autem continet Aſſes $2\frac{1}{2}$ unde Figura IIS. noſtræ monetæ valet 1d.ob.q. q. quem geminat victoriatus. 3d.ob.q. & hunc denarius 7d.ob. omnes argentei. *b* Vicies, bis denis vicibus quorum viginti 10 nummos ſorte excedit. Vel viginti IIS. non a decies nummum (ut exponunt quidam). i. 2 coo. Seſtertia. *c* Aqua calida ad virum temperandum. Lipſ. Elect. 1. c. 4. Vide & H. Salmuth ad Pancirolum. c. De cibi capiendi modo veterum. p. 538. *d* Vinum non dilutum. vide ep. 25. infra.

## *De Regulo.* XIII.

ITur ad *a* Herculei gelidas quà *b* Tiburis arces,
*c* Canaque ſulphureis Albula fumat aquis;
*d* Rura, nemuſque ſacrum, *e* dilectaq; jugera Muſis
Signat vicinâ *f* quartus ab urbe *f* lapis:
Hîc *g* rudis æſtivas præſtabat porticus umbras,
Heu quàm pœnè novum porticus auſa nefas!
Nam ſubitò collapſa ruit, cùm mole ſub illâ
*h* Geſtatus bijugis *i* Regulus *k* eſſet equis.
Nimirum timuit noſtras fortuna querelas,
*l* Quæ par tam magnæ non erat invidiæ.
*m* Nunc & damna juvant: ſunt ipſa pericula tanti:
*n* Stantia non poterant tecta probare deos.

*a* Herculem deum tutelarem colentis. de Herc. Tiburtini bibliotheca. A. Gel. 10. 5. *b* Op. ad 17. lapidem ab urbe Roma. *c* Ad planiciem Tiburi ſubjectam ſcaturiunt aquæ gelidæ quæ a colore lacteo quem a venis habent ſulphureis Albulæ dicuntur. Vitruvius l. 8. c. 2. *d* Villam Reguli. *e* Reg. ſc. oratoris, docti itaque Muſarum clientis. *f* Σημεῖα miliarium totidem. videtur autem ex ep. 25. l. 7. fuiſſe inter 3. & 4. lap. *g* Inculta, immorata Patrum. Eadem que ruinoſa. *h* In gelidis hiſce porticibus geſtati veteres ſoliti effedo junctis mulis. Juvenal. 4. Sat. 5. v. & 7. S. 108. *k* animi vel valetudinis cauſa. *i* Hic fuit Reg. ille quem Plinius 5. epiſt. 2. l. Regem improborum & bipedum nequiſſimum appellavit, quem tamen poeta palpat. *k* Jamque exceſſiſſet. *l* Ut quæ communem deſiderantium quærentiumque ſi Regulum oppreſſiſſet, invidiam diram ferendo non eſſet. *m* Hæc quidem damna fluctui nobis & voluptati ſunt, hæc pericula vel magno precio ſubeunda, quæ argumento ſint nos eius curæ eſſe, ut in Regulo ſervato deorum providen tiam agnoſcamus. *Stellæ ita ſuperis labor eſt, ea a ra quietos Solicitat.* *n* Sed ruentia mox ut Reg. evitari deſint, deorum providentiam & bonitatem arguunt. vide ep. 71. infra Θεοσεβεια.

## ¶ *De Arria & Pæto.* XIV.

*a* CAſta ſuo gladium cùm traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit;
*b* Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

*a* Cæcinæ Pæto, qui in partibus Scriboniani contra Claudium fuiſſet, ad mortem adacto, uxor Arria extractum e ſuo vulnere pugionem marito porrexit, cum voce: *Non dolet.* Tacit. An. 16. Dio. 60. l. Plin. 3. l. 16. epiſt. egregie. *b* Tu mihi vita mea mihi charior.

## *De leone Cæſaris.* XV.

Domitianum ſe Dominum ac Deum noſtrum appellari volentem poeta palpans Jovi componit, imo præfert, ſumpta occaſione a leonibus qui lepori per rictus eorum diſcurrenti pepercíſſent. Quod Imperatori ſuo ſubjicit. leones ſunt. ſupra 6. ep.

DElicias, Cæſar, luſúſque jocoſque leonum
Vidimus: hoc etiam præſtat arena tibi;
Cum prenſus blando toties à dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Unde poteſt avidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen eſſe tuus dicitur; ergo poteſt.

## ¶ *Ad Julium.* XVI.

* Tranſcriptus hic verſus ab Ovid. 4. eleg. 1. Triſt.

*b* Veteris & probatæ amicitiæ, per annos 34. fides vid. ep. 30. l. 12.

*c* Pœne jam ſexagenarius es. Romanos a conſularibus numeraſſe faſtis notum eſt.

*d* Reliquæ vitæ tibi jam ſexagenario: vel, prætereà, cum tibi ærumnis curiſque diſtracto perpauci illuxerint dies felices & hilares. quippe ζῆν Epicuris ſonet nitide & delicate vivere. τὸ ζῆν ἔστι μοι, τί θέλει; B. τὸ πίνειν, &c. Ariſtoph. *e* Non prudenter feceris differendo voluptates in futurum tempus quod incertum eſt. *f* Invicem connexi. tibi *Finis alterius mali gradus eſt futuri*. *g* Al *remeant*. *h* Vindica, ſupinis manibus accipe, obviis ulnis amplectere. *i* Etiam dum capeſſis & amplexaris.

O Mihi poſt nullos Juli memorande ſodales;
Si quid *b* longa fides, canaque jura valent.
*c* Bis jam pœnè tibi conſul trigeſimus inſtat,
Et numerat *d* paucos vix tua vita dies.
*e* Non benè diſtuleris, videas quæ poſſe negari;
Et ſolum hoc ducas, quod fuit, eſſe tuum.
Exſpectant curæque *f* catenatique labores,
Caudia non *g* remanent, ſed fugitiva volant.
Hæc utráque manu *h* complexuque aſſere toto;
Sæpæ fluunt imo *i* ſic quoque lapſa ſinu.
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, Vivam.
Sera nimis vita eſt craſtina; vive hodie.

## *Ad Avitum de Libro.* XVII. (plura.

Modeſte & per jocum librum excuſat quaſi ex bonis & malis epigrammatis compactum. *Tamen æquus Judex compenſet vitiis bona; pluribus hiſce (Si modo plura vitia bona ſunt) ignoſcimus.* ſic infra 40. ep. & l. 2. ep. 7.

SUnt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala,
Quæ legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

## *Ad Titum.* XVIII.

Epigrammatis vita eſt in ambiguitate ſita. *a* —— *Magna res eſt* (inquit Titus) fructuoſa ſc. tibi & reip. emolumento, ſi te a literis poeſi ad causas agendas trameras: & *b* —— *magna res* (invertit poeta) utilis ſc. eſt agricultura, neque tamen circularis ille & improbus labor, ut fructuoſus, mihi arridet. nedum hic torpeſis. Alii ultimum verſum interroga orie legunt. q. d. Illane res magni eſt, quam quis ab aratro protractus exercere poſſit e robuſto colono ſtrenuus rabula inde factus? *Quodlibet e poſſe quilibet eſſe poteſt. ep. 13. l. 5.*

COgit me Titus actitare cauſas,
Et dicit mihi ſæpè. *a* magna res eſt.
*b* Res magna eſt, Tite, quam facit colonus.

## *Ad Tuccam.* XIX.

QUid te, tucca, juvat *a* vetulo miſcere Falerno
*b* In Vaticanis condita muſta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi peſſima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali? (num,
*c* De nobis facile eſt: ſcelus eſt *d* jugulare Faler-
Et dare *e* Campano *f* toxica ſæva mero.
Convivæ meruêre tui fortaſſe perire:
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

*a* Quod annos ferat vivatque, laudato.
*b* Vile & peſſimæ notæ vinum e colle Vaticano qui Janiculo conterminus.
*c* Nos jugulare tibi forte pro levi eſt.

*d* Inſuſo Vaticano Falernum occidere. *Martyr.* ſublato vini calore animali (quam ab anima vitis habet) in acetum vertere, quod & bibentes jugulare videtur. ep. 43. l. 10. & 12. l. 45. ep. *e* Falerno e Campania. *f* Vaticana quæ & ep. 71. l. 6. venenum appellat. toxicum autem a taxo venenata arbore, vel arcus, tela, quæ barbari veneno tingunt. Ὀφὶ τὰ τόξα

## *Ad Æliam.* XX.

SI memini, fuerant tibi quatuor, Aelia, dentes:
*g* Exſpuit una duos tuſſis, & una duos.
Jam ſecura potes totis tuſſire diebus;
Nil iſtîc, quod agar, tertia tuſſis habet.

Vide ep. 34. l. 2. & 64. ep. l. 3.
*g* MS. Bodl. *Expulit.*

## *Ad Cæcilianum.* XXI.

DIc mihi quis furor eſt? tu, bâ ſpectante *a* voca-
Solus *b* boletos, Cæciliane, voras? (tâ,
*c* Quid dignum tanto tibi ventre, gulâq; precabor?
*c* Boletum, qualem Claudius edit, edas.

*a* Convivis invitatis.
*b* Fungorum genus nobiliſſimum, noviſſimum gulæ irritamentum, & ut jocatus eſt Nero, *cibum Deorum.* Namque venenato bolo Agrippina Claudium Cæſ. extinxit, qui deinde Imperatorum Rom. more conſecratus eſt, & in Divorum numerum relatus. *Vilibus anelpitos fungi ponentur amicis, Boletus domino: ſed qualem Claudii ſ. edit,* &c. Juven. 5. ſat. 12. 13. 14. Suet. Claud. 44. c. Dio. l. 7. hinc & Senecæ ἀποκολοκυντωσις. *c* Scriv. *Quid dignum tanto ventri ſque gulæque precabor?* Ita & MS. Boul. niſi quod libratius prave ſcripſerat *veneri.*

## ¶ *De Mucio Scævola.* XXII.

CUm *a* peteret *b* regē decepta *c* ſatellite *d* dex-
*e* Injecit *f* ſacris le peritura *f* focis. (tra,
Sed tam *g* ſæva *g* pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis juſſit abire virum.

*a* ὥρμησε, aſſaulted. aſſaſſinated.

*b* Porſenam, hiſtoriæ nota ex Livio 2. Halicarnaſſeo 5. Val. Max. 3. l. c. 2. Sen. ep. 66. *c* Scriba, quem, pari cum rege ornatu ſedentem, regem credidit. *d* Mucii Scævolæ. *e* Al. *Ingeſſit.* *f* Accenſo ad ſacrificium foculo. *g* Epitheta *ſæva* & *pius* per Hypallagen tranſpoſita tulit Ramirefius. ſignata potius & ad rem accommodata arbitror, ut porſena tanta viri conſtantia attonitus ex ſævo hoſte pietatem indueret, Mucio ad ſuos remiſſo.

Urere

Urere quam potuit contempto Mucius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit,
Si non eraſſet, fecerat illa minus.

b Acclamatio epigrammatis encomiaſticis ſolennis. Majorem ſc. laudem meretur conſtantia ultrix manus errantis, quam tanti facinoris fiunciatis inceptio. Vide ep. 30. l. 8. & 25 10. l.

## *De leone Cæſaris.* XXIII.

a Vide ep. 6. & 15. ſupra. Hic autem Domitiano adulatus magnanimitatem & generoſum pectus tribuit, quali in minores prædas ſupplices & jacentes ultuntur leones. *Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni*, &c. *At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi.* Ov. 3. Triſt. 5. el. b Reſpicit ad naturam leonum, qui unguium mucrones in pedum quaſi vaginas recondito incedunt ne hebetent retringantve Plin. 15. 8. Solinus 30. c. c Spernit aquila muſcas, leo lepores, Domitianus Dacos, qui hac tempeſtate a Domitiano cuperant deficere. d Leonis.

a QUid nunc ſæva fugis placidi lepus ora leõis?
Frangere tam parvas non didicere feras.
b Servantur magnis iſti cervicibus ungues,
c Nec gaudet tenui ſanguine tanta fitis.
Præda canum lepus eſt d vaſtos non implet hiatus:
Non timeat Dacus Cæſaris arma puer.

## ¶ *Ad Fauſtinum.* XXIV.

a Quod probent Græci ac * Latini. Cecropa, Athenarum conditor: Pandion inſtaurator, arces in tutela Palladis Athenarum præſidis. b Non prætereant i. omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora a ſuffragiis quæ in tabulas cereas referebantur per puncta: e quibus plurimorum cenſu, magiſtratus *creare*; pauciorum, a populo *agitari*: nullorum *præterire* candidatus dicebatur. Horat. ad Piſones; *Centuriæ ſeniorum agitent*, &c. c qui maturioris judicii, vel alludit ad Centuriis ſeniorum, *at nobis*, &c. d Non te dulciſſimo ſtudiorum fructu defraudare, nominis ſc. immortalitate, & famæ in vivis dulcedine. e Ingenii tui fœtus, te potius in vivis, & ipſe vitam ingrediatur, quam poſthumus edatur. f Vivus itaque fruere famæ dulcedine 13. ep. 5. l.

EDe tuos tandem populo, Fauſtine, libellos,
Et cultum docto pectore profer opus:
a Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec fileant * noſtri, b prætereantque c ſenes.
Ante fores ſtantem dubitas admittere famam?
d Teque piget curæ præmia ferre tuæ?
e Poſt te victuræ per te quoque vivere chartæ
Incipiant f cineri gloria ſera venit.

## *Ad Sextilianum.* XXV.

Vide ep. 12. ſupra. a Synechdoche, quantum quini equites qui in ſubſelliis 14. ordinum. b Potes, quoties ſitis, aqua pota ſitim tuam ſedare, exponit Scriv. Ego Hyperbolice dictum arbitror.

SExtiliane, bibis a quantum ſubſellia quinque
Solus: b aquâ toties ebrius eſſe potes.

c Nec

*c* Nec coneeſſorum vicina numiſmata tantùm,
Æra ſed à cuneis ulteriora petis.
*d* Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,
Uva nec in Tuſcis naſcitur iſta jugis,
Teſta ſed *e* antiqui felix *f* ſiccatur *e* Opimi,
Egerit & nigros Maſſica cella cados.
A caupone tibi *g* fæx Laletana petatur,
*b* Si plus quàm decies, Sextiliane, bibis.

*c* Nec ad vinum nummos ſolum corrogas ab aſſidentibus tibi in eodem gradu vel cuneo, ſed & petis æra ulteriora a cuneis, i. ab iis qui a fronte infra, vel a tergo ſupra ſedent in eodem cuneo, cen ulteriore cunei gradu, vel in aliis utrinque cuneis. Sunt qui de miſſilibus intelligunt, quæ ille bibo undequaque rapiebat. de cuneis. vide Lipſ. de Amphith. 13 & Buling. de Circo c. 34. *d* Neque vilia bibit vina Peligna aut Tuſcana, ſed generoſiſſima Opimiana & Maſſica: cum tot calicum trahoni magis competeret vapidum turbidumque Laletanum. *e* L. Opimio Coſ. A.V.C. DCXXXIII. ea cœli erat temperies ut vini optimi ſumma proveniret copia, quod in annos CC. duraret. Plin. 14. l. 4. c. *f* Exhauritur. *g* Feculentum & turbidum vinum ex Laletania in Hiſpania. Legitur & *Lacetana*. *h* Si excedis numerum cyathorum qui in cœna ſumuntur decem tantum, cum lautiſſimæ cœnæ modus ſit ſextarius qui duodecim continet cyathos.

## *Ad Procillum.* XXVI.

*a* Heſternâ tibi nocte dixeràmus,
*b* Quincunces, puto, poſt decem peractos,
Cœnares hodiè, Procille, meeum.
Tu factam tibi rem ſtatim putaſti,
*c* Et non ſobria verba ſubnotaſti;
Exemplo nimium periculoſo.
*d* Μετὰ μνήμονα συμπότην, Procille,

*a* Ego poſt quinquagenos cyathos (inter ſcyphos autem dicta, indicta, facta infecta oportuit, tanquam in vino inſcripta) bene potus te invitaram: tu ſerio & ſobrie accepiſti. idque citra bonos mores & ſatis cum periculo. *b* Quinque cyathos continet quincunx, dividitur enim ſextarius (ut As in 12. uncias) in cyathos 12. *c* R *ges dicuntur multis urg re culullis, Et torquere mero, quos perſpexiſſe laborent.* Tyrannicum autem excipere ebriorum ſimplicitatem, & advertere quæ bene potis excidant. *d* Odi. O Procille, memorem compotorem, citat hunc verſum Lucianus in συμποσίῳ, & Plutarchus initio lib. 1. queſt. Sympoſ.

## *De Acerra.* XXVII.

*a* Heſterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur *b* in lucem ſemper Acerra bibit.

*a* Negando magis affirmat, excuſando Acerram acrius incuſat. *b* Compotationes in lucem protrahit, adeoque noctis non diei heſternæ merum olet.

## *Ad Fidentinum Plagiarium.* XXVIII.

Fama refert noſtros te, *a* Fidentine, libellos
Non aliter populo, quàm recitare tuos.
Si mea vis dici; gratis tibi carmina mittam.
*b* Si dici tua vis; hæc eme, ne mea ſint.

*a* Plagiarium hunc poſcit, infra ep. 33. 47. 65.
*b* *Nam quod emam, poſſis dicere jure tuum.* 2. lib. 17. ep.

In

## *In Diaulum.* XXIX.

a Adſpirabat chirurgus Diaulus ad nobiliſſi nam medicinæ partem; ut Clinicus tandem Imperator lecto affixos viſeret curæ: eſperans tandem, neſcio qua de cauſa, ſe ad Libitinam contulit, e chirurgo veſpillo factus, nec minus intarea Clinicus. Eſt n. argutia epigrammatis in voce κλίνη, quæ & *lectum* & *feretrum* ſignificat. Clinicus item medicum & ſandapilarium ceu veſpillonem. vid. infra 41. ep. & ep. 70. l. 8. Notus eſt jocus Diogenis in quendam qui ex malo athleta factus eſt æque bonus medicus.

a CHirurgus fuerat, nunc eſt, veſpillo Diaulus:
Cœpit, quo poterat, clinicus eſſe modo.

## *Ad Sabidium.* XXX.

Odi te Sab. gratis, neque enim odii mei rationem reddere valeo, an ab animi pravitate, morum diſſimilitudine, & ſyderum contrapoſitione, antipathia, genio inſeſto, ceu malo omine. Ita Senecæ Thyeſtes: *rapior & neſcio quo, ſed rapior.* &; *Nihil timendum video, ſed timeo tamen*, vel argutius. Merito te odi, neque tamen per modeſtiam licet effari odii mei cauſam, vel propter oris tui impuri graveolentiam non ſuſtineo apud te longiore uti ſermone, hoc tantum dico, *Non amo te.* & hanc expoſitionem facit 16. ep. 3. lib.

NOn amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare.
Hoc tantùm poſſum dicere; non amo te.

## *De Gellia.* XXXI.

* Exemplar Weſtmonaſt. habet, *Omiſſum.* a Scriv. *Non luget.* MS Bodl. *Sic luget, quiſquis.* b Quiſquis e lacrymis laudem captat, quæ turpius nunquam fluunt quam ubi fingun ur. Vide epigr. Græc. l. 2. tit. 15.

* AMiſſum non flet, cum ſola eſt Gellia, patrem
Si quis adeſt, juſſæ proſiliunt lacrymæ.
a Non dolet hic, b quiſquis laudari, Gellia, quærit,
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

## ¶ *Ad Lucanum, & Tullum fratres.* XXXII.

* Nobile par fratrum, quorum pium amorem celebrat. Plin. Sec. epiſt. 18. lib. 8. vide & epigr. 41. l. 9. & Tacit. 3 Hiſt.

a Si poſſetis per mortem alterna n vobis invicem indulgere vitam, quod de Caſtore & Pollice Lacedæmoniis Ledæ filiis ferunt poetæ. b Ego in æterna mortis conditione manebo, ut tu in æternum vivas.

a SI *, Lucane, tibi, vel ſi tibi *, Tulle, darentur,
Qualia Ledæi fata Lacones habent.
Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus.
Quòd pro fratre mori vellet uterque prior:
Diceret infernas & qui prior iſſet ad umbras;
b Vive tuo frater tempore, vive meo,

## *Ad Fidentinum.* XXXIII.

¶ Pro more poetarum, qui carmina ſua recitabant publice in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, &c. vel privatè & coram paucis. d Hunc exagitat ſupra ep. 28. infra ep. 47.

QUem c recitas, meus eſt, ô d Fidentine, libellus;
Sed malè cùm recitas, incipit eſſe tuus.

Ad

## *Ad Decianum.* XXXIV.

Si quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaque novit *a* avos:
Si quis *b* Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus, & verâ simplicitate bonus:
Si quis erit *c* recti custos, imitator honesti,
*d* Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit *e* magnæ subnixus robore mentis,
*f* Dispeream, si non hic Decianus erit.

*a* Priscos illos propter amicitiam sincere cultam decantatos, Herculem & Theseum, Damona & Pythiam, Pyladen & Orestem, &c. Alii legunt *; i. fama vetusta, diuturna, multis retro seculis celebrata. Ita Catullus, & facit hæc charta loquatur anus. & noster 4. ep. 12. lib. Fama loquax, chartaque dicet anus. *b* Græca Romanaque scientia & artibus imbutus, ut supra ep. 24. 2. *c* Stoicæ disciplinæ fatetur & sectator. *d* Et qui eo pervenit, ut nihil roget Deum, nisi quod rogare possit palam. Seneca epist. 10. qui aperte vivit vota. Lec Labra movet metuens audiri. *e* Fortis & constans, sui ra hoc nomine collaneatus, ep. 9. *f* Execrationis formula.

## *Ad Lividum.* XXXV.

Qui ducis vultus, & non legis ista libenter,
*h* Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

*g* Qui vultum adducis ad tristitiam, qui contracta fronte hæc improbas. *h* Infimus omnium fis precor, qui habeas cur omnibus invideas; cur tibi, nemo.

## ¶ *In Cæcilium.* XXXVI.

Urbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi, quid ergo? *a* verna es.
Hoc quod *b* Transtiberinus *c* ambulator,
Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis: quod *d* otiosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ:
Quod *e* custos, dominúsque viperarum?
Quod viles pueri salariorum?
Quod fumantia qui tomacla *f* raucus
Circumfert *g* tepidis cocus popinis.

*a* Scurra impudens & procax, vernæ a, qui in villis vere nati, &c. Festus, horum vero propria dicacitas, servilis assentatio & maledicentia. ep. 3 l. 20 2. *b* In ea urbis parte, quæ trans Tiberim, habitabant Judæi, & cætera plebecula quæ sordidissimis victitabat servitiis. vide notam *d* ep. 63. l. 6. *c* Peripateticus vagus, qui obambulans promercalia clamitabat,

**bzimstone matches foz bzoken glasses.** Diphilus.

Χρὴ δὲ πολλῶν βέλεμνα Ῥόδε, ῥαιστὰς, θερμοκυάμους, σίμβλα, τυρὸν quæ possit sulphura vitro. Juv 5. sat. nost. 3. ep. 10. l. *d*. *d* Qui plebecu æ festiatæ Circo icenæque vacanti & duas res anxie optanti Panem & Circenses, cicer maceratum venditat. *e* Agyrta, circulator, medicus circumforaneus

*Montibanco* a **Quacksalver.** qui collo & brachiis implicitas circumferebat viperas, quas vel ut innoxiæ essent, incantaverat; vel adversus noxiarum morsus ie medicamentis muniera: sanaratve, quo theriacis & alex pharmacis quæ venalis gestabat, fidem faceret. *f* Clamore, dum promercalia clamitat tomacla. *g* Coopertis ollis, vel calefactorio subjecto ne intepescant.

*b* Quare

*h* Quare deſine tibi videri urbanus & facetus, qui ſpurciſſima hæc animalia, atque ipſæ urbis κοσμήματα & ἐνθήματα improba ſcurrilitate longe ſuperes.

*h* Quare deſine jam tibi videri,
Quod ſoli tibi, Cæcili, videris:
Qui *i* Galbam ſalibus tuis, & ipſum
*k* Poſſis vincere *l* Sextium Gaballum.
Non cuicunque datum eſt habere *m* naſum.
Ludit qui ſtolidâ procacitate:
*n* Non eſt Sextius ille, ſed caballus.

*i* Cæcilium Galbam Cæſaris Aug. iſtum morionem, qui in Mæcenatis gratiam doctus erat vigilanti ſtertere naſo. Juven. ſat. 5. v. 4. *k* Te poſſe putes. *l* Severam dicacem, quem Raderus Sextium Gallum vere dici putat, de quo Suetonius c. 24. Tib. *m* Acumen & argutiam joci & deriſionis, cui dicatur naſus, ſupra ep. 3. *f*. *n* Non eſt Sextius Caballus; ſed caballus, quadrupes bellua. ep. 9. l. 10.

## ¶ *De Porcia.* XXXVII.

*a* Hiſtoria nota ex Plutarchi Bruto V. Max. 3. l. 2. c. & 4. l. c. 6. Dione 47. Appiano civ. 4. &c.

*a* COnjugis audiſſet fatum cùm Porcia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
Crediderat *b* ſatis hoc vos docuiſſe *c* patrem.
Dixit, & ardentes avido *d* bibit ore favillas:
I nunc, & ferrum, turba moleſta, nega.

*b* Al. *ſatis hoc docuiſſe patrem.* *i*. morte non vulgari, τὸ τραῦμα καὶ τὴν γαστέρα εὐρυῶν ὄνυξι, καὶ δακτύλοις ἐρεβυνῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα διαῤῥήσσων. Appian. 2. c. civ. b. *c* Catonem, cujus moriturî illa vox. *An neſcis Paulliſper ſpiritu repreſſo, aut capite ad parietem illiſo emori licere?* vid. ſupra ep. 9. n. c. *d* Hauſtus lane calidus, ſed gloriæ plenus & plus quam fœmineus.

## ¶ *In Mancinum.* XXXVIII.

*a* Antique pro *heri*. *b* *Aprum ad convivia natum.* Quem integrum menſis inferebant Romani. *c* Non nobis apponebantur uvæ duracinæ, non, &c. *d* Non pyra ſeroſina, quæ ad maturitatem pendent ab arbore vel in cella, vinculo religata e geniſta lenta. *e* Quæ βαλαυσίνα, *i*. floris colore imitantur roſas flores brevis ævi. *aliis*, quod ipſa arbor brevis ævi ſit, teſtante Plinio 16 l. c. 44. *f* Nec calatho ruſtico allata apponebatur nobis meta lactis .i. coagulatum Angl. **curds or freſh cheeſe**, in formam metæ Cireenſis. *i*. inverſi turbinis ceu pyramidis coactum. *g* Non inconditus (ut volunt quidam) ſed abique aliis cibis & obſoniis illatus. *h* *N. c dignus ferro Meleagri*, ſed qualis ab inermi nano confici poſſit.

BIs tibi triceni fuimus, Mancine, vocati, (prum.
Et poſitum eſt nobis nil *a* herè præter *b* a-
*c* Non quæ de tardis ſervantur vitibus uvæ,
Dulcibus aut certant quæ melimela favis,
*d* Non pyra quæ lentâ pendent religata geniſtâ,
Aut *e* imitata breves punica mala roſas,
*f* Ruſtica lactantes nec miſit fiſcina metas,
Nec de Picenis venit oliva cadis.
*g* Nudus aper; ſed & hic minimus, *h* qualiſq; necari
A non armato pumilione poteſt.

*i* Et

*i* Et nihil inde datum eſt; tantùm ſpectavimus om-
Ponere aprum nobis ſic & arena ſolet, (nes
Ponatur tibi nullus aper poſt talia facta:
*k* Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

*i* Neque eum carpos ſcindens præminiſtrabat, ſed tarquam in Amphitheatro nobis pro ſpectaculo exhibitus eſt. *k* Sed tu objiciaris apro diſcerpendus, ut Charidemus a Domitiano.

## *Ad Stellam.* XXXIX.

LAſcivos leporum curſus, luſúſque leonum,
Quòd *l* major nobis charta *l* minorq; gerit:
Et bis idem facimus: nimium ſi, Stella videtur
Hoc tibi; bis leporem tu quoque pone *m* mihi.

*l* Muſambertius interpretatur chartam majorem; Auguſtanam cenſuram Liviam qua forte ad Domitianum ſcripſit ep. de Lep. minorem: Hieraticam, qua hoc ad Stellam, &c. Raderus intelligi vult libellum de ſpectaculis pro minori, hunc primum pro majori. Ramirefius *majorem & minorem* pro quacunq; charta, vel innui longum illud ep. 88. intra & aliquod ex his brevioribus, diſpiciat lector. *m* Mihi ad cœnam vocato.

## *De libro ſuo.* XL.

EDita ne brevibus pereat mihi charta libellis,
Dicatur potiùs τὸ δ' ἀπαμιφθόμυθον.

Ne hæc chartæ meæ pereant per libellorum brevitatem;

faciam quod Homerus, qui ſæpius idem hemiſtichium & inter alia hoc τὸ δ' ἀπαμιφθόμυθον, nonnunquam integros verſus repetit, ita ego ſæpius recurro ad leonem & leporem.

## *De Diaulo medico.* XLI.

NUper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus:
Quod veſpillo facit, fecerat & medicus.

Effert uſque, modo ægros quos per imperitiam occideriat, efferendos a libitinariis, nunc mortuos ipſe, Clinicus utique. ſupra ep. 29.

## * *De Leonum & Leporum ſpectaculo.* XLII.

* Supra ep. 6. &c.

RIctibus his tauros non eripuere *a* magiſtri,
Per quos præda fugax itque reditque lepus.
Quodque magis mirum, velocior exit ab hoſte,
*b* Nec nihil à tantâ nobilitate refert.
Tutior in ſolâ non eſt cùm currit arenâ,
Nec cave tantâ conditur ille fide.
Si vitare canum morſus, lepus *c* improbe, quæris,
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

*a* Cuſtodes leonum, manſuetarii. *b* Robur ſc. animoſque tumit a leonis magnanimita-te. Mobilitate legendum autumat Scriverius. *c* Sawey. ep. 88. not. c.

Ex Weſt. habet *Cum nil*, pro *Nec nihil*.

## ¶ *Ad Licinianum.* XLIII.

VIt Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræque laus Hiſpaniæ;
Videbis *a* altam *b* Liciniane Bilbilim,
*c* Equis & armis nobilem
*d* Sterilemque Caſvum nivibus, *e* & fractis ſacrum
Vadaveronem montibus:
Et delicati dulce *f* Botrodi nemus,
*g* Pomona quod felix amat.
*h* Tepidi notabis lene Congedi vadum,
Molleſque nympharum lacus;
Quibus remiſſum corpus *i* adſtringas *k* brevi
*l* Salone, qui ferrum gelat.
Præſtabit illic ipſa figendas propè
Voberca *m* prandenti feras.
*n* Æſtus ſerenos aureo franges Tago,
Obſcurus umbris arborum.
Avidam *o* rigens Dircenna placabit ſitim,
Et *p* Nemea, quæ vincit nives.
At cùm December canus, & bruma *q* impotens
Aquilone *r* rauco mugiet;
Aprica repetes Tarraconis littora,
Tuamque Laletaniam:
Ibi illigatas mollibus damas plagis
Mactabis, & *ſ* vernas apros,
Lepo emque ſorti callidum *t* rumpes equo:
*u* Cervos relinques villico.
Vicina in ipſum ſylva deſcendet focum
*x* Infante cinctum ſordido.
*y* Vocabitur venator, & veniet tibi
Conviva clamatus propé.
*z* Lunata nuſquam pellis, & *a* nuſquam toga,
*b* Olidæque veſtes murice:

*a* In monteficam. *b* D. quo Plin. l. 4. ep. 17. *c* Al. *Aquis*, & male legit Sidonius *Bilbilim Aquis*. *d* Al. *Senemque Cæſum*, alii *Senonæ*, *Caſinum*, *Caſvis Caſinum*, *n. vobis Caſinum*, montem non procul a Bilbili tradit Martialis l. 1. c. 3. alii *Caſvum*, alii *Caſaunum* legunt, & intelligunt de Vadaverone monte. *e* Al. *effractis* montem. Vadaveronem, ſacrum (ut ſcribit Plin.) l. 4. c. 24. promontorium, fractum & in inſulam poſitum tradit Hieron. Paul. de Hiſpania. *f* Al. *Boleti* retinendum *Botredi*. de quo, ep. 17. l. 12. *g* Hortorum dea. *h* Qui retinent *Tepidum*, & Xponant *Lene* leniter. *i* Matutinum corporis claudis frigida aqua. *k* Non alto. *l* Fl. juxta Bilbilim, quo temperatum eſt optimum ferrum, cujus ibi ſecturæ plurimæ. *m* Tibi etiam in prandio accubanti. *n* Calores æſtivos fugies merſus auriferis undis Tagi, vel delitescens umbroſis ſylvis quæ ad Tagi ripas. *o* Al. *recens Derceta*; alii *Derſelia*; &c. *p* Fons. *q* Meton. efficientis. *r* Fremente. *ſ* Indigenas. *t* Franges, ut ſupra ep. 23. vel ventu deſſibis & occides. ep. 14. l. 12. *u* Quibus capiendis ſtudium curſus & voluptas minor quam in lepore. *x* Villici infantum turba ruſtica. ep. 55. l. 4. *k*. *y* Invitabitur venationis ſocius, al. *Venabitur vocatus*, i. conviva quem voles e vicinis. *z* Non aderunt nobiles tum, quibus in calceis lunulæ formam geſtare moris erat, literam ſc. C. notam centenarii numeri patriciorum a Romulo inſtitutorum. vide & conjecturas Plutarchi, probl. 76. *a* Non togati anteambulones, clientes & cæteri ſportularum ſalutationumque aſſeclæ. 49. ep. l. 10. *b* Et purpurati, muricis infectionem olentes. vide ep. 4. l. 4. *f*.

Procul

Procul *c* horridus *c* Liburnus, & *d* querulus clien;
Imperia *e* viduarum procul.
Non *f* rumpet altum *g* pallidus ſomnum reus,
Sed mane totum dormies.
*h* Mercetur alius grande, & inſanum ſophôs:
Miſerere tu *i* felicium;
*k* Veióque fruere *l* non ſuperbus *k* gaudio,
Dum *m* Sura laudatur tuus.
*n* Non impudenter vita, quod reliquum eſt, *o* petit;
Cùm fama, quod ſatis eſt, habet.

*c* Præco publicus e Liburnia oriundus, cujus in concilium vocantis, reos citantis, actiones proclamantis vox non paucis horrorem incutit.
*d* Frequentibus querelis patrono moleſtus.
*e* Quæ imporrunæ & ſatis cum imperio defunctorum virorum res adminiſtrant, patrorum uſque operam exigentes. *f* Qui tua ſub Galli cantum eſtia pulſat. *g* Ar xius cauſaq ie metuens. *h* Alius irrequieto labore aucupetur inſani populi auram ſibi tanquam deſerto patrono acclamantis, σοφὸς. Vid. ſup. ep. 3. *h*. *h Inſanum ſophos*, contradictio implicita, vel Hypallage. *plebis inſanæ*. *i* Horum qui plebis laudibus tumidi & forenſibus negotiis occupati ſe felices credunt, digni ſane miſericordia. *k* Gaudio tranquillæ vitæ, curis & moleſtiis liberæ, non ſolicitæ. *l* Non ambitioſus, non levis populi aura inflatus. *m* Palphurius Sura, cæteriquæ laudis avidi cauſidici foro vacent. —— *n* —— Tu O Licinniane laudum ſatis amplum titulum cumulumque conſecutus in poſterum, cura gloriæ ſuperfluam aut inanem notam, otio & quiete indulge. *o* Al. *petit*.

## *In Æmilianum.* XLIV.

SI tibi Miſtyllus cocus, Æmiliane, vocatur:
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Ex Homeri verſu 1 Iliad. & alibi Μίσ-
συλλόν τ' ἄρεα πάλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἐπείρειν, Æmilianus ecquam ſuum *Miſtyllum* appellaverat. Jocatus Poeta quærit cur non itidem ſibi liceat ſuum cocum appellare *Taratallam* quod in verſu Homeri ſequitur.

## *Ad Leporem.* XLV.

NOn facit ad ſævos cervix, niſi *a* prima, leones.
Quid fugis hos dentes, *b* ambitioſe lepus?
Scilicet à magnis ad te deſcendere tauris,
Et quæ non cernunt, frangere colla *c* velint?
Deſperanda tibi eſt *d* ingentis gloria fati:
Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori.

*a* Maxima, taurorum ſc. & cervorum.
*b* Fati gloriam a leone captans.
*c* *Velint?* Interrogatorie.
*d* Glorioſæ mortis tibi a Leone datæ.

## *Ad Quinctianum.* XLVI.

COmmendo tibi, Quinctiane, noſtros,
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſim, *a* quos recitat tuus Poeta,
Si de ſervitio gravi queruntur.
*b* Aſſertor venias, *c* ſatisque præſtes,

*a* Quos male num recitar incipiunt eſſe illius. ſupra ep. 33.
*b* Libertatis vindex, injecta manu aſſere eos in libertatem *Metaph.* *c* Satisdes, prædem te des.

*d* Et

d Et, tùm ſe Dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuque miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitâris;
Impones plagiario pudorem.

d *Manet in Allegoria.* Aliis ubi carminum meorum ille Plagiarius, verſus quos ego edidi, manumiſi & ſui juris eſſe pronunciavi, in ſervitutem ſuam redigere dolo malo conatur, tu aſſertor illorum, ſi bis terve cum illo lege agas plagiaria, perfrictæ frontis poetaſtrum in ruborem coges. de lege plagiaria conſule Ulpianum & Biſciolam, l. 8. c. 13.

## ¶ *In Fidentinum plagiarium.* XLVII.

UNa eſt in noſtris tua, Fidentine, libellis
Pagina, ſed certâ domini ſignata figurâ;
Quæ tua traduxit manifeſto carmina furto.
a Sic interpoſitus vitio contaminat uncto
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus?
Sic b Aretinæ c violant Cryſtallina teſtæ:
Sic niger, in ripis errat cum fortè d Cayſtri,
Inter e Ledæos ridetur corvus olores:
Sic ubi multiſonâ fervet ſacer f Attide lucus,
Improba Cecropias g offendit pica querelas.
b Indice non opus eſt noſtris, nec vindice libris:
Stat contra, dicitque tibi tua pagina, fur es.

a Tua pagina meis libellis inferta non minus ſordere apparet, quam bardocucullus vitio (alii legunt *vitio*, alii *filo*, alii *vitio*) uncto, i. oleum olente, & craſſi filii, utpote Gallicus, inter urbanas veſtes purpura violacea tinctas ſtantes teſtæ fictiles ex luto Aretino inter vaſa Cryſtallina: aut corvus inter olores: aut pica inter luſcinias. b Aretium Italiæ urbs, ubi terra teſtis apta. c Contaminant cryſt. comparata cum cryſtallinis ipſa ſordent. d Aſiæ fl. cygnis frequens. e Jupiter ſub imagine cygni Ledam compreſſit. f Philomela, Pandionis regis Athenienſis filia. Ex bonorum librorum fide contendit Scriverius teſtituendum eſſe: *Sic interpoſito vitio contaminat uncto urbica*, &c. hæc mente: Ita homo teſtis bardocucullo purpuratis immixtus deridetur; ubi unctus ille (inverſa ſc. inflexa quæ a vertice cuculli pars) riſum movet. Cujus rectionis meminit monetque Autor Confutationis fabulæ Burdonum. g Ita optime reſtituit Scriverius. b Non opus eſt alio delatore aut aſſertore quam tua pagina, quæ te furti accuſet damnetque. de aſſertore ſuperiore ep.

## ¶ *Ad Fuſcum.* XLVIII.

a SI quid, Fuſce, vacas adhuc amari;
(Nam ſunt hinc tibi, ſunt & hinc amici:)
Unum, ſi ſupereſt, locum rogamus:
Nec me, quod tibi ſum novus, recuſes.
b Omnes hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantùm inſpice, qui novus paratur,
An poſſit fieri vetus ſodalis.

a Si quid loci apud te ſit, quum ſit novo amico.

b Novi ſc.

¶ Ad

## ¶ *Votum Martialis ad Frontonem.* XLIX.

VOta *a* tui breviter si vis cognoscere *a* Marci,
*b* Clarum militiæ, Fronto, togæque decus:
Hoc petit; esse sui nec magni ruris arator,
*c* Sordidaque in parvis otia rebus amat.
*d* Quisquam *e* picta colit Spartani frigora saxi,
Et *f* matutinum portat ineptus *f* ave;
Cui licet exigui nemoris turisque *g* beati
*h* Ante focum plenas explicuisse plagas?
Et piscem tremulâ salientem ducere setâ,
Flavaque de rubro promere mella cado?
Pinguis *i* inæquales onerat cui villica mensas,
Et sua *k* non emptus præparat ova cinis?
Non amet hanc vitâ, quisquis me non amat, opto:
Vivat & urbanis *l* albus in officiis.

*a* Amici tui Marci Val. Martialis, cui.
*b* Fuit tribunus vigilarum, & comitiv. vir clarus & exercitu. ac dectus.
*c* Sine cultu & splendore, in re modica & terreni.
*d* Nemo adeo cui obrigit modicus contiguo cum lare fundus, modo mens sana sit, velit superbos adiros regum dura que foves

colere, ut summo mane salutet patronum. *e* Atria divitum ad frigidi aëris incrustata marmore Laconico natura; quidem variegato sed & arte ut sit pictoteste Plin. lib. c. x. *f* Salutationis matutinæ vocem solemnem. ὁ ὑπάσπασις ἢ πηγὴ τοῦ ἐνδίνου πεφορήματι τοῦ Χαῖρε, ἀλλὰ τοῦ ἐσπερινοῦ τοῦ Τγίαινε χρηστὸν ὄλυ. Dio in Adriano. *g* Fertilis, *vel Metonymice*, quod dominum beatum reddat. *h* Evacuare ante locum cassis & retia Prædis obsolet. *i* Mensæ sed erat pes tertius impar, *Testa parem fecit.* Ovid. Met. 8 *k* Meus, *Vicinus*, namque *in ipsum sylva descendit suum.* *l* Nonnulli exponunt *pallidus*, ut Xius sc. & solicitus; alii, *pulcher.* non fuscatus sc. sole rustico. Ep. 12. l. 2. Lipsius 1. Elect. c. 13. Alba toga indutus inter anteambulonum & nivecrum Quiritum officia; ceu cretatus & candidatus in comitiis.

## *Ad Cauponem.* L.

COntinuis vexata madet vindemia nimbis.
Non potes, *a* ut cupias, vendere caupo merum.

*a* Quamvis cupias. quodvetamen tibi neque pro more neque voto est. malles n. minime esse quosdam, ut in lucrum tuum aquæ plus ferre posset. unde fides ver. lectionis. *ut cuperes.*

## *Ad Flaccum.* LI.

QUalem Flacce velim quæris, nolimve puellâ?
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud quod mediũ est, atq; inter utrumq; probamus:
Nec volo *a* quod cruciat; nec volo, *b* quod satiat.

*a* Difficilis enim ni facilitas parit odium. *b* Facilis copia contemptum parit.

## *Ad Eundem.* LII.

*a* Sportuli mihi quod una lavarem data a potentiori amico quocum seserferam in Baias.

DAt *a*Baiana mihi quadrantes *a* ſportula centũ,
Inter *b* delicias quid facit *c* iſta fames ?
*d* Redde Lupi nobis, tenebroſaq; balnea Grylli :
Tam malè cum cœnem, cur bene Flacce lavor ?

*b* Balnei. *c* Sportulæ C. quadran. tum, quæ eſurientem non ſatiet. *d* Redde mihi vulgata Romæ balnea, Gryllitenebras Æoliam q ie lupi, male nconveniunt delicata Baiana balnea cum cœna famelica.

## *De Leone & Lepore.* LIII.

INtres ampla licet torvi lepus ora leonis,
Eſſe tamen vacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet in tergum, vel quos procũbet in armos,
Alta *a* juvencorum vulnera figet ubi ?
Quid fruſtra nemorũ *b* dominum regemq; fatigas ;
Non niſi delecta paſcitur ille fera.

*a* Qualia juvencis ſolet infigere.
*b* Leonem. de his ſup. ſæpius.

## ¶ *Ad Licinianum.* LIV.

*a* Verſus e quibus plerique Hendeca ſyllabi Phalœcii.
* Cum ipſe ſcripſerit amatoria, adverte ſignata & ad argumentum cujuſque autoris vel loci appoſita verba, *Amat ; felix ; cenſetur ; plaudit ; ſonant ; facunda loquitur ; gaudent jocoſæ ; gloriabitur ;* & modeſtum illud, *non tacebit.*

VErona doſti *a* ſyllabas * amat *a* vatis ;
Marone * felix *b* Mantua eſt :
*c* Cencetur *d* Apona Livio ſuo *d* tellus,
*e* Stellaque ; nec *f* Flacco minùs :
*g* Apollodoro * plaudit *h* imbifer Nilus ;
Naſone Peligni * ſonant.
*i* Duoſque Senecas, unicúmque Lucanum
* Facunda loquitur Corduba.
* Gaudent *k* jocoſæ Canio ſuo Gades ;
*l* Emerita Deciano meo.
Te *m* Liciniane, * gloriabitur noſtra
* Nec me tacebit Bilbilis.

*a* Catulli. *b* Virgilius natus eſt in pago q ii Andes dicebatur, non procul a Mantua. *c* Magni fi. in cenſu & æſtimatione eſt. *d* Patavinus ager, Patavium. ab Apono *Fonte. Antenoreæ vitam qui porrigit urbi*, &c. Claudiano celebrato 3. ep. *e* Vide ſupra ep. 8. *f* Valerio Flacco. *g* Poeta Alexandrino, Menandri æmulo. *h* Qui inundatione ſua, vice imbrium (qui in Ægypto rari) fingitur in terra irriganda. *i* Patrem Rhetorem & declamatorem; filium Philoſophum & tragicum. vel L. Senecam Philoſophum tragicumque ejus filium Marcum tragœdum. vide ep. 33. l. 4. *k* Saltatricularum laſcivia & petulantia. de Canio, infra ep. 62. *l* Emerita, Auguſta civitas Hiſpaniæ ad Luſitaniam ſpectans.

## ¶ *De Lævina.* LV.

*a* Sabinæ caſtæ audiebant. quarum patrimonium incorruptæ & ſanctæ *intactis* [illegible] *omni crimine effuſis bellis amiſerunt.* Juven. 6. Sat. & Lucan. 1.

CAſta, nec antiquis cedens Lævina *a* Sabinis,
Et quamvis tetrico triſtior ipſa viro ;

Dum

Dum modò *b* Lucrino, modò ſe permittit *b* Aver-
Et dum *b* Bajanis ſæpe fovetur aquis : (no ;
*c* Incidit in flammas, juvenemque ſecuta, relicto
Conjuge, *d* Penelope venit, *e* abit *f* Helene.

*b* Balneis publicis in lacu Lucrino Avernoque & Baiis. *c* Elegans Antitheſis, dum ſe lavat aquis incidit in flammas, amoris ſc. inhoneſti. *d* Caſtb. *e* Extenditur ultima ſyllaba propter contractionem. *f* Adultera.

## *Ad Celerem.* LVI.

UT recitem tibi noſtra rogas epigrammata, An quia audire
Non audire, Celer, ſed recitare cupis. (nolo. aliena præ ſe ferens Celer, ſua recitandi occaſionem captaret, adeoque Martialem enecaret ? An verebatur Poeta ne epigrammata ſua nondum edita, ſi apud Celerem recitaſſet, memoriæ mandata illa pro ſuis venditaret ?

## ¶ *Ad Fabullam.* LVII.

BElla es ; novimus : & puella ; verum eſt :
Et dives ; *g* quis enim poteſt negare ?
Sed dum te nimium Fabulla laudas ;
* Nec dives, neque bella, nec puella es.

*g* Videtur Rutgerſio ſcribendum : *Quis & id poteſt negare?* * R-s n. vel ſumma laude dignas ſordeſcere facit arrogans φιλαυτία.

## *Ad Cæcilianum.* LVIII.

CUm dixi, *a* ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici, ficos, Cæciliane, jubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci :
Dicemus ficos, Cæciliane, *b* tuos.

*a* Emendandum lemma, neque id n. neceſſe fuit, ut de genere τῷ *ficus* doceret quicquam, cum de declinatione tantum incideret quæſtio, negante Cæciliano dici *ficus* de fructu, & dici *fici* jubente. Reſpondet Poeta *ficum* etiam quartæ declinationis dici pro fructu, ficum vero pro morbo ordinis eſſe tantum ſecundi. Cum itaque nihil hic de genere moveatur, neque apud probæ notæ autorem quempiam reperiatur ficus pro morbo in alio quam fœmineo genere, ut & σύκωσις Græca, exponunt *Tuos*. *b* — Liberos, famulos, pueros delicatos, ut ep. 41. lib. 4. Alii tamen *tuos* adjective referunt ad *ficos*, & ex epigrammate hoc probatum eunt *ficum* pro morbo utriuſque eſſe generis. Sed & aliam vide lectionem, aliamque expoſitionem Laur. Vallæ eleg. 4. l. 1.

## ¶ *Ad Plagiarium.* LIX.

ERras meorum fur avare librorum,
*a* Fieri Poëtam poſſe qui puras tanti,
*b* Scriptura quanti conſtet, & tomus vilis.
*c* Non ſex paratur aut decem ſophos nummis.

*a* Qui ambitioſe nomen Poëtæ aucuparis. *b* Librarii tranſcribentis opella, & non ita magni precii charta, ſcapus. *c* Ipſa ſapientia aut ſapientiæ laus non paratur, quo liber, pretio.

*d* Secreta quære carmina, & *e* rudes curas,
Quas novit *f* unus, ſcrinióque *g* ſignatas
Cuſtodit ipſe *h* virginis *i* pater chartæ;
*k* Quæ trita duro non inhorruit mento.
*l* Mutare dominum non poteſt liber notus.
*m* Sed pumicatâ fronte ſi quis eſt nondum,
Nec umbilicis cultus atque membranâ:
*n* Mercare tales ab eo, nec ſciet quiſquam.
Aliena quiſquis recitat, & petit famam;
Non emere librum, ſed ſilentium debet.

*d* Nondum vulgata. *e* Verſus nondum in publicum emiſſus. *f* Autor ſolus. *g* Clauſus, nec dum editus. *h* Quæ nondum lectorem experta eſt; quam nullius viri manus contractavit, nullius lectoris oculus vagantem vidit. *i* Autor. *k* Quæ nondum lectoris manu verſata, lanugine inhorreſcit, piloſaque facta eſt. *alias*, quæ nondum recitata atque edita horreſcit, ab auditorum baſiautium mento. 85. ep. l. 10. *f.* *l* Fruſtra & ſero plagiarius ſibi aſcribit opus cujus innotuerit autor. *m* Si quis vero liber novus ſit, cujus frontes (eæ ſunt, extremitates membranæ in orbem complicatæ, in medio quarum apparebant cornua) pumice jam primum poliuntur; & cujus umbilicus (is eſt, bacillus cedrinus, buxeus, cupreſſinus, &c. extremæ paginæ, abſoluto jam opere, affixus) vel umbilici extremitates (quæ, complicatis in volumen membranis, utrinque apparent, cornuaque appellantur) ebore, argento vel auro ornantur: & quem noviſſime obducit pellis, hunc eme, ſimulque autoris ſilentium. *n* P. Scr. *Mercare. tales habeo, nec ſo.*

## *Ad Chærilum.* LX.

*a* Παῤῥησίας, libertatem nimiam in jocis uſurpans, *b* Negotiis liber. nihilque aliud quod agat habens, ſi in vite tuum caput dicere vacet. eſtque jocus ambiguitate τῷ liber. *c* Alii: ὦ ἑταῖρε Erotetice.

(ſemper:
*a* LIber homo es nimium, dicis mihi, Chærile,
In te qui dicit, Chærile, *b* liber homo eſt.

## *De Rufo.* LXI.

*a* Vel tacitus inſanum ſuum Næviæ amorem geſtu fatetur. *b* Scr. leg. *unâ.*

QUidquid agit Rufus, nihil eſt niſi Nævia Rufo.
Si gaudet, ſi flet, *a* ſi tacet, hanc loquitur.
Cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit; *b* una eſt
Nævia; ſi non ſit Nævia, mutus erit.
Scriberet heſternâ patri cùm luce ſalutem;
Nævia lux, inquit, Nævia, lumen, ave.

## *Ad Maximum de Canio Rufo.* LXII.

Terentos (qui locus erat in campo Martio, templo Ditis inſignis) ſpectabilis ſimulachro Panis habito ſemper ridentis fixi ne forte vacet, oſtendit jam Canium poetam Gaditanum σατύρεσλα æque & ridentem. vide lib. 3. ep. 19. & ſupra ep. 54. *k.* Canius a, forte in campo Martio tum ſedem locarat.

COEpit, Maxime, Pana quæ ſolebat,
Nunc oſtendere Canium Terentos.

## *Ad Librum.* LXIII.

VAde ſalutatum; pro me liber ire juberis
Ad * Proculi nitidos officioſe lares.
Quæris iter? dicam: vicinum *a* Caſtora *b* canæ
Tranſibis Veſtæ, virgineamque domum.
Inde ſacro veneranda petes Pallatia *c* clivo,
*d* Plurima quâ ſummi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata Coloſſi
Quæ *e* Rhodium moles vincere gaudet opus.
Flecte vias hâc, quà *f* madidi ſunt tecta Lyæi,
*g* Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.
*h* Protinus à læva clari * ſub fronte Penates,
Atriaque excelſæ ſunt adeunda domus.
Hanc pete, ne metuas faſtus, limenq; ſuperbum:
Nulla magis toto janua poſte patet;
*i* Nec propior quâ Phœbus amat, doctæq; ſorores.
Si dicet; quare non tamen ipſe venit?
Sic licet excuſes: *k* quia qualiacumque leguntur
Iſta, ſalutator ſcribere non potuit.

* C. Julii Proculi.
*a* Caſtoris templum, in foro.
*b* Antiquæ Deum matris Virginumque Veſtalium templum.
*c* Colle Palatino.
*d* Ea parte qua ſtatua equeſtris Imp. Domitiani poſita eſt, i. in foro.
*e* Coloſſum Rhodium, qui inter 7. orbis miracula cenſetur 60. cubitorum.
*f* Templum Bacchi, vino nvidi.

*g* Et tholus in Cybeles templo, ſupra quem Galli deæ evirati ſacerdotis effigies ſtabat, eſt, 2. tholus, camera æreificii in faſtigiatum acumen deſinens, in qua trabes coeunt, ibidemque ſcutum affixum, a quo dona ſuſpenduntur. *h* Ad lævam Ideæ matris ſtræ ſunt Proculi ædes * Al. *tibi*. *i* Nec Apollini muſiſque ulla domus gratior. *k* Quia non fuiſſet illi ocium ſcribendi hæc qualiacunque epigrammata, ſi ſalutandi officiis vacaſſet.

## ¶ *In Fidentinum plagiarium.* LXIV.

NOſtris verſibus eſſe te Poëtam
Fidentine, putas, cupiſque credi?
*a* Sic dentata ſibi videtur Ægle,
Emptis *b* oſſibus, *c* Indicoque cornu:
Sic, quæ nigrior eſt *d* cadente moro,
*e* Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
*f* Hac & tu ratione, qua poëta es,
Calvus cùm fueris, eris comatus.

*a* Emendo & adſciſcendo alieno pro ſuis.
*b* Dentibus ex oſſe vel ebore factitiis.
*c* Elephantis belluæ Indicæ cornu ut vocant Varro, Pauſanias, Oppianus, &c. vel dente juxta Ariſtot. Plinium, Philoſtratum, ep. 12. lib. ſpect. n. 6. *d* Præmaturo, qui niger. *e* Candida & lita ceruſſa. *f* Φαλακρὸς ϛ Φαλακρόκομος, i. comam addititiam ſumendo.

## *De Lino.* LXV.

DImidiũ donare Lino, quàm *a* credere totum,
Qui mavult: *b* mavult perdere dimidium.

*a* Mutuum dare.
*b* Æque enim utrumque non ſolvit, mutuum ac donatum; totum ac dimidium.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Flaccum.* LXVI.

*a* Curarum meârum levamen unicum & ſolatium. *vel* ſtudii poetici quod mihi tecum eſt commune, grande decus. *b* Urbis Patavii quam condidit Antenor. fuit T. Val. Flaccus Argonauticon autor civis Patavinus. *c* Deſine & deſere poeticam, cum muſæ nullo ſint in pretio. *vel* differ in aliud tempus, cum præſens poſtulet ut rem facias. Juven. 7. Sat. Tit. Calpurn. 4. ecl. Ovid. paſſim. & Quintil. dialog. *d* Novem, muſ. Pierid. *e* Cui laurus & laus nuda cuiq; *f* Arcæ patronorum, quibus leges & cauſæ, quas dedit, quas docuit Minerva nummorum affatim dederunt. *g* Lucri enim bonum odorem ſapere vera eſt hodie ſapientia. alludit a. ad Avieni Apologum in quo Palladem collaudat Jupiter, quod cæteris diis ſteriles ad gloriæ ſpeciem eligentibus arbores, ille olivam pinxerit uberem, ut mox n. *l.* *h* Adeo dives eſt, ut cæteris diis mutuum det. Scriverio videtur pro *defœnerat* ſumi *i.* fœnore exhaurit, trucidatque. *i* Quis enim uſus corymborum & hederæ. *k* Oliva, cujus rami ubertate incurvantur. *l* Frondes varii coloris baccis onuſtas. *m* Studia hæc & opera poetarum quæ Helicone, Cirrha, Permeſſide lympha, ſacris Phœbo, Bromio & Muſis atque hujuſmodi bullatis ſonant nugis. adferunt tantum voluptatem, inanem laudem, plauſum & baſia ab auditoribus; quin te potius conferas ad forenſes cauſas agendas unde rem augeas ac diteſcas. *n* Al. *ſed per inane ſophos.* *o* Permeſſide nuda? omnino reponendum monet Scriverius. In foro numeratur patronis. *p* Editiora loca ante ſcenam, e quibus recitabantur poemata. *q* Nullum fructum afferentes. *r* Auditorii ſubſellia. Lipſius interpretatur *ſellas*, vel Metaphora eſt a cathedris quia Rhetores ſedebant. Juven. 7. Sat. *Pœnituit multos vanæ ſterilisque cathedræ.*

O Mihi *a* curarum pretium non vile mearum,
Flacce, *b* Antenorei ſpes & alumne Laris:
*c* Pierios differ cantuſque choroſque *d* ſororum:
Æs dabit ex *d* iſtis nulla puella tibi. (nervæ:
Quid petis à *e* Phœbo, nummos habet *f* arca Mi-
*g* Hæc ſapit; *h* hæc omneis fœnerat una deos.
Quid poſſent hederæ Bacchi dare? *k* Palladis arbor
Inclinat *l* varias pondere nigra comas.
*m* Præter aquas Helicon & ſerta, lyraſq; Dearum
Nil habet, & magnum ſemper inane *n* ſophôs.
Quid tibi cum Cirrha? quid cum permeſſidos un-
Romanum propius, divitiuſque forum eſt. (da?
*o* Illîc æra ſonant: at circum *p* pulpita noſtra
Et *q* ſteriles *r* cathedras, baſia ſola crepant.

## ¶ *De Feſto.* LXVII.

*a* Feſtus immedicabili mentagra correptus —. *b* — Oculis non lacrymantibus & firmo pectore —. *c* — Relinquendæ vitæ certus —. *d* — Non polluit veneno, quo ſublati efferuntur nigri — *e* — Non torſit inedia voluntaria —.

*a* INdignas premeret peſtis cùm tabida fauces,
Inque ſuos vultus ſerperet atra lues:
*b* Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos
*c* Decrevit Stygios Feſtus adire lacus.
*d* Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno,
*e* Aut torſit lentâ triſtia fata fame.

*f* Sanctam

*f* Sanctam Romanâ vitam ſed morte peregit,
Dimiſitque animam *g* nobiliore viâ.
*h* Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama poteſt: hujus Cæſar amicus erat.

*f* — Sed vulnere facto emiſit animam, pulchro mortis genere & Romanis ſolenni, Lucretiæ, Scipioni, Catoni, Bruto, &c. *g* Honeſta & ampla porta, non qua fœda illa fœtidaque peſtis fauces obſtruxerat. Lectio genuina & emphatica e MSS. variis reſtituta, loco τὸ *rogo*, ſic Lucanus 3. l. *nullius vita peremptæ Eſt tanta dimiſſa via*. & Græcum illud πολλαὶ πρὸς θάνατον ὁδοί. Et Cato, *Altius inſeruit digitos, qua ſpiritus ingens Exiret, magnum dextera fecit iter.* & 57. ep. l. 11. *Debuerant alia fata venire via.* *h* Hic itaque non fugit e vita, Cæſaris odio, quod fecit Cato ille Uticenſis, ne ſubire vultum tyranni cogeretur, ut ipſe dicebat. ſupra ep. 9. not.

## *Ad Attalum.* LXVIII.

SEmper * agis cauſſas, & res * agis, Attale, ſæpe:
Eſt, non eſt quod agas, Attale, ſemper agis.
Si res, & cauſſæ deſunt, agis Attale, mulas.
Attale, ne quod agas deſit, *b* agas animam.

* Epigrammatis hujus, quo Attalum πολυπράγμονα deridet, iuſus eſt in varia ſignificatione τὸ *ago*. vide Anthолog. l. 2. ep. εἰς πολυπραγμονοῦντας. *b* Moriaris.

## *Ad Canum.* LXIX.

SPortula, Cane, tibi ſupremâ nocte petita eſt.
Occîdit, puto, te Cane, quod una fuit.

Impudentem avaritiam eorum qui ſportulis inhiant plurimis, notat ſub nomine Cani qui in tantum ſporcularum helluo & latus erat, ut etiam gravi & mortifero laborant morbo ſportulis vacaret, doloreque concepto quod unicam tantum acceperit, mortuus eſſet.

## *Ad Sofibianum.* LXX.

EServâ ſcis te genitum, blandéque fateris;
Cum dicis dominum (Soſibiane) patrem.

Cum patrem appellas dominum (quod ingenui faciebant honoris cauſa) tu natalium vitii tibi conſcius, per blanditias illas fateris te eſſe hybridam, natum ſc. e ſerva & libero. vide Animadverſ. Cl. Scriverii.

## *De Regulo.* LXXI.

*a* HÆc, quæ pulvere diſſipata multo
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto jacet *b* abſoluta caſu!
Tectis nam modò Regulus ſub illis
Geſtatus fuerat, receſſeratque;
Victa eſt pondere cum ſuo repentè;
Et poſtquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.

*a* Ejuſdem argumenti & artificii cum epigr. 13. ſupra quod vide. *b* Crimine abſoluta, quæ immenſo lapſu caduca ſuperſederat *domini capite immerenti*.

c Tantæ

c Tantæ Regule poſt merum querelæ,
Quis curam neget eſſe te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

c Vide not. m ep. 13. Janus Rutgerſius Tuæ ſcribendam putat, poſtquam evaſiſſet Regulus. vac. lect. l. 6. c. 11.

* MS. Bodl. de præcone.

## * *De Mario.* LXXII.

a Qui dum voluit officioſos & facetus videri in excuſatione Marii fundum vendentis, ſimpliciter ne dicam ſtupide agros vituperavit quos laudaſſe ſui fuerat muneris.

VEnderet excultos colles cùm præco a facetus,
Atque ſuburbani jugera pulchra ſoli:
Errat, ait, ſi quis Mario putat eſſe neceſſe
Vendere: nil debet; fœnerat imo magis.
Quæ ratio eſt igitur? b ſervos ubi perdidit omnes,
Et pecus & fructus: non amat inde locum.
c Quis faceret pretium, niſi qui ſua perdere vellet
Omnia? ſic Mario d noxius hæret ager.

b Peſtilens eſt locus, in quo perdidit ſer. MS. quidam, *ſervos ibi perdidit omnes.* c Quis licitaretur, aut emeret? d Peſtilens, vel in damnum Marii, qui vendere cupiebat.

## ¶ *De* * *Novio.* LXXIII.

* MS. Bodl. *De Nævio Vicino.*

VIcinus meus eſt, manúque tangi
De noſtris Novius poteſt feneſtris.
Quis non invideat mihi, putetque
Horis omnibus eſſe me beatum,
Juncto cui liceat frui ſodale?
a Præfectus Ægypti, in qua, Æthiopiam verſus urbs Syene *umbras nuſquam flectens* ſolſtitio æſtivo.
Tam longè eſt mihi, quàm a Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non convivere, nec videre ſaltem,
Non audire licet, nec urbe totâ
Quiſquam eſt tam prope, tam proculque nobis,
Migrandum eſt mihi b longiùs, vel illi.
b Neque enim tam prope videre licet.
Vicinus Novio, vel inquilinus
Sit, ſi quis Novium videre non vult.

## *Ad Feſcenium.* LXXIV.

a Trochiſcos ex aromatibus & pulviſculis odoratis a Coſmo myropoia confectos. **lozenges or trochisks.**

NE gravis heſterno fragres, Feſcenia, vino,
a Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.
b Iſta linunt dentes jentacula: ſed nihil c obſtat,
d Extremo ructus cum venit à barathro.
Quid quòd olet graviùs miſtum e diapaſmate fvi-
Atque g duplex animæ, longius exit odor? (rus,

b Iſti paſtilli tibi jejuni ſumpti. c Al. *obſtant*, ſc. paſtilli. d Oris foetorem forte emendant; ructum ex imo ventriculo nequiquam. e Medicamento, illo qui immiſcentur odores a δίαπνοια conſpergo. f Gravis anima, halitus gravis. g Heſterni vini & diapaſmatis.

Notas

Notas ergo nimis fraudes, deprenſaque furta
Jam tollas, & *h* ſis ebria ſimpliciter.

*h* Vinum potius oleas, quam foetorem ſpiritus medicamentis ſumptis augeas. Vide ep. 36. l. 3. c. & 5. ep. 61. d.

## * *Ad Alcimum.* LXXV.

* MS. Bodl. Epitaphium Alcimi pueri.

ALcime, quem *a* raptũ domino *b* creſcentibus
*c* Labicana *d* levi ceſpite velat humus: (annis
Accipe *e* non Phario nutantia pondera ſaxo,
*f* Quæ cineri vanus dat ruitura labor:
Sed fragiles *g* buxos, & opacas palmitis umbras,
Quæque virent lacrymis *h* humida prata meis,
Accipe care puer noſtri monumenta *i* laboris;
Hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
Cum mihi ſupremos *k* Lacheſis perneverit annos:
Non aliter cineres mando jacere meos.

*a* Puer hic videtur fuiſſe Martialis.
*b* Jam adoleſcentem.
*c* In via Labicana, quæ a porta Esquilina ducit ad Labicum Italiæ pagum.
*d* Non magnifico tumulo vel reſpicit precationis & inſcriptionis formulam, S. T. T. L. h. e. *ſit tibi terra levis*, de cujus ratione vide quæ adnotavit ad ult. verſ. Hippolyti, Senecæ. *e* Non obeliſcos & pyramidas, non ſtatuas quæ columnis e ſaxo Ægyptio innixæ pandere & nutare videantur. vide ep. 1. Spect. not. l. *f* *Conſumat ferrum lapidemque vetuſtas*, &c. Ovid. 4. de Ponto. & Juven. ſat. 10. *data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.* *g* Buxetum, hypaepelon, viridarium: flores pratenſes, tumulis namq; ne moris erat virentes inſerere arbores, *Spirantesque crocos & florum perpetuum Ver.* *h* Bodleian. & Scriv. roſcida. *i* In cippo excolendo, & hoc carmine. Ex Weſtmonaſt. *dolorem.* *k* E Parcis una. i. ubi fata abſolverint penſum vitæ meæ.

## *Ad Cinnam.* LXXVI.

GArris in aurem ſemper omnibus, Cinna;
Garris & illud, *a* teſte quod licet turbâ,
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras,
Cantas in autem, judicas, taces, clamas,
Adeóne penitus ſedit hic tibi *b* morbus,
Ut ſæpè in aurem, Cinna, *c* Cæſarem laudes?

*a* Quod audiente vulgo probari licet.
*b* Vitium affectatæ taciturnitatis. Natum 2. videtur hoc ep. e joco Scauri quo Junium Orthonem Rhetorem tecto & ſuſpicioſo dicendi genere uſum taxavit, inquiens, acta illum in aurem alterius legere quæ publica quidem ſunt, vulgeq; legi oportet. Raderus clancularie obtrectationis vitium ſimul vult. *c* Cujus quidem laudibus nihil magis publicari debet.

## *Ad Lælium.* LXXVII.

CUm tua non edas, carpis mea carmina, Læli,
Carpere vel noli noſtra, *a* vel ede tua.

*a* Ut ſint quæ ego viciſſim carpam. videbis ῥᾴδιον εἶναι μωμᾶσθ᾽ ἢ μιμεῖσθαι, & quam ſit *facilis rigidi cenſura cachinni.*

## *De Aquino & Fabricio.* LXXVIII.

*a* De his Polybius.
*b* Qui lætior mortem obiit quod sibi superstes, foret amicus. Vide supra ep. 32.
*c* Scriv. Adisse.
*d* Simul vel prope sepultis gemina excitata ara & inscripta testatur fuisse eos *primipilares*— *e* —Hoc tamen (quem docet inscriptio) honore & ille major qui priori ius inscribitur literis, fuisse & *amicos*. MSS. aliquot, *Inscriptum est titulo, quod breviore legi*. Bodl. *Inscriptum titulo quod breviori legit*. * Ex. West *junctus*.

FAbricio junctus fido requieſcit *a* Aquinus,
*b* Qui prior Elyſias gaudet *c* adiſſe domos.
*d* Ara duplex primi teſtatur munera pili:
*e* Plus tamen eſt, titulo quod breviore legis.
* Functus uterque ſacro laudatæ fœdere vitæ,
Famaque quod rarò novit, amicus erat.

## *Ad* * *Ælium.* LXXIX.

* Pſittacum rabiem obſtrepero clamore ſe aliorum actionibus ingerentem, ut quem propter imperitiam nemo adſciviſſet, propter importunitatem aliquis locaret objecta triſtanti huic Cerbero pretioſa ut taceret, poteſt & intelligi de prævaricatore ad tacendum corrupto, ex noto illo joco in Demoſthenis argentanginam.

QUòd clamas ſemper, quòd agẽtibus obſtrepis
Non facis hoc gratis: accipis, ut taceas. (Heli,

## *A Maternum.* LXXX.

* Adequitur verſiculum, quem ſecutus junxerus niſi quod in quinta vocabulo habet jambum, & in ultima ſpondæum. Claudicare itaque videtur, ſunte & nomen à σκάζω.
*a* Tibi claudicanti.
*b* Amico cui mittit hoc epigramma vide l. 10. ep. 36. vel ipſi forte cinædo cujus effigiem cum nominaſſet, argutiſſime mox fingit ſibi excidiſſe nomen, intra not. *n*.
*c* Qui gerat laudatque pullis veſtes. *d* Ipſe Hiſpano indutus colore, quem juxta Bæticum rutilum & fuſcum oves habent nativum. l. 14. ep. 129. *e* Veſte indutus coloris e λευκῷ albo & φαιῷ ſubnigro miſti. grap. *f* Qui veſtibus uſus cocco tinctis (Angl. **ſcarlet**.) putat eſſe molles & parum viros. *g* Dicitque purpureas ceu violaceas a colore lapidis Amethyſti, ep. 147. l. 14. mulierum eſſe veſtes, non virorum. *h* Etſi viriles geſtet veſtes, muliebres habet mores & molles. *i* Subalbos ceu herbacei coloris, χλωρούς, a flore galbani ferulæ e Syria, vel molles inſtar Galbæ Imp. effœminati. *k* Argute fingit, vel ſe eſſe obtitum ejus nominis, quem tamen ſupra nominarit. *vel*, ſibi in prudenti excidiſſe in hoc epigrammate nomen ipſius, ſive ille Maternus fuerit, ſive Fuſcus, Galba, aut Cinna, quod intimabat in vocibus *Fuſcinos*, *Galbanos*, ceu *Coccinatos*. Vide Lipſ. l. 1. Epiſt. quæſt. 5. luditque in ambiguitate τῶν Euclid. 8.

Ad

## *Ad Nævolum.* LXXXI.

*a* CUm clamãt omnes, loqueris tu, Nævole, sem-
Et te patronum, cauſſidicumq; putas. (per,
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes: Nævole, *b* die aliquid.

*a* Alia lect. *Dum cl. l. tunc N. tumum.* vide ep. 31. l. 6. *Fau clamor centumque ſ ivi.*

*b* Qui te oſtentare ſoles, cæteris interſtrependo, ac ſi haberes quod diceres, ecce, jam ſilentio facto, oſtende quam diſertus ſis patronus. At nunc pilcis & rana Seriphia es, nec gru quidem habes quod dicas.

## *In Diodorum, ad Flaccum.* LXXXII.

*a* LItigat, & podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit, hæc *b* chiragra eſt.

*a* Podagra detenti ut plurimum linguoſi, queruli, loquaces ſunt, & quia pedibus uti non licet, lingua ſtrenui ſunt, ingenia multa animo verſantes. *b* Al. *cheragra*, ut conſtet verſus, quod & fieri poteſt extrita alterutra diphthongi voceli, jocatur autem avaritiam Diodori: Chiragra, quæ manus contrahit, profectam. licet *illi nec juſta chiragra Contudit articulos.* Horat. 2. Serm.

## *Ad Calenum avarum.* LXXXIII.

*a* NOn plenum modò vicies habebas:
Sed tam prodigus, atque liberalis,
Et tam lautus eras, Calene, ut omnes
Optarent tibi *b* centies amici.
Audit vota Deus, preceſque noſtras;
Atque *c* intra, puto, ſeptimas Calendas
*d* Mortes hoc tibi *d* quatuor dederunt.
At tu ſic *e* quaſi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abiſti
*f* In tantam miſer eſuritionem;
Ut convivia ſumptuoſiora,
Toto quæ *g* ſemel apparas in anno,
*h* Nigræ *h* ſordibus explices monetæ;
Et ſeptem veteres tui ſodales
Conſtemus tibi *i* plumbeâ ſelibrâ.
Quid dignum meritis precemur iſtis?
Optamus tibi *k* millies, Calene,
Hoc ſi contigerit, fame peribis.

*a* Non omnino vicies centena millia ſeſtertium noſtræ monetæ 1562 5. l.
*b* Noſt. monetæ 781 25. l.
*c* Intra ſeptem menſes.
*d* Hereditates ex 4. amicis mortuis.
*e* Quaſi tibi abſtatæ potius & am iſſæ fuiſſent 781 25 l. quam relictæ & legatæ Ramirez legit. *Sed partum*, ut l. 10. 45. ep. *non parta labore, ſed relicta*, nec perſuader.
*f* In avaritiam tam ſordidam & famelicam.
*g* Solis natalibus. *h* Ærea moneta ſeu plumbea, cujus contrectatione ſordent manus, ſimul & ſordes Caleni taxat qui ad 7. veteres amicos excipiendos non excedebat ſumptum ejus ſummulæ quæ nigra vænit moneta, quod & viliſſimarum rerum pretium eſt, ut apparet ex adjecta *ſelibra plumbea*— *i* — Peſſimæ notæ. *i*, æneæ monetæ duobus teruncii, vel etiam plumbeæ, namque & quadrantes plumbei Romanis quondam in uſu. *k* Millies centena millia H. S. l. 781250. lib.

## *De Afra vetula.* LXXXIV.

Puella ſibi viſa, quod viverent pater & mater, cum nutricius quo etiam patres & matres (pro more) appellabat. vel quo junior videri poſſit ſeniores ſe interdum coævas, imo & juniores ſalutavit appellavi q; mammarum & tatarum, patrum ſc. matrumq; prænomine, cum ipſa jam vetula eſſet, ipſorumq; abavia videri poſſet.

MAmmas atq; tatas habet Afra: ſed ipſa tatarũ
Dici & mammarum maxima māma poteſt.

## *De Demetrio.* LXXXV.

*a* Ille ſervus meus amanuenſis & librarius.
*b* Mihi domino ejus. *vel* ipſi Demetrio felix, ut quæ exſcribendo mea carmina ſibi laudem & notitiam apud Cæſ. conſecuta ſit.
*c* Tito & Domitiano. *d* Obiit florenti jam ætate & viridi. *e* Novemdecim natus annos. *f* Ne tamen non liber moreretur, cavimus **we pꝛobided.** *g* Febris quæ ταφικὸς, ſive illa fuerit mentagra, quæ ſupra ep. 67. *h* Moriens agnovit beneficium meum quo eum ex merito ſuo liberum eſſe pronunciaveram. *i* Sic enim liberti cum a quo manumiſſi ſunt, appellare ſoliti.

*a* ILla manus quondam ſtudiorum fida meorum,
Et felix *b* domino, notaq; *c* Cæſaribus,
*d* Deſtituit primos virides Demetrius annos:
*e* Quarta tribus luſtris addita meſſis erat.
*f* Ne tamẽ ad Stygias famulus deſcenderet umbras,
*g* Ureret implicitum cùm ſcelerata *g* lues,
Cavimus; & domini jus omne remiſimus ægro:
Munere dignus erat convaluiſſe meo.
*h* Senſit deficiens ſua præmia, meq; *i* patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

## *Ad Lycorim.* LXXXVI.

Pictor qui pinxit Venerem tuam Lycori, Blanditus, puto; pictor eſt Minervæ.

QUi pinxit Venerem tuam, Lycori,
Blanditus, puto; pictor eſt Minervæ.

Blanditus eſt Minervæ Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem pinxit. *vel*, puto, ut videtur; pictor eſt Minervæ cui ſimilior imago tua Lycori quam Veneri. Pictores inſuper in Minervæ clientela ſunt. hinc acumen ep. 41 lib. 5.

## *In Scævolam.* LXXXVII.

*a* Ejuſdem argumenti eſt hoc cum ep. 83. quod vide.
* Al. *non juſtus*, i. non plenum & juſtum aſſe quutus cenſum equitis, qui quadringenta feſterr. a noſtræ monetæ, 3125. lib.
*b O faciles dare prata deos!* *c* Et 10. olivis major pars reſervatur in proximam cœnam. Vide Juvenalem 14. Sat. 127. v.

*a* SI dederint ſuperi decies mihi millia centum;
Dicebas nondum, Scævola, * factus eques:
Qualiter ô vivam, quam largè, quámque beatè!
Riſerunt *b* faciles & tribuêre dei.
Sordidior multò poſt hoc toga; penula pejor:
Calceus eſt ſarta terque quaterque cute:
*c* Deque decem plures ſemper ſervantur olivæ;
*c* Explicat & cœnas unica menſa duas;

Et

Et *d* Veientani bibitur fæx craſſa rubelli;
Aſſe cicer tepidum conſtat, & *e* aſſe Venus.
*f* In jus, ô *g* fallax atque *h* inficiator, eamus:
Aut *i* vive, aut decies, Scævola, *k* redde Deis.

*d* Fœculentum & turbidum vinum a Veientibus in Italia.
*e* Illi plebeia contento. *f* In formula vocandi in jus. *g* Qui voviſti te laute victurum ſi, &c. *h* Qui ſordide vivendo non agnoſcit ſe ex voto accepiſſe quod accepit. *i* Laute, genialiter. vide ep. 16. ſupra nota, *d*. *k* Quando iis non uteris, *vel*, ut liberius vivas, quod prius feciſti.

## *De leonibus Cæſaris.* LXXXVIII.

*a* Picto quòd juga *b* delicata collo
Pardus ſuſtiner, *c* improbæque *d* tigres
*e* Indulgent patientiam flagello:
Mordent aurea quòd lupata cervi,
Quòd frænis *f* Libyci domantur *g* urſi,
Et *g* quantum Calydon tuliſſe fertur,
Paret *h* purpureis aper capiſtris:
Turpes *i* eſſeda quòd trahunt biſontes,
Et *k* molles dare juſſa quod choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro,
Quis ſpectacula non putet deorum?
Hæc tranſit tamen, ut minora, quiſquis
Venatus humiles videt leonum,
*l* Quos velox leporum timor fatiget.
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et ſecurior eſt in ore præda.
Laxos cui dare, perviſque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes;
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modò venerint juvencis.
*m* Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui ſerviunt leones.

*a* Pardi n. & pantheræ variegati & maculoſi.
*b* Mollia, purpurea, ſerica, non inficta, *h*.
*c* Feroces. Rabidæ, *vel* quod nemini prædabiles erat paſſuris tigres.
*d* Vide ep. 15. lib. ſpect.
*e* Patiuntur flagra.
*f* Vide Lipſium Elect. 12. c. 4. contendentem leones a Romanis tum ſuditis obvia nocte quæ vocitatis fuiſſe Libycos Urſos: ut & elephantem, *horum Lucam*; Suſuthionem. *p* Seneca *non mari natum*, contra quem ex Plinio auctoritate, lib. 8. c. 36. & 58. docte diſſerentem, cum alii plurimi auctores, tum hic facit locus, ubi inductione cæterarum ferarum, inter quos & urſorum, aſcenditur diſtincte ad leones. *g* Vide ep. 23. lib. ſpectac. 2. *h* Supra not. *b*. *i* Curſus Britannicos. *k* Quod Elephantus ſaltans paret rectori ſuo ex Æthiopia, ep. 89. l. 6. * Hæc tamen omnia ſuperat leporum luſus per rictus leonum. *l* Supra ep. 6. 15. 23. 39. 42. 45. 53. *m* Vide argumentum hujus ep. ſupra 15. ep. hujus lib. & 18. ep. lib. ſpect.

## *Ad Ovidium.* LXXXIX.

*a* Qui & Ovidius ad quem alibi ſæpe.

In Nomentanis, *a* Ovidi, *b* quod naſcitur agris,
Accepit quoties tempora longa merum,

*b* Vinum ex agro meo Nomentano, ubi vetuſtate decoctum maturuerit, videri poteſt exiſſe nomen patrium (recens enim vinum Nomentanum audiebar durum & inſuave) atq; naturam uſurpaſſe, cum vinis vel optimis contendere, & Optimianum dici, vel Falernum vel aliud quodcunq; addito amphoræ titulo commendatur.

Exuit annosâ mores nomenque senectâ:
Et quicquid voluit, testa vocatur c anus.

c Metonym. cadus ceu amphora vetusta vide supra ep. 34. not. a.

## ¶ *Ad Lucium Julium.* XC.

Sæpe mihi dicis, Luci clarissime Juli,
Scribe aliquid a magnum: desidiosus homo es,
b Ocia da nobis: sed b qualia fecerat olim
c Mæcenas Flacco, Virgilioque suo:
Condere victuras tentem per secula d curas,
Et nomen e flammis eripuisse meum.
f In steriles campos nolunt juga ferre juvenci:
g Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.

a Epicum & perpetuum carmen.
b Agros & pecunias quo musis vacem *non de lodice paranda Solicitus.*
c Locupletavit Clinius Mæcenas Virgilium, Horatium, &c.
d Carmina, al. leg. *Chartas.* e Ut ultra rogos & cineres supersit.
f Musæ non libenter arant litus, non amant studia, *Præmia si tollas.* g Optimum quidem solum versare fatigat agricolam, sed amplissimæ segetis spes alit, non minus magni operis Poetam fructus & præmii spes.

## ¶ *Ad Gallum.* XCI.

a Est tibi, sitq; precor, multos erescatq; per annos
Pulchra quidē, verùm Transtiberina domus.
At b mea Vipsanas spectant cœnacula laurus;
Factus in hac ego sum jam regione senex.
Migrandum est, ut mane domi te, Galle, salutem:
c Es tanti, vel si longius illa foret.
Sed d tibi non multū est, unum si præsto togatum?
Multum est, hunc unum si mihi, Galle, nego.
e Ipse salutabo decimâ vel serius horâ:
Mane tibi pro me dicat avere liber,

a Geminum huic erat. 71. ep. supra.
b Scalis habito tribus, in cœnaculo prope porticum M. Vipsani Agrippæ lauris opacam.
c Et ejus quidem pretii ac meriti es ut tibi hoc officium præstem, etiamsi ulterius sit migrandum. d Non multum tibi erit honoris ex me unico cliente multis qui te comitantur addito: multum mihi hæc qualiacunque scribenti detereretur ocii, si salutandi officio vacarem sup. ep. 63. not. 1. & 17. ep. lib. 11. e Ipse te veniam salutatum inter cœnandum, vel a cœna: interim pro me salutatorem matutinum capias hunc libellum.

*Et pictura ejusdem.*

## ¶ *De Catella Publii.* XCII.

a Issa est c passere b nequior c Catulli.
Issa est purior osculo columbæ.
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior Indicis lapillis.
Issa est deliciæ catella Publi.
Hanc tu, si queritur, loqui putabis.
d Sentit tristitiamque gaudiumque,

a Nomen catellæ Publii.
b Lascivior.
c Lesbiæ pass. cujus nequitiam & mortem canit Catullus.
d Sentit hos affectus in Domino, atque illi tristi condolet, hilari lascivus congratulatur.

*e* Collo nixa cubat, capitque ſomnos,
Ut *f* ſuſpiria nulla ſentiantur.
Et deſiderio coacta *g* ventris,
*h* Gutta pallia non fefellit ulla:
Sed blando pede ſuſcitat, toroque
Deponi rogat, & monet *i* levari.
Caſtæ tantus ineſt pudor catellæ:
*k* Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabellâ
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſi tam ſimilis ſibi nec *l* ipſa.
Iſſam denique pone cum tabellâ:
Aut utramque putabis eſſe veram:
Aut utramque putabis eſſe pictam.

*e* Collo Domini seu gremio innixa dormit. Fr. Modius legit ex codice Weidneri *nexa*, epiſt. 33.
*f* Reſpirationes.
*g* Ejiciendi.
*h* Præſtitit munditiem lectoſque ejus contaminavit ſtragula.
*i* Alvi seu veſicæ onere lev. alii leg. *lavari*.
*k* Ut mortuæ ſuperſit memoria, curavit Publius illam pingi. *m* Fr. Modius ex ejuſdem Weidneri libro reponit, *Iſſa*. Confirmat Ja. Ratgerſius, l. 6. var. lect. c. 11.

## *Ad Velocem.* CXIII.

SCribere me quereris, Velox, epigrãmata longa.
Ipſe nihil ſcribis: tu breviora facis. —

E virtutibus epigrammatum altera eſt Brevitas, hanc in Martiale cum eſſent qui carperent, reſpondet neſcio cui Veloci Poetæ brevia ſua epigrammata eſſe potiora illius nullis.

## ¶ *Ad Regulum.* XCIV.

CUm tibi ſit ſophiæ par fama, & cura deorum,
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo:
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Et qui miratur, Regule, thura dari.

Ne munera mittas ſupervacanea, ut fœminæ arma, ruſtico libros, &c. præcipit Seneca. Hic Poeta (miſſis ad Reg. epigrammatum libro & thuris forte libra) muneribus pompam addit: convenientia munerum cum ejus cui dantur eruditione & pietate, ſed de hoc Reg. vide Plin. epiſt. ult. lib. 2. & lib. 6. epiſt. 2.

## *In Priſcum.* XCV.

CUm te non noſſem dominũ regẽq; vocabam;
Cum bene te novi, jam mihi Priſcus eris.

Te prius mihi non notum pro munifico patrono & claro viro honorifice ſalutabam: poſtquam vero mihi innotueris, familiarius te apello & mero nomine ſaluto, ep. 49. l. 2.

Ad

## *Ad Lectorem.* XCVI.

*a* Epigrammata quæ mihi olim puero excide-runt, venalia sunt apud Q. Poll. Val.
*b* Nugamenta Carminum.

*a* QUæcunque lusi juvenis & puer quondam,
*b* Apinasq; nostras, quas nec ipse jam novi;
*c* Mitte collocare si bonas voles horas,
*d* Et invidebis ocio tuo lector:
A Valeriano Pollio peres Quincto,
Per quem *e* perire non licet meis nugis.

Apinas autem ut & Tricas Apuliæ oppidula fuisse vilia scribit Plinius. l. 3. cap. 11. a Diomede tantam per ignominiam eversa ut in proverbii indibrium abierint. Cum vero Græce dicantur ἀφάτναι, unde & *Affaniæ*, cur non ab ἀφάτνης ducamus, ut & Tricas à φρίκης? *c* Molesta extenuatio. *d* Nec fines ocium abire sine malo. *e* Exscribi enim jacit, venditque.

## *De Antulla, ad Faustinum.* XCVII.

*a* Faustine. Telesphorus Fœnius vicinus tuus (forte in agro Tiburtino, vide 46. ep. 4. l.) Diis manibus filiæ suæ Antullæ immatura morte

*a* HOs tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos
Fœnius, & breve rus, udaq; prata tenet.
Condidit hîc natæ cineres, nomenque sacravit,
Quod legis Antullæ, *b* dignior ipse legi.
Et Stygias æquum fuerat patrẽ ísse sub *c* umbras?
Sed quia non licuit; vivit, ut ossa colat.

præreptæ consecravit hunc agellum in quo cineres & ossa filiæ condidit. *b* Turbato mortalitatis ordine & satis male judicantibus titulum filiæ pater tumulo inscripsit, quod officium ex naturæ ordine patri præstitisse filium æquus fuerat. *c* In Anglicano esse testatur Junius, *pater ivet ut umbras.* Quid si, *iret ad umbras.* Ja. Rutgersius, *Ad Stygias æquum fuerat pater iret ut umbras.* P. Scriv. Scaligerum secutus, *Et Stygias æquus fuerat pater ire sub umbras.* ut sit Hellenismus, πατὴρ δίκαιος ὑπὸ ἰέναι.

MS. Bodl. *Epitaphium Antullæ.*

## *De eadem.* XCVIII.

*a* Ejusdem argumenti cum ep. CXVII.
*b* Agellum cum luco qui religionis causa sepulchris additus.

*a* HOc *b* nemus æterno cinerum *c* sacravit honore
Fœnius, & culti jugera pauca soli. (nore
Hoc regitur citò rapta suis Antulla sepulchro:
*d* Hoc erit Antullæ mistus uterque parens.
*e* Si cupit hunc aliquis, moneo ne speret agellum:
*f* Perpetuò dominis serviet iste suis.

*c* In usum & honorem sepulchri in æternum sacri. *d* Eodem monimento condebantur e more sanguine propinqui, conjuges, amici, &c. *e* Ne alienatur hic agellus. HEXT. N. S. *hæredes externos nesequatur.* *f* In æternum sacrabitur in usum familiaris sepulchri.

In

## *In Lupercum.* XCIX.

OCcurris quoties, Luperce, nobis?
Vis mittam puerum ſubinde dicis,
Cui *a* tradas epigrammatωn libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam?
Non eſt, quòd puerum, Luperce, vexes,
Longum eſt, ſi velit ad *b* Pyrum venire,
Et *c* calis habito tribus, ſed altis.
Quod quæris, propiùs petas licebit:
*d* Argi nempe ſoles ſubire *d* letum,
*e* Contra Cæſaris eſt forum taberna,
*f* Scriptis poſtibus hinc & inde totis,
Omnes ut cirò perlegas Poetas.
Illinc me pete; *g* ne roges Atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ.
*h* De primo dabit, alterove nido
*i* Raſum pumice, purpuraque cultum
*k* Denariis tibi quinque Martialem.
Tanti non es, ais? *l* ſapis Luperce.

*a* Mutuo.
*b* Alii regionem urbis eſſe volunt, alii inſigne ædium, alii leg. *ad ſtellam*, ut 23. ep. 5. lib.
*c* In cœnaculo, vel tertio tabulato, ut ſupr. ep. 91. *b*.
*d* *Imeſis* Argiletum. ſupra ep. 3. *a*. ab argilla, vel Argiletho, qui ibi ab Evandro cœſus fertur.
*e* E regione fori Julii eſt taberna bibliopolæ.
*f* Poſtes columnæ, pilæ bibliopolarum inſcripta gerebant nomina librorum venalium. *g* Ne ſit opus quærere quis meos libros habeat venales, Atrectus vocatur bibliopola, alii legi volunt *me poſcas Atrectum* i. ab Atrecto. *h* De ſummo tornulo, capſa, ceu armario, in primis 2. vel ſummis nidis oprimi recondebantur libri, in imis ceu ultimis libri parvæ æſtimationis. *i* Supra ep. 59. *m*. *k* Qui bus fere equivalent 40. e noſtris. Sed denarius erat duplex, vetus qui 8. d. ob. c. novus, qui 7. d. ob. *l* Ironice collaudat hominis ſordes, cui pro vili habetur ingenium & labor Poetæ.

## *Ad Cæcilianum.* C.

CUji legiſſe ſatis non eſt epigrammata centum,
Nil illi ſatis eſt, Cæciliane, mali.

Per modeſtiam extenuat ſua epigrammata, tanquam mala ſint, ſimulque excuſat libri longitudinem: ex mente Callimachi apud Athenæum 3. l. 1. c. τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ, numerum autem perfectum ponit 100. cum ſint 119.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER II.

### Ad Decianum.

a *Quid nobis, inquis, cum epistolâ? parumve tibi præstamus si legimus epigrammata? quid hîc porro dicturus es, quod non possis versibus dicere?* b *Video quare tragœdi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet. epigrammata Curione non egent, & contenta sunt suâ, id est, malâ linguâ. In quacunque paginâ visum est, Epistolam faciunt.* c *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & togam saltanti inducere personæ.* d *Denique videas, an te delectet contra retiarium ferula.* e *Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant.* f *Futo me hercule, Deciane, verum dicis. Quid, si scias, cui nupta, & quàm longâ epistolâ negotium fueras habiturus? Itaque quod exigis fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quòd ad primam paginam non lassi pervenient.*

a Hæc omnia usque ad *reclamant* ex persona Deciani, quem facit Poeta mirantem & reprehendentem quod epistolam Epigrammatis suis præfigat.

b Tragœdi certe, si quid esset quod principem & populum vel monitos vel rogatos vellent, epistolam exhibebant, quam vocalissimus aliquis Curio, qui theatralis quasi præconis officio fungebatur, clara legebat voce. hoc fecerunt illi ex necessitate quod iis in dramatico poemate, quæ extra scenam & argumentum essent, loqui non liceret, hoc tibi O Martialis in epigrammatis tuis non æque necesse est, quæ quasi epistolia sunt.

c Noli indecore & absurde mimo inducere togam (qui gravitatis cultus est), i. epigrammati epistolam, poemati orationem solutam, legitur &, *in toga saltanti inducere personam.*

d Neque te putes epistola magis munitum adversus maledicos, quam si quis myrmillio contra retiarium ferula pro ense pugnaret.

e Ut enim spectatores illiusmodi myrmillones inconsideratam audaciam aversati reclamarent, ita inter alios & ego tuam hanc temeritatem epistola nullatenus efficaci te defendere conantis.

f *Respondet Martialis.* & sane perlongam scripturus eram epistolam: sed a te monitus consilium muto, neq; lectorem longa epistola fatigabo.

14

## *Ad librum ſuum.* I.

TErentena quidem poteras epigrãmata *a* fer-
Sed quis te *b* ferret, perlegeretque, liber? (re:
At nunc *c* ſuccincti quæ ſunt bona * diſce libelli,
Hoc primũ eſt, *d* brevior quòd mihi charta, perit.
*e* Deinde, quòd hæc una peraget librarius horâ,
Nec tantùm nugis ſerviet ille meis.
Tertia res hæc eſt, quòd ſi cui fortè legêris,
Sis licet uſque malus, non odioſus eris.
*f* Te conviva leget miſto quincunce: ſed antè
Incipiat poſitus quàm tepuiſſe calix.
Eſſet ibi tantâ cautus brevitate videris.
Hei mihi, quàm multis ſic quoque longus eris!

*a* Capere.
*b* Pati, tolerare.
*c* Brevis libri commoda.
* MS. Bodl. *noſce.*
*d* Minus inſumo & perdo chartæ, *modeſte.*
*e* Librarius citius tranſcribet hæc, ut melioribus vacet exſcribendis.
*f* Inter pocula legeris, vide ep. 19. l. 10. & perlegeris minori ſpacio quam vinum aqua calida, in quincunce quinque cyathorum capaci dilutum frigeſcat. *Hyperb.*

## *Ad Cæſarem Domitianum.* II.

*a* CReta dedit magnũ, majus dedit Africa nomẽ,
Scipio quod victor, quodq; Metellus habet.
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
*b* Et puer hoc dignus nomine, Cæſar, eras.
*c* Frater Idumæos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex *d* Dacis laurea, tota tua eſt,

*a* L. Metellus devicta Creta. Pub. Cornel. Scipio devicta Africa, nobilia aſſecuti ſunt cognomenta: Domitianus vero debellatis Cattis Duciſque nobilius meruit cognomen Dacici ſc. & Germanici illi n. ſingula, hic bina. Illi Cretenſes pigros ventres & diſcinctos Afros, hic Germanos bellicoſos, ὄχθος Ἄρεως. *b* Domitianus juvenis admodum expeditionem ſuſcepit in Germanias. Sueton. l. 8 c. 2. ſed neque neceſſariam neque utilem. *c* Pater tuus Veſpaſianus cum filio Tito de Hieroſolymis triumphavit, tu de Cattis Duciſque ſolus. *d* Al. *Catti.*

## ¶ *Ad Sextum.* III.

SExte, nihil debes; nil debes, Sexte, faremur.
Debet enim, ſi quis ſolvere, Sexte, poteſt,

Vere jactat ſe nihil debere, qui non eſt ſolvendo. Debitoris enim inopia excludit actionem.

## ¶ *Ad Decianum.* IV.

*a* NE valeam, ſi non totis, Deciane, diebus,
Et tecum totis noctibus eſſe velim.
Sed *b* duo ſunt, quæ nos diſtinguunt, millia paſſũm;
Quatuor hæc fiunt, cùm rediturus eam.
Sæpe domi non es: cùm ſis quoque ſæpe, negaris.
Vel tantum *c* cauſſis, vel *d* tibi ſæpe vacas.
Te tamen ut videam, duo millia non piget ire:
Ut te non videam, quatuor ire piget.

*a* Jurandi formula, ut, *ne vivam, diſperream.*
*b* Intercapedo & ſpacium 2. millia paſſuum, qui 4. mihi fiunt redeunti nec te convenienti.
*c* Clientum cauſſis. *d* Tuis ſtudiis, vel balneis, cœnis, ſeu valetudini curandæ.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Severum.* V.

*a* Indignantis & exultantis formula Ironica, qua Severi deludit fastidium: prius quidem singula epigrammata collaudantis atque ut ederentur suadentis, collecta vero jam & edita cum fastidio dejicientis.

*a* I Nunc, edere me jube libellos.
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas, *b* ἰσχιατικάλιον Severe,
Et longas trahis *c* oscitationes.
Hæc sunt, quæ relegente me solebas,
*d* Rapta exscribere, sed *e* Vitellianis.
Hæc sunt, singula quæ sinu ferebas
Per convivia cuncta, per theatra.
Hæc sunt, aut meliora si qua nescis.
*f* Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior ut sit umbilico,
*b* Τὸ ἐν ἰσχά- Si totus tibi triduo legatur,
πῳ κάλῳ γε- *g* Nunquam deliciæ supiniores.
σαμμένον. Lassus tam citò deficis viator,
Et cùm currere debeas *h* Bovillas,
*i* Inter jungere quæris *k* ad Camœnas,
*l* I nunc, edere me jube libellos.

imum chartæ scapum chartæ imæ adglutinatum. Ultimam autem libri partem subinde spectare impatientis est lectoris. *c* Lassitudinis & fastidii indicium est repandiculans oscitatio. *d* Al. *Raptim scribere.* *e* Pugillaribus luteis vitello ut credo illitis quibus res lascivæ & elegantiores scribebantur. Alii a Vitellio nescio quo, inventore dictos volunt. ep. 8. & 9.l.14. *f* Quorsum studui brevitati? frustra curavi ut liber tenuis esset nec umbilici (de quo 59. ep. 1.lib.) crassitudinem excederet, si tamen tu delicatus & supinus lector triduum illi legendo insumas. *g* Alii, *Nusquam*, ut 3.ep.1.lib. *Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ*, &c. *h* Oppidum in via Aricina, non longe a Roma. *i* Male legitur *Iter jungere*, est n. *interjungere* jugo solvere equos seu boves refectionis gratia. *est. a. Allegoria.* brevem librum non uno decursu perlegis, verum in itinere hæres & pausam oscitans interponis. *k* Ad lucum & templum Camœnarum extra portam Appiam. sed vide Ph. Cluverii Italiam.l.3.c.4. *l* Epanalepsis Ironica, supra *a*.

## ¶ *In Attalum.* VI.

*a* Vide ep.10. lib.1.

DEclamas *a* bellè; caussas agis, Attale, bellè.
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis bellè mimos; epigrammata bellè;
Bellus grammaticus, bellus es astrologus.
Et bellè cantas, & saltas, Attale, bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
*b* πολυπαράσ- Nil bene cum facias, facis attamen omnia bellè.
μων, a busie body. Vis dicam quid sis? magnus es *b* ardelio.

ut l.1. ep.68. multa agendo nihil agens, qui ut videatur aliquid esse in omnibus, nihil est in singulis. *nusquam n. est, qui ubique*, Sen. epist. 2. Alii ab *ardore* & impetu multa tentantis, nihil prosequentis: Alii ab *ardeola* avi quæ in volatu multum movet, parum promovet, diductum volunt. Sunt qui Ardeliones mimorum genus fuisse volunt. vide epigr. Græca ἀπὸ μέρ.

At

## *Ad Lectorem.* VII.

*a* SI qua videbuntur chartis tibi, lector in istis,
Sive obscura nimis, sive Latina parum:
Non meus est error; nocuit librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.
*b* Quod si non illum, sed me peccasse putabis;
Tunc ego te credam cordis habere nihil. (mus;
*c* Ista tamē mala sunt *d* quasi nos manifesta negemus?
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

*a* Poeta per jocum & ut teneret lectoris cum ingenium tum candorem, epigrammatum suorum vitia, quasi a se amoveus in librariorum negligentiam & errorem confert. *b* Quod si meam hanc, quæ tamen vulgaris est authorum excusatio, non admiseris, neque ego te pro cordato & candido lectore habebo. *jam sumus ergo pares.* *c* *Urget lector.* sed ipsa carmina mala sunt, quod non tam ab operarum errore, quam ab autoris vitio. *d* Aperit se Poeta, & fatetur mala quidem esse hæc, sed & illos provocat ut meliora, si possint, scribant; sin minus, his utantur. hæc animo æquiore accipiant. ep. 77. lib. 1. quin & se minatur censorem non minus in illos rigidum, si scripserint. Jo. Rutgersius legit: *quo si manifesta negemus?*

## *In Posthumum.* VIII.

BAsia dimidio quòd das mihi, Posthume, labro,
Laudo: licèt demas hinc quoq; dimidium.
Vis dare majus abhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

Non ego te superbum censeo aut minus humanum, quod me altero labro (ut ep. 10. infra) vel levi basio (qui salutandi mos Romanis) excipis, contentus ero v. i quarta oscüli parte, imo beatus nulla. notatq; Posthumi (quisquis ille fuerit) impuram animam atque os impudicum ἀπὸ τῦ τὰ αἰδοῖα λεί χειν καὶ μύζειν.

## *Ad Rufum de Selio.* IX.

*QUòd fronte Selium nubilâ vides, Rufe,
Quòd *b* ambulator porticum terit serus:
*c* Lugubre quiddam quòd tacet piger vultus;
*d* Quòd penè terram tangit indecens nasus;
Quòd dextra pectus pulsat, & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris.
Uterque natus vivit, & precor *e* vivat.
Salva est & uxor, *f* farcinæque, servique:
Nihil colonus, villicusque decoxit,
Mœroris igitur causa quæ? * domi cœnat.

* Selii cœnipetæ mœstitiæ & luctûs causam esse domi cœnium. *b* Mox ep. 12. *c* Quod moesto vultu tacitus prae se fert luctum. MS. Bodl. *languore quodam.* *d* Quod demisso sit vultu capite que dejecto.

*e* In avari Selii Impendium. *f* Opes nummi, *quæ majore domus gemitu majore tumultu Plangunter quam funera.*

## ¶ *In Posthumum.* X.

*a* Animæ fœtorem & oris ſparcitiem diſſimulare voluit Poſt. diſpaſmatum & unguentorum accito odore, ſubaſſi luo hujuſmodi odore ſuſpicatur Poeta latere morbum, vomicam, aut tetrimus quippiam, ſupr. ep. 10. *b Accuſtor, mulier bene olet, ubi male olet.* Plaut. Moſtell. vide ep. 43. l. 6.

*a* Esſe quid hoc dicã, quòd olent tua baſia myrtha,
Quodq; tibi eſt nunquam non alienus odor?
Hoc mihi ſuſpectũ eſt, quod oles bene, Poſthũe, ſẽper.
Poſthume, *b* non bene olet, qui bẽe ſẽper olet. (per.

## *Ad Sextum.* XI.

Præſtat abſq; lite creditori ſolvere, ne unum ſubter fugiens inter tres incidas, nam que munere palpandus judex, ſæpe obiter corrupta textit judicia) nunc us alium tibi exto; quibit patronus, & creditori tandem ex lege & ſententia ſolvendum eſt.

Et judex petit, & petit patronus.
Solvas cenſeo, Sexte, creditori.

## *Ad Paulinum de Selio.* XII.

*a* Modo ep. 9. *b* Ad Campum Martium, in quo porticus plurimæ variis picturis inſignes, & in his Europæa a Jove tauro vecta. *c* Frequentat exercitii loca in campo Martio, atque ibi te a pedum celeritate in curſu confert Achilli, qui ποδάρκης ἀχιλλεύς *d* Si in porticibus, quæ juxta exercitiorum loca, non reperiat invitatorem, transfert ſe ad loca tabulis vallata in quibus P. R. ſuffragia laturus claudebatur. quæ loca a ſimilitudine *ſepta* & *ovilia* appellabantur. vide quæ ad Juven. 6. ſat. 530. verſ. e Juxta ſepta erat templum Neptuni cum porticu, in qua depicta fuit hiſtoria Argonautarum, & in his, Chironis filii Neptuni ac Phyllires; atque Iſionis Æſione nati. *f* Templum Iſidis, cujus ſacra ex Ægypto (in qua notiſſima civitas Memphis) Romam tranſlata, in campo Martio prope ſepta, hoc templum Tiberius everterat, ſed vel nomen loci manebat, vel ab alio Imp. inſtauratum erat. *g* Subſellis. *h* Propter virum Oſſium amiſſum & inventum tardum apud Phidiam laceratum. *i* Iſis dea ex Io Inachi filia a Jove compreſſi & in vaccam mutata. *k* Porticum hanc C. columnis inſignem alii Corinthiam, Cn. Octavii; alii Vipſaniam fuiſſe autumant. *l* Porticum Pompeiam, prope quam lucus & duo horti. *m* Tenebroſa balnea Grylli, & excelſo loco poſita vel frigida balnea Lupi, vide ep. 52. l. 1. & infra ep. 56. *n* Intercæmis propriè ſudabatur ut in balneis lavabatur. *o* Nullo Campi Martii favente numine, quod Sclium comabebet.

Totus

Lotus *p* ad Europes tepidæ buxeta recurrit,
Si quis ibi ſetum carpat amicus iter.
*q* Per te, perque tuam, vector laſcive, puellam,
Ad coenam Selium tu, rogo, Taure, voca.

*p* Ad petitum Europæ, ſupra nota *b*. juxta quam erant tepentes poſt meridiem buxi. ep. 19. l. 3. *q* O Jup. qui tauri induſti formam, rogo te per te & Europam tuam intercedas nunc Selium, ut apud te cœnet, alludit ad morem Græcorum qui ſic vocabant cœnaturos eos apud interos, qui morituri eſſent. nota eſt Leonidæ vox animoſa.

## *In Hermum.* XIII.

QUod nulli calicem tuum propinas,
Humanè facis, Herme non ſuperbè.

Habebant veteres honoratiores maximè, in conviviis peculiares ſuos calices: quos aſſis interdum propinare, humanitatis erat: contrarium, ſuperbiæ. Invertit hoc Poeta collaudando Hermum, qui ſi hoc ab illo humane factum ſit, ne calice a fœtore oris ſui venenato alios offendat. Franc. Luiſinus in nominis ambiguitate, quod illi cum Deo Mercurio commune eſt, joci acumen latere putat. q.d. facit ut homo, &c. vide 13. c. lib. 1. paterg. n.

## ¶ *In Zoilum.* XIV.

ZOilus ægrotat *a* faciunt hanc *b* ſtragula febrē:
*c* Si fuerit ſanus, coccina quid facient?
Quid *d* torus à Nilo? quid *e* Sidone tinctus olenti?
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?
Quid tibi cū medicis? dimitte *f* Machaonas omnes,
*g* Vis fieri ſanus? ſtragula ſume mea.

*a* Ut viſentibus efficiat ſtragula, morbum ſimulat. *b* Tapetia lectorum ſtrata, non conveniunt Grammaticis de ſtragulis, veſteſne an lectorum ſtrata denotent; ego utrumque, namque leonis ſpolium Herculi pro lecto & ſtragulo, apud Senecam: *quoniam abiit tegmen meum, Idemque ſomno mollis Herculeus ſternit?* *c* Si valeret, non poſſent videri ſtragula. *d* Torus e lino Ægyptiaco: & Alexandrina pluma factus. *e* Torus Sidonio tinctus murice. purpureus legitur &, *ſidone cinctus*, i. plagis, Angl. **curtaines.** e findone tincta olenti murice cinctus. Rutgerſius legendum autumat, *quid ſidone cinctus olenti i.* 6. l. var. lect. c. 11. & Notis in Martialem ad Scriver. *f* Medicos. a Machaone filio Æſculapii nobilitato ab Homero cum fratre Podalirio. *g* Sapies & valebis, depoſito ſtragulorum luxu, ſumptiſq; vilioribus, cujuſmodi mea ſunt.

## *In Maximum.* XV.

*a* CApto tuā, pudet heu, ſed capto, Maxime, cœnā:
Tu captas aliam jam ſumus ergo pares.
Mane ſaluratum venio tu diceris iſſe
Ante ſaluratum, jam ſumus ergo pares.
Sum *b* comes ipſe tuus, tumidiq; *c* anteābulo regis:
Tu comes alterius. jam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſervum: jam nolo *d* vicarius eſſe.
*e* Qui Rex eſt regem Maxime, non habeat.

*a* Ego te pro rege meo & patrono ſalutabam, comitabar, proſequebar, cœnam hinc promeriturus, neq; negabo me nunc cœnam captare: ſed & te video eadem obire officia (namque hoc faciebant potentiores. Juvenal. 1. ſat. 117. verſ.) quocirca, cum tibi par ſim, renuncio tuæ clientelæ, nolo eſſe cliens clientis, &c. *b* Comes eſt, qui latus tegit, honoris gratia: dictus & *Exterior* ceu *latero*— *c*— Anteambulo qui præcedit patronum divitem & potentiorem, Poetis *Regem* dictum. *d* *Sive vicarius eſt qui ſervo paret.* Horat. *e* Infra ep. 27.

## *Ad Zoilum.* XVI.

*a* Beat quidem tanta cœna. tua nequaquam. quæ ſordida, & digna mendicis qui ad Ariciam & clivum Virbii *recumbunt*, in qua dictione ludit. ut *convivis* & *mendicis* communi. *b* Neque celabo quod habet MS. noſter; *Felicem? cœnam, Zoile, dando tuam.* diſpiciat lector.

*a* Felicem fieri credis me, Zoile, cœnâ.
*b* Felicem cœnâ, Zoile, deinde tua?
Debet Aricino conviva recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

## *De Paullo.* XVII.

Sic lib.1.ep.28. & 6.l.ep.11.

Carmina Paullus emit: recitat ſua carmina Paullus.
Nam quod emas, poſſis dicere jure tuum.

## *In Poſthumum.* XVIII.

*a* Exoſculandam, maluntalii ſimpliciter, prehendendam tangendamque. *b* Diſplicent enim oſcula ſpurci oris. ſupra ep.8.& 10.

Baſia das aliis, aliis das, Poſthume, *a* dextram.
Dicis, utrum mavis? elige, *b* malo manum.

## *De eodem.* XIX.

* *Nunſine cultori perdici ſa ſuo.* Ovid.2. Triſt. nam quæ me prius leviter notum dimidio baſii ſalutabat, jam ex carminibus notiorem me toto ore oſculatur, quam gratum autem ſit illud, docuit, ep.8. ſupra.

Quid mihi vobiſcum eſt, ô *Phœbe, *novēq; ſorores?
Ecce nocet vati Muſa jocoſa ſuo.
Dimidio nobis dare Poſthumus ante ſolebat
Baſia, nunc labro cœpit utroque dare.

## *De eodem.* XX.

*a* Epiſt.1.lib. 6.

*b* Cur enim velim illum publicato nomine effendere, cui facile eſt me, fœdis oſculis ſub amicitiæ nomine datis atque adeo mihi non abmendis, vindicare? ep.77.l.7.c. Ita Artemona illa apud Plautum in Aſinaria. *Nam ſi domum redieris hodie, oſculando ego ulciſcar potiſſimum.* cum prius dixiſſet Demænetus *malle ſe naulcam bibere, quam illam oſculari.*

*a* Non dicam, licet uſque me rogetis,
Quis ſit Poſthumus in meo libello,
Non dicam. *b* quid enim mihi neceſſe eſt
Has offendere baſiationes,
Quæ ſe tam bene vindicare poſſunt?

¶ *In*

## ¶ *In Candidum.* XXI.

*a* SI det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
*b* Squalidus hærebo, pallidiorque reo.
Si jubeat patriâ damnatum excedere terrâ,
Per freta, per ſcopulos exſulis ibo comes.
*c* Dat tibi divitias. ecquid ſunt iſta duorum?
Das partem? multum eſt; Candide, das aliquid?
*d* Mecum eris ergo miſer. *e* quòd ſi deus ore ſereno
Annuerit: felix, Candide, ſolus eris.

*a* Lege quatuor primos verſus ex perſona Candidi, ut qui ſæpe promiſerat ſe comitem fore Martiali. ſi adverſæ res incidiſſent. *& fateor me hic d ſſimire ab exiis, omnibus interpretibus qui hæc tribuunt Poetæ. ſed judicet Lector.* *b* Reorum propriis & amicis niveas togas ſordidis mutare in judiciis, moris erat in miſericordiæ ſucupium. *c* Jam vero fortuna tibi dedit opes, nunquid his me participas? non æquam harum poſco partem, quamquam neq; hæc in qua eſſet, poſtulatio apud eum qui ſe mihi toties ingeſſerat adverſarum rerum ſocium, & cui ſemper in ore, κοινὰ φίλων πάντα. infra ep. 36. ſed mihi tu ne renuncium quidem. *d* Ita habeo te quidem amicum (ut ais) paratum in adverſis — *e* — Sed ſi dexter tibi affulſerit Mercurius & benigne tecum luſerit fortuna, tibi ſoli dives eris.

## *Ad Gallam.* XXII.

DAs nunquam, ſemper promittis, Galla, roganti,
Si ſemper fallis, jam rogo, Galla, nega.

Quoniam ita lubricæ ceu præpoſteræ es: fidei ut cum ratium ſemper facias iis quæ promiſeris: te mihi verbis negare volo, ita ex uſurato dabis.

## *De Nævia, ad Bithynicum.* XXIII.

QUod *a* querulum ſpirat, quod *a* acerbũ Nævia
*a* Inq; *b* ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus: (tuſſit
Jam te *c* rem factam. *c* Bithynice, credis *d* habere?
Erras, *e* blanditur Nævia, non moritur.

*a* Tarquinium moribunda. *b* Al. *Tuos.* *c* Hæreditatem Næviæ. vel marite, cujuſmodi 11. ep. 1. l. *d* Illam ſtatim morituram ſerio cogitas. 25. ep. 1. l. *e* Ita ſanè ſpe lactat & morituræ ſpeciem præ ſe fert, non mox moritura.

## *De Selio.* XXIV.

LAudantem Selium, cœnæ cum retia tendit,
Accipe, ſive legas, ſive patronus agas.
*b* Effecte, graviter, *c* cito *d* nequiter, euge, beatè:
*e* Hoc volui. facta eſt jam tibi cœna, tace.

*a* Adverte Selium, quam cœnam capiens laudat: te vel carmina ceu libellos recitantem, vel cauſas agentem. *b* Acclamat tibi. vide ep. 3. l. 1. h. Omnibus partibus abſolute, plene, perfecte ut nihil ſupra. *c* Prompte, ex inopinato. *d* Verſute, argute. al. leg. *naviter.* *e* Placet tua acclamatio, ir quit recitatori; cœnabis mecum. ſtatim Selius voti compos facet. Notatq; ie Poeta cum impudentiam cœnipetæ tum vanitatem recitatoris ceu patroni qua de. Perſ. 1. Sat.

## ¶ *Ad Rufum.* XXV.

RUfe, vides illum *a* ſubſellia prima terentem,
Cujus & hinc lucet *b* Sardonychata manus,
*c* Quæque Tyron toties epotavere laeernæ.
Et toga *d* non tactas *e* vincere juſſa nives:
Cujus olet toto pinguis coma *f* Marceliano,
Et *g* ſplendent vulſo brachia trita pilo.
*h* Non heſterna ſedet *i* lunatâ *k* lingula *i* plantâ,
*l* Coccina *m* non læſum cingit *l* aluta pedem;
*n* Et numeroſa linunt *o* ſtellantem ſplenia frontem.
Ignoras quis ſit? ſplenia tolle, leges.

*a* Orcheſtram in theatro, inter Senatores ipſum ſenatorem factum ſedentem in primo gradu ep. 14. l. 5. ſunt qui ad ſubſellia in judiciis referunt. Corn. Vicellius 22. legit *terentem*, i. in foro judicium ubi erant ſubſellia ſpaciantem. & cauſidicum notari volunt, qualem depingit. Juven. 7. Sat. 139. verſ. & recitatorem, Perſ. 1. Sat. 15. verſ. *b* Annulos indura quibus includuntur Sardonyches aliæve gemmæ. *c* Tyriobis tinctæ murice vel pluries. *d* Nullo veſtigio preſſus. puras. **the dziben ſnow.** *e* Fullonis arte debata, cretato inſuper. *f* Unguento conſecto a myropola Marcelio, vel Marcello, nam legitur & *Marcellano*. *g* Pumice, nuce ardenti. δεσπαχίσμω, ceu pſilothro delicati & molles ſe depilabant levigabantque. *h* Recens. nova indies. Heraldus legit, *Cujusque heſternæ*, i. nova, ut Perſius dixit heſternos Quirites pro novis civibus. *i* Calceo lunato, de quo vide ep. 43. l. 12. *k* Vinculum calcei, *aliis*, fibula argentea ceu aurea in calceis a nobilioribus geſtata. *l* Senatores primo calceis ex aluta nigra mox (creſcente luxu) cerea, galba, muſſea, ederacea, coccinea pedes cinxerunt. *m* Non arctiore calceo preſſum, *vel* pedem non læſum faſciis ex aluta coccinea ſubligat delicatus. *n* Et multa emplaſtra, quæ ſplenia vocant & adhibentur ad capitis dolorem vel oculorum morbum, frontem ejus tanquam ſtellis diſtinguunt. *o* Al. *Stellatam*, i. diſtinctam, diſpunctam notis. Tolle ſplenia, & ex literis frontis ejus inuſtis cognoſces eum e ſervo ſtigmatia & literato. hoc. literis & punctis inuſto ad Senatoriam dignitatem evectum.

## ¶ *In Caium.* XXVI.

MUtua viginti ſeſtertia forte rogabam,
*a* Ut mihi mutuo daret.
*b* Quam ſummam vel mihi donaſſe non fuiſſet homini tam diviti grave impendium.
*c* Cujus arca
*b* Quæ vel donanti non grave munus erat,
Quippe rogabatur felixque, vetuſque ſodalis,
Et *c* cujus laxas arca flagellat opes.
*d* Is mihi, dives eris, ſi cauſſas egeris, inquit.
*e* Quod peto da, Cai, non peto conſilium.

mota reſonat laxis nummis tanquam flagelli verbere. Flagellare divitias dicuntur (inquit Turnebus 21. l. 4. c.) qui magnas arcis elauſas opes velut verberibus & carceribus coercent, &c. *Infelix ſtrangulat arca divitias*. Papin. 2. ſylv. vide epigr. 13. l. 5. & 34. ep. l. 3. *d* Caius conſulit mihi quod olim Titus. ep. 18. l. 2. vide & 66. ep. l. 1. *e* Nummos mutuos, non conſilium.

## ¶ *In Ponticum.* XXVII.

LIs mihi cū Balbo eſt: tu Balbum offendere noli,
Pontice cū Licino eſt: hic quoq; magnus homo
Vexat ſæpe meū Patrobas confinis agellum: (eſt,
Contra libertum Cæſaris ire times.

*Periit*, inquit illa apud Comicum, *huic ipſi novus patrono eſt quem dem ſenſorem par*.

Abre,

Abnegat & retinet noſtrum Latonia ſervum;
Reſpondes, orba eſt, dives, anus, vidua.
Non bene, crede mihi, ſervo ſervitur amico.
Sit liber, dominus qui volet eſſe meus.

actum ſecum eſſe exclamas Poeta, ſiquidem juſtas intendenti lites adeſſe nolit (quem pro patrono coluerat) Ponticus, non auſus ire contra potentiam magnatum, captanſque gratiam divitum. renuncias itaque ſe ſervum & clientem ſervili domino & patrono. ſupra 15. ep.

## *Ad Phœbum.* XXVIII.

Cum ſint crura tibi ſimulent quæ cornua lunæ,
In rhythio poteras, Phœbe, lavare pedes.

Cum tibi valgo diducantur poplites, cocanstali ceu plantæ; optime conveniat tibi ad lavandos pedes rhytium ceu rhytium. quod vas eſt ab angusto fundo in latum ſurgens inſtar cornu. de quo Athen. l. 10. c. 13. & lib. 11. c. 1. 5. & 26. ludit autem in paribus *cornu* & *rhyto*; *Lunæ* & *Phœbo*.

## ¶ *Ad Pannicum.* XXIX.

*a* Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos,
Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
*b* Nec tibi mitrarum, nec ſit tibi barba reorum,
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.
*c* Nunc tibi crura pilis, & ſunt tibi pectora ſetis
Horrida: *d* ſed mens eſt, Pannice, vulſa tibi.

*a* Non probo virum comas in ſtatione ponentem more fœminarum, nec contra capillos diſturbatum. *b* Nec tibi ſit nulla barba ad modum fœminarum & effœminatorum Gallorum ceu Phrygum qui mentum depilabant, nec, &c. inquit Raderus. *vel*, nec tibi ſit inſtar mollium illorum mitras geſtantium, barba ſummo cultu nutrita & ad ſpeculum compoſita, nec tamen contra promiſſa & diſturbata, ex neglectu vel affectato ſqualore reorum. *c* *Hiſpida membra quidem*, &c. Juven. ſat. 2. v. 10. *d* Sed animo es glabro *Catachreſtice*, i. molli, parum virili.

## *In Cæcilianum.* XXX.

QUidquid ponitur hinc & inde *a* verris:
*b* Mammas ſuminis, *c* imbricemque porci,
*d* Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Murænæque latus, femurque pulli,
*e* Stillantemque alicâ ſuâ palumbum.
Hæc cum condita ſunt, *f* Madente Mappa;
*g* Traduntur puero domum ferenda,
*h* Nos accumbimus otioſa turba.
Ullus ſi pudor eſt, repone cœnam,
Cras te Cæciliane non *i* vocavi.

*a* Ripis.
*b* Sumen ex papillis porcæ ab edito fœtu occiſæ. lib. 13. ep. 43.
*c* Vertebram demptis coſtis, Angl. **the chine.**
Auriculam, P. Scriv. quæ imbricem refert.
*d* Appoſitam duobus convivis.
*e* Stillantem alica qua fartus erat. *vel* natantem in condimento alicæ quæ fit ex Zea. Plin. 10. l. 8. c. it que *ſua* refertur ad alicam qua fartus erat vel ad zeam quæ palumbis cibus. *f* A pinguedine & condimentis ciborum. *g* E more Romano licebat convivis rogata convivatoris venia aliquid appoſitorum ſecum auferre, vel per alium mittere. *h* Non habentes in quo dentes exerceamus. *i* Optime. repoſuit Domitius *vocavi* locutione quidem ſolœca, ſenſu longe acutiori. q. d. in hodiernum diem te invitavi, non ut hæc in craſtinum reſervares, repone itaq; quæ ſtatuiſti.

In

## *In Linum.* XXXI.

Lino exprobranti *Martiali* ſucceſſum in agrum Nomentanum, rogantiq; quid haberet redditus ex agro tam macro & ſterili, reſpondet Poeta ex inopinato, ſi nihil aliud, certe ſe hoc fructus ex eo capere ut careat conſpectu Lini hominis odioſi.

QUid mihi reddat ager, quæris, Line, Nomenta
Hoc mihi reddit agerite Line nõ video. (nus?

## *De Mœchæ veſte.* XXXII.

Veſtes ſibi mutuo mittere divitibus Romanis in uſu erat. ſed cur tu veſtimenta purpurea & violacea adulteræ? magis illi conveniret toga miſſa, meretrices autem ut & adulteri in convictu in publicum togatæ prodibant, ut dignoſcerentur a caſtis matronis ſtolatis. ep.51.l.6.c. & Juvenal.2.ſat.70.verſ.

COccina famoſæ donas, & janthina mœchæ,
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

## *In Tongilium.* XXXIII.

a Eſt enim ſeris πυρετὸς. b Semiretuana. * Al. *fraudes.* c Simulat ſe male habere, quo lautius veſcatur turdis & mullis atque optima bibat vina ſed colata.

aURi Tongilius male dicitur b hemitritæo.
Novi hominis * mores: e eſuris, atq; ſitis.
d Subdola tenduntur craſſis modò retia turdis:
Namus & in mullum mittitur atque lupum.
Cæcuba e faccentur, quæq; f annus coxit f Opimî:
Condantur g parco fuſca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici juſſêre h lavari.
i O ſtulti, febrem creditis eſſe? gula eſt.

**Sick for a caudle, or a poſſet.** d Morbi ſimulatione captat turdos & delicias pricium ab amicis mittend. e Defæcentur, liquantur, colo tranſmittantur, ſic l.12.ep.54. *Turbida ſolicito tranſmittere cæcuba ſacco.* f Vide ep.25.l.1.c. g Medico, parvo, propter Falernum indomitum quod non poterat large ſumi, ægroti minime conveniebat, aut ex perſona hypocritæ ægroti extenuantis petitionem. h Remedium & medicamentum priſcis uſitatum in febribus. nobis ſatis præpoſterum & periculoſum. i Sic l. 11. ep. 54. *Non eſt hæc tuſſis, Parthenope: gula eſt.*

## ¶ *Ad Maximinam, puellam edentulam.* XXXIV.

a Dom. Calderinus vult Martialem alluſiſſe ad præceptum Ovidii 3. de arte. *ridentem mollia ride.* ex epigrammatis Ovidii quæ interierunt deſumptum putat. Ang. Politianus 59.cap.1.cent.Miſcel. poteſt fieri & Martiali non occurriſſe certum authoris nomen, cum dicat *Pato.* b Non edentulus, non edentulis. c Sed vetula. d Nigri & ſubpallidi, quaſi flavi, coloris buxi.

aRide, ſi ſapis, ô puella ride,
a Pelignus puto dixerat Poëta,
Sed b non dixerat omnibus puellis.
Verùm ut dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi; tu puella c non es.
Et tres ſunt tibi Maximina, dentes;
Sed planè d piceique, buxeique.

Quare

Quare ſi ſpeculo mihique credis,
Debes non aliter timere riſum,
Quàm *e* ventum Spanius, *f* manumque Priſcus:
Quàm cretata timet Fabulla *g* nimbum,
Cerußata timet Sabella *h* Solem,
Vultus indue tu magis ſeveros,
*i* Quàm conjux Priami, nuruſque major.
Mimos *k* ridiculi Philiſtionis,
Et convivia *l* nequiora vita,
Et quicquid lepidâ procacitate
*m* Laxat *n* perſpicuo labella riſu.
Te *o* mœſtæ decet aſſidere matri,
Lugentiq; virum, piumq; fratrem,
Et tantum tragicis vacare Muſis,
At tu, judicium ſecuta noſtrum,
*p* Plora, ſi ſapis, ô puella, plora.

*e* Ne diſpergat capillos quos flexerat aut uxeratve ad frontem calvam tegendam. vide ep. 78. l. 10. Cum e codice Vernenſi adferat Gruterus, *Quam ventum vaeuus*. P. Scrivenius legendum ſuſpicatur *Quam ventum vactus*, ſive *vastas*, qui ægre incedit propter crurum diſtorto-

rum vitium. *f* Ne contactus veſtis plicas turbet. ſic ep. 54. l. 3. *Pallia Vicini qui refugit cubiti.* vel prenſationem refugit, ne gypſum cretave proderetur qua manus dealbaſſet. *g* Ne terra Chia vel fucus eluatur. *h* Ne a ſole calefacta ceruſſa (facile a calorem admittit) faciem torreat. *i* Quam Hecuba aut Andromache. *k* Γελοτοποιὸς mimi celeberrimi, qui & ipſe, cum mimum daret qui φιλοχλίων inſcriptus eſt, riſu interiit. *l* Laſciva in quibus ſcurræ, moriones, ſanniones, convivia devicabis. *m* Pandit. *n* Ut appareant dentes. *o* Generaliter lugentibus aſſidere. *Vel* ſpectare, audireq; non jocularia & ridicula argumenta ſed gravia atq; ie triſtia, ut tragœdiis, in quibus Hecuba, vel Niobe luget filios, Andromache virum, Electra fratrem, &c. *p* Multo n. magis te decent lachrymæ quam riſus. *invertitq; ac verſum primum hujus ep.*

## *In Zoilum.* XXXV.

ZOile quid *a* ſolium ſubluto podice *b* perdis?
*c* Spurcius ut fiat, Zoile, merge caput.

*a* Vas in quo lavabatur genibus flexis & infuſo poſitis, aqua ad umbilicum pertingente. *b* Conſpurcas. *c* Namque tibi ori morigeranti & φαγικίζοντι, os eſt ſpurcius quam—.

## ¶ *In Candidum.* XXXVI.

CAndide *a* κοινὰ φίλων hæc ſunt tua, Candide, Quæ tu magniloquus nocte dieq; ſõas, (πάντα,
Te Lacedæmonio velat toga *b* lota Galeſo,
Vel quam ſepoſito de grege *c* Parma dedit.

*a* Hæc ſunt tua verba, tibi ſemper in ore. *Omnia amicorum communia.* a Pythagorea

ceu Socrate authore. Al. lectio, κοινὰ φίλων hæc ſunt, hæc ſunt tua, Candide, κοινά. Malim, *hæc ſunt tua, Candide verba.* *b* A fuſione effuta (vide Lipſ. Elect. 1. l. 13. c.) toga ex optimâ lana Tarentina, vel e velleribus lotis, aut ovium lotarum paſtarumq; ad Galeſum fl. prope Tarentum a Laconibus duce Phalanto conditum ceu auctum, cui fl. eadem natura quæ Bæthi ceu Clitumno. Juven. 12. Sat. 5. 41. & 13. *c* Fl. unde & urbi nomen in Gallia Ciſpadana vellentibus & caſeo claræ. ep. 13. l. 5.

*d* At mihi vestes viles & pannosæ quales sunt, quarum furibundis efferari quis tauris objecta ungula queat. Vide quæ ad 14. ep. lib. Spectac. MS. Bodlerianus habet, *furiosi cornua tauri*, quam lectionem agnoscit editio Gryphiana, aliæque, quam præ ceteris vulgatæ, *furiæ & cornua tauri*.

*d* At me quæ passa est furiosi cornua tauri,
*e* Noluerit dici quam pila *f* prima suam.
*g* Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas?
Non vendes nummis *h* coccina nostra tribus.
*i* Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testâ *k* fagina mensa mihi.
*l* Immodici tibi flava *m* tegunt chrysendeta mulli
*n* Concolor in nostrâ, cammare, lance rubes.
*o* Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:
*p* At mihi succurrit pro Ganymede manus.
*q* Ex opibus tantis veteri fidoque sodali
Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ φίλων.

*e* Viliores sine sunt vestes meæ quam quibus induuntur pilæ compitales, quæ ad effigiem humanam factæ suspenduntur Dis interis votivæ in compitis. *f* Compitalis illa theatrali prior, *vel* in ordine pilarum primus. vel ex iis optimus. *g* Tibi purpureæ lacernæ a Tyro regnata Cadmo fino Agenoris. *h* Ironice pannos suos vocat coccineas lacernas: quas negat valere tres sestertios. *i* Tuæ rotundæ mensæ citreæ e Mauritania petitæ vel e marmore Africano sustinentur pedibus eburneis, e dente sc. elephantorum Indorum. Juven. 11 v. 121. *latos sustinet orbes Grande ebur.* Lucianus in Ὀνείρῳ vocat τραπέζας ἐλεφαντίσκους. vide l. 14. ep. 86. & 88. *k* Inæqualis sc. ut lib. 1. 49. 1. neque enim credo fictiles fuisse pedes, quod ait Calderinus. *l* Mulli magni magno in pretio. *Laudas insane trilibrem Mullum*, &c. Horat. 2. serm. 2. *m* Impolent, adeoque magni sunt mulli ut tegant χρυσηνδήτας, lances auro circumvinctas, vel in quibus gemmæ auro illigantur. vide Turnebum. l. 19. c. 3. & ep. 94. l. 14. *n* Ejusdem coloris cum fictili lance mea, i. rubens cammare. *Apostrophe*, vide 5. Sat. Juvenalis cui consonant pleraq; hujus epigr. vide & Plinii epist. 7. l. 2. *o* Pueri tuæ mensæ ministri forma aquant florem Asiæ Ganymedem Jovis amasium. *p* Manus mea fungitur officio pueri ministrantis. peraut, qui volunt nequiores, sensum alium ex ep. 70. l. 11. ὦ τὰ μάχροπεύονται. *q* Nihil amico mihi das, & habes nihilominus in ore semper hoc κοινὰ φίλ. &c.

## ¶ *In Sextum Fœneratorem*, XXXVII.

*a* Recentem & villosam.
*b* Al. *Utpote* Gruterus, *ut puta*.
*c* Argenti sacti 7. l ep. 69. al. *libros*.
*d* Sic amicorum petitiones antevertunt cauti divites. vide Arist. 2. Rhetor. & Sen. 1. *Benef.* 1.
*e* Ironice.

EMi seu puerum, togamve *a* pexam,
Seu tres, *b* ut puto, quatuorve *c* libras,
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem nostis veterem meum sodalem,
*d* Ne quid forte petam, timet, cavetque,
Et secum, sed ut audiam, susurrat;
Septem millia debeo Secundo;
Phœbo quatuor; undecim Phileto:
Et quadrans mihi nullus est in arcâ.
*e* O grande ingenium mei sodalis!
Durum est, Sexte, negare, cum rogaris,
Quanto durius, antequam rogeris!

¶ *In*

## ¶ *In Nævolum.* XXXVIII.

*a* FLorida per varios ut pingitur Hybla colores ;
Cum breve Sicaniæ ver populantur apes :
*b* Sic tua ſuppoſitis pellucent præ'a lacernis :
Sic micat innumeris arcula *c* ſyntheſibus.
Atque *d* unam veſtire tribum *e* tua vellera poſſunt.
*f* Apulæ non uno quæ grege terra tulit.
Tu ſpectas *g* hyemem *h* ſuccincti *i* lentus amici,
(Pro ſcelus!) & lateris *k* frigora trita mei.
*l* Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
(Quid renuis) non te, Nævole, ſed tineas.

*a* Quot coloribus diſtinguitur Hybla in Sicilia, ubi mellificæ apes depaſcuntur flores vernos brevis ætatis. *b* Tot apparent lacernarum colores ad nitorem preſſarum in prælis tuis. Angl. **Preſſes to lap up cloaths in.** quæ Romanis in uſu Senec. 1. de tranquillitate vitæ. & Marcel. l. 28. *c* Veſtibus cœnatoriis vel quibuſvis aliis in veſtiario compoſitis a συντίθημι. vel quæ ſimul indunntur, **ſuites.** vide ep. 37. l. 4. i. *d* Hyberbolice. *e* Veſtes tuæ. Alii leg. *tua candida*, h. e. togæ candidæ. *f* De multis gregibus quos paſcit Apulia vellentibus nobilis. *g* Frigus. *h* Cui veſtes deſtrictæ ſunt curtæ. i. Mei pene nudi. *i* Tardus ad commiſerationem. *k* Lacertas lacernas, tritas tunicas & penetrabili frigori pervias. Legunt alii, *lateris frigora trita tui*, h.e. Mei ſodalis tui, latus tuum tegentis. *l* Quantum fuerat tibi, infelix qui rerum uſum neſcias, non dico, te (quid renugis) copia ſatis munitum & tutum, ſed tineas, quibus erodendas eas relinquis, defraudare duabus lacernis, quas mihi dones ?

## *Ad Rufum.* XXXIX.

*a* CAuponem, *a* laniumque, *b* balneumque,
*b* Tonſorem, *c* tabulamque, calculoſque,
*d* Et paucos, ſed ut eligam, libellos :
*e* Unum non nimium rudem ſodalem,
*f* Et caram puero meo puellam,
*g* Et grandem puerum, diuque levem :
*h* Hæc præſta mihi Rufe, vel Bitonti ;
Et thermas tibi habe Neronianas.

*a* Ad victum. *c* Ad curam corporis. *c* Tabulam lusoriam cum calculis, ad animi relaxationem. *d* Ad ſtudium & animi cultum ; libros, ſed electos.

*e* Ad vitæ ſocietatem, amicum unum, atque eum mediocriter eruditum. *f* Hujuſmodi, conſervæ ſervum in officio & apud me retinebit. *g* Ad miniſteria, & voluptatem. *h* Hæc mihi contingant velim obſcurſſimo Apuliæ Oppidio Bitonti habeantque ſibi alii (ni morer) thermas amœnas Neronianas cæteraſque delicias Romæ.

## *In Maximum.* XL.

VIs fieri liber ? *a* mentiris, Maxime, non vis :
Sed fieri ſi vis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris ſi, Maxime, nolis :
*b* Veientana tuam ſi domat *b* uva ſitim :

*a* Miſerum eſt & vile alienæ vivere quadræ. Juven. ſat. 5. vide & epigr. 8. 9.

*b* Vinum tenue ac vile ex agro Veientano.

*c* Si potes negligere luxuriosas opes divitum qui iis uti nesciunt. *Vel* si risu potes excipere vanorum λαδδπλεσίαν pompam & simulatas divitias. de Chrysendetis vide supra ep. 36. m. *d* Trita & plebeia. 31. ep. 3. lib. *e* Sinon albis sectaris stolas meretrice contentus plebeia, facili, vili, parabili. *f* Cernuus intrans humilem casam. *Vel potius* incurvus per scalas ascendens ad cœnacula, quæ conducebant pauperes. *g* Parthi pertinacissimi sunt libertatis suæ propugnatores.

*c* Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnæ,
Contentus *d* nostrâ si potes esse toga:
*e* Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse?
*f* Si tua non rectus tecta subire potes.
*Vel* si risu potes
Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior *g* Partho vivere rege potes.

## *Ad Sextum.* XLI.

Volebam ego te pro sodali amare, sed tu me amicum dedignatus es. te a me cliente coli vis. colam itaque, non amabo. timori enim cum amore male convenit. & Deo satis est, ut ametur & colatur. Senec. 47. epist.

Vis te, Sexte, coli. volebam amare.
Parendum est tibi: quod jubes, colêtis?
Sed si te colo, Sexte, non amabo.

## ¶ *In fictum divitem.* XLII.

* Ser. *De Mysrosych. de vita.* MS. B. *De ornatu foris.*

*a* Cum gravitate & majestate spatiantem. *b* Violacea indutus veste. ep. 80. l. 1. g. alii ad gemmam in annulo referunt. *c* Obambulat. *d* Supra ep. 12. d

Hic, quem videtis *a* gressibus vagis lentum,
*b* Amethystinatus media qui *c* secat *d* sepia?
*c* Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Codrus *f* alpha penularorum:
Quem grex *g* togatus sequitur, & *h* capillatus,
*i* Recensque sella *i* linteisque *i* lorisque:
Oppignaverit *k* Claudii modò ad mensam
Vix octo nummis *l* annulum, unde cœnaret.

*e* Qui lacernarum mollitie ipsum Publium superat. *f* Princeps delicatorum qui penulas sumunt. *g* more numerandi per literas Alphabeticas. scio servorum etiam & militum fuisse penulas, sed rufas Canusinas; lautiorum vero purpureas ut plebeiorum pullas. unde alii exponunt, princeps pauperum. vide ep. 27. l. 5. *g* Clientum togatorum. *h* Cirratorum puerorum nobilium quibus relabatur coma. 58. ep. l. 10. Pædagogiorum, **pages**. *i* Sic Juven. 1. Sat. 32. *nova cum venat lectica Matbonis*, etsi aliud sella a lectica, de quibus ut & linteis sive velis quibus tegebantur, de vinculis & stuppis quibus colligabantur. vide Lipsium 1. Electorum 19. c. *k* Collybistæ, trapezitæ, fœneratoris. *l* Quod extremæ est paupertatis. *post cuncta notissimus exit Annulus.* Juven. 11. sat. 42. v.

## *In Zoilum.* XLIII.

*a* Gestans togam recentem & villosam. *b* Non conductitia, ut tua pexa.

*a* Exatus pulcrè rides mea, Zoile, trita.
Sunt hæc trita quidem, Zoile; sed *b* mea sunt

¶ De

## ¶ *De cœnatione Cæſaris, quæ appellatur Mica.* XLIV.

*a* MIca vocor. quid ſim cernis: cœnatio parva.
Ex me Cæſareum proſpicis, ecce, *b* tholum.
*c* Frange toros: pete vina: roſas cape: tinge nardo:
Ipſe jubet mortis *d* te meminiſſe *e* Deus.

*a* Dicta cœnatio antea quam Domitianus extruxit, & a parvitate micam vocavit.

*b* Quid ſit tholus. vide 36. ep. 1. l. h. quis ſit hic tholus. Non dubium eſt, inquit Jos. Scaliger l. 2. lect. Auſon. c. 26. quin in cœnatione ſeu ſtibadio Domitiani Cæſ. quam ipſe propter exiguitatem vocavit *Micam auream* e tholo penderet cranium mortui, quod mortis admoneret. ſimplicius tamen etſi nec citra conjecturam, qui per tholum intelligunt Mauſoleum Auguſti, quod, cum in vicinia eſſet, ut conſonat huic fidem qui facit ep. 61. l. 5. poſſit mortis admonere, atque ad vitæ uſum fructum hortari. *c* Utere ætate quæ brevis fluxa, incerta. diſturba toros compoſitos, ede, bibe, lude, ſertis coronatus & unctus. *d* Muſamberr. legit *dememiniſſe Dei.* *e* Domitianus ſi ſuſpenſi cranii expoſitioni faveas, vel Auguſtus, ſi Mauſolei D. Auguſti tholum eſſe placeat. ſi enim ille in vivis Deus habitus morti ceſſerit, cu nequaquam effugies.

## ¶ *In Taurum.* XLV.

*a* DUm modò cauſſidicum, (fingis, dum te moda rhetora
Et non decernis, Taure, *b* quid eſſe velis:
*c* Peleos, & Priami tranſit, vel Neſtoris ætas,
*d* Et fuerat ſerum jam tibi deſinere.
Incipe: *e* tres uno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, ſi quid in arte vales.
Si *f* ſchola damnatur; ſora litibus omnia fervent:
*g* Ipſe poteſt fieri Marſya cauſſidicus.
Eia agè, rumpe moras; quò te *h* ſpectabimus uſque?
*i* Dum, quid ſis, dubitas, jam potes eſſe nihil.

*a* Dum te inſtruis ad forum vel ſcholam.
*b* Uter, cauſſidicus an rhetor.
*c* Patris Achillis, longævi ut, & Priam. & Neſt. Scriv. *tranſiit vel Neſtoris annos.* pro, *tranſiit.*
*d* Tibi dubio, rum in re deliberanti jam ea obrepſit ætas, quæ ad cogitandum erat de re quando inito. niſi cogites de cauſſis apud interos agendis. *e* Atque hinc, vel mediocribus profeſſoribus vacant cathedræ.
*f* Rhetorum. *g* Vel ipſa bardi Marſyæ ſtatua in foro ſtans & litigantium clamore fervens potuit cauſas egiſſe niſi ſaxea fuiſſet, & tu ſane ubi tam diuturno ſtudio vacaris, jam poſſes cauſas agere, niſi plane lapideus eſſes vel plumbeus. *h* Expectabimus. Scriv. legit, *ſperabimus.* *i* Vide Epicteti enchirid. 26. c.

## ¶ *In Saletanum.* XLVI.

CUr triſtiorem cernimus Saletanum?
An cauſſa levis eſt? extuli, inquis uxorem.
*a* O grande fati crimen! ô gravem caſum!
Illa, illa dives mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit doris?
Nollem accidiſſet hoc tibi, Saletane.

*a* Ironice & exambigue. Saletano colorem fingulanti ob uxorem, cujus morte ample dotis hæreditas ſibi obvenerat condolere ſe ſimulat Poeta, dum que ejus mortem videtur graviter ferre, ingnaturi obtigiſſe Saletano rem tam lætam.

## *In Lalagen.* XLVII.

UNus de toto *a* peccaverat orbe comarum
*b* Annulus, incertâ non bene fixus *c* acu.
*d* Hoc facinus Lalage ſpeculo, quo viderat, ulta eſt;
Et cecidit ſectis *e* icta *f* Plecula comis.
Deſine jam, Lalage, *g* triſtes ornare capillos,
Tangat & *h* inſanum nulla puella caput.
*i* Hoc Salamandra notet, vel ſæva novacula nudet,
*k* Ut digna ſpeculo fiat imago tuo.

*a* Non erat in crine. *b* Cincinnus, crobylus. *c* Acu crinali. *d* Err remin non componendis crinibus, ac ſi facinus eſſet, tacuiſſe ornatrici ſpeculo patuit. Vide 6. Sat. Juven. 491. verſ. quem locum hoc epigramma exprimit. *e* Exanimata, *vel* cæſa. *f* Ornatrix ancilla a πλέκειν. ut *Flaccus* Ovidio & Juvenali a πλοκή. *g* Triſtitiæ & verberum cauſas. *Metonym.* *h* Ob pilum conturbatum detæviens. *i* Decalvetur caput tuum. Salamandræ ſanie loca tacta depilari tradit Plinius 10. l. 67. c. *quæ Salamandra ſupercilia tua exuſſit?* Petron. arb. *k* Ut quo ſpeculo ornatrici diſſecuiſti comas, & tu tibi omnes diſſectas in eodem compiceris. vel ut caput tuum a que reddatur leve ac ſpeculum. quo, &c.

## *In Poſthumum.* XLVIII.

OCcurris quocumq; loco mihi, Poſthume, (mas
Protinus, & prima eſt hæc tua vox, * quid
Hoc, ſi me decies una convenieris horâ, (agis?
Dicis, habes, puto tu, Poſthume, nil quod agas.

* Vulgaris ſalutandi formula, & civilis ſatis, modo ne fiat importunius & ſæpius.

## ¶ *Ad Olum.* XLIX.

QUod te *a* nomine jam tuo ſaluto,
Quem *b* regem, & dominum priùs vocabam;
Ne me dixeris eſſe *c* contumacem,
*d* Totis pilea ſarcinis redemi.
*e* Reges & dominos habere debet,
Qui ſe non habet, atque concupiſcit
Quod reges dominique concupiſcunt,
*f* Servum ſi poteſ, Ole, non habere,
Et Regem poteſ, Ole, non habere.

*a* Familialiter, & pro more. *a* qualium. *b* Vide ep. 95. l. 1. & 75. ep. hu. lu. *c* Superbum. *d* Sportula, cœna, cæteriſque ſervitutis præmiis poſthabitis & neglectis me aſſerui in libertatem, a more ſervorum Rom. qui manumittendi pileum raſo capite acceperunt. *e* Qui non habet ſui imperium, qui animi ſui cupiditates coercere non poteſt, ille potentiores ſibi atq; ab inferioribus ſe coli vult, atq; ad hoc cupit opes, ſervos &c. *f* Qui tuo contentus poteſt minorum ſervitio carere. & ipſe non neceſſe habebit potentioribus dominis ſervire, ut ab illis accipiat quod his largiatur.

## *In Claſſicum.* L.

INvitum cœnare foris te, Claſſice, dicis?
Si non mentiris, Claſſice, di pereant.

*a* Ipſe

*a* Ipſe quoque ad coenam gaudebat Apicius ire,
Cùm coenaret, erat triſtior ille, domi.
Si tamen invitus vadis, cur, Claſſice, vadis?
Cogor, ais: verum eſt, *b* cogitur & Selius.
En *c* rogat ad coenam Melior te, Claſſice, rectam.
*d* Grandia verba ubi ſunt? *e* ſi vir es, ecce nega.

*a* Neque hoc dedecori eris, cum ipſe Neronum dictator Apicius, dives licet fuerit atque luxuriſſimus, toris cumare jucundum habuerit. *b* Et coenipeta ille Selius (de quo ſupra ep. 9. & 12.) dicet ſe cogi, ſua ſc. voluntate ut cui nihil domicænio triſtius accidat. *c* Si quando lautiorum & nitidiorum, qualis fuit Attidius Melior, te invitat. *d* I. e ſc. luxuriosum toris cumare. *e* Si potes lautiores epulas & has libertatis eſcas contemnere.

## *Ad Cæcilianum.* LI.

*a* CAndidius nihil eſt te, Cæciliane, noravi,
Si quando ex noſtris diſticha pauca legis.
Protinus aut *b* Marſi recitas, aut ſcripta *b* Catulli,
*c* Hæc mihi das, tanquam deteriora legas:
Ut collata magis placeant mea? *e* credimus illud.
*f* Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

*a* Ironice, alii leg. *Call dius*, non placet. *b* Poetæ, qui multa cum laude ſcripſit epigrammata. *c* Mihi χαεζόμενα & gratificari velle videris, præ te ferens mea te cum illis Marſi & Catulli recitare ὑφειμένως, ne mea ſc. cum iis collata appareant eſſe æque boni aut melioris ingenii atque artificii. cum revera hoc facis ut mea præ iis tordeſcant, quaſi majori lumine offuſcata. *e Iron.* non ſade credo te hac mente conſuliſſe ea. *f* Tuis certe collata mea facile apparebunt meliora.

## ¶ *De Saufello, ad Maternum.* LII.

*a* CInctum *b* togatis poſt & ante Saufellum,
Quantâ reduci *c* Regulus ſolet turbâ,
Ad alta tonſum templa cùm reum miſit,
Materne, cernis? invidere nolito.
Comitatus iſte ſit precor tuus nunquam.
*d* Hos illi amicos & greges rogatorum
Fuſciculenus præſtat & Faventinus.

*a* Huic conſonat ep. 42. ſupra. *b* Comitibus, ſ. antecambulonibus, literonibus, clientibus pediſſequis, ſervis. *c* Cauſſidicus, ad quem epigr. tria lib. 1. Oratores vero clari & victores domum e foro deducebantur a pop. & amicis reorum abſolutorum, qui prius ſqualidi capillis & barba promiſſa jam abſoluto amico tondebantur, mutatiſq; veſtibus unctis capitolium aſcendebant Jovi gratias ex voto acturi. *d* Fœnore ſumpſit a Fuſc. & Fan. fœneratoribus, quo comitatum hunc conducat.

## *De Leone.* LIII.

*a* VErbera ſecuri ſolitus leo ferre magiſtri,
Inſerramq; pati blandus in ora manum:
Dedidicit pacem, ſubitò feritate reverſa,
Quanta nec in *b* Libycis debuit eſſe jugis.

*a* Vide 16. ep. lib. ſpectac. *b* Montibus Africæ leonum nutricis.

Nam c duo de tenerâ puerilia corpora turbâ,
Sanguineam raſtris quæ renovabat humum,
Sævus & infelix furiali dente peremit.
d Martia non vidit majus arena nefas.
Exclamare libet; e crudelis, perfide, prædo,
A f noſtrâ pueris parcere diſce lupâ.

c Duos pueros hinc iſtros theatrici quidam amphitheatri arenam terarum gladiatorum quæ ſanguine fœdam verſando renovabant, injectum ſuper nova arena. d Martis ſacra. Romana, ut ep. 3. l. 1. d. e Apoſtrophe ad leonem. f Nimque illa Romulo & remo infantibus pepercit, immo ubera præbuit.

## De Mario. LIV.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
Cui nihil ipſe dabas, is tibi verba dedit.

Marius, cui tu nihil eras legaturus, mentus ſe tibi quinque libras teſtamento legaturum, quod tamen non fecit, ſed te fallum habuit. uter e vobis liberalior? tu illi nihil, ille tibi verba; eſtis certe pares, nec melius vulturi cum corvo. vide Val. Max. l. 8. c. 6.

## In Coſconium. LV.

Coſconi, a qui longa putas epigrammata noſtra,
Utilis ungendis axibus eſſe potes.
b Hæc tu credideris longum ratione coloſſum,
Et puerum Bruti dixeris eſſe brevem.
Diſce, quod ignoras; c Marſi doctique; d Pedonis
e Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis:
Sed f tu, Coſconi, diſticha longa facis. (ſis.

a Qui in epigrammate noſtram arguitis quam brevitatem exigi, probas te aptiorem fore axigiæ ſervum, qui in Circo axes ad celeritatem ungas, quam lectorem diligentem. Ramirefius Coſconium hebetem & ſtolidum a Poeta πλεοναζοντως dici putat, cum Hiſpanice *gordo* obeſum & ſtultum ſonet. Nec non Anglice dicimus **You are too fat to conceive this.** Quod & Horatius 3. ſerm. l. 1. teſtatur, *Tardo cognomen pinguis damus.* Et *gurdos*, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania dux ſſe originem audivit, ut quir Quinctilianus. l. 1. c. 9. vide & *laudem eſſimi.* D. Heinſ. b Eidem ratione qua epigr. mea a menſura potius quam ab ingenio cenſes. & Coloſſum (de quo 2. l. Spect.) arguens nimis eſſe longum. & ſtatuam pueri Bruti (de quo 9. l. 40. ep.) nimis eſſe brevem, cum in utroque laudis ſumma ſit propter ſymmetriam: in hac, brevitatis, quæ puero; in illo al. i udinis, quæ Imperatori Deo convenit. c Supra ep. 51. b. & 81. l. 7. c. d C. Pedonis Albinovani epigrammatarii laudatiſſ. e Sæpe unum epigramma binas implet paginas. f Tua ep. vel breviſſima, ſunt nimis longa; ut quæ tædium naſcam pariant.

## Ad Cæcilianum. LVI.

Æſtivo ſerves ubi piſcem tempore, quæris?
In thermis ſerva, Cæciliane, tuis.

Thermæ tuæ quas calidas eſſe oportet, in tantum frigidæ ſunt, ut vel in æſtate piſces a corruptione vindicare poſſint.

## *In Naſicam.* LVII.

INvitas tunc me, cùm ſcis, Naſica, vocatum;
Excuſatum habeas me, rogo: cœno domi

Qui alias a te invitatus me excuſare ſoleo

quod alio ſim invitatus jam domi cœno, cur me non invitas? P. Scriverius e ſcripto legit *vocaſſe*, hac mente. Naſicæ cænipetæ ſuboluit cœna apparari a Martiale, & vocati convivæ, invitat itaque Martialem, ſperans fe, fore ut & ipſe invitetur ab eo, quam tamen techinam diſſimulat Poeta ſe intelligere; ſed & eum deludit, præteritque ſimul feſtiva hac uſus excuſatione.

## ¶ *De Fannio.* LVIII.

HOſtem cùm fugeret, ſe *a* Fannius ipſe peremit.
Hic, rogo, *b* non furor eſt, ne moriare mori?

*a* Fannius Cæpio quod in Auguſtum

conjuraſſet proſcriptus, ut percuſſores fugeret ſe ipſe interemit. *b* Vide ep. 7. l. 1. & Senec. epiſt. 58. *Sic mori, vivere eſt*, & 24. ep. multa. vide & Brodæi Miſcell. 6. l. 29. c.

## *In Zoilum.* LIX.

LAxior hexaphoris tua ſit lectica licebit:
Dum tamen hæc tua ſint, Zoile, ſandapila.

Divites & nobiliores Romani circumfere-

bantur vivi, efferebantur mortui in lecticis; pauperes & plebeii efferebantur in ſandapilis. dicit Poeta lecticam taſtuoſi Zoili laxam quæ a ſex ſervis vehitur, maxime videri poſſe ſandapilam, cum & pauper ſit & ſtrigoſus neq; e quid quicquam quam vivum cadaver, unde non adeo præter rationem eſt quod præferunt MSS. *ſandapila eſt*, q. d. quando hæc tua ſit lectica, non eſt aliud quam ſandapila.

## *Ad Ponticum.* LX.

ABſciſsâ ſervum quid * fingis, Pontice, lingua?
Neſcis tu populum, quod tacet ille, loqui?

Servum ne ſcelus domini (quic quid illud fuit, verum ſi * *fœdas* legis cum nonnullis, facile erit ſuſpicari) enunciaret, elinguem herus vel fecerat, vel ſimulaverat eſſe; occaſionem hujus ep. a fabula Philomelæ & Terei ſumptam opinatur Ridetus. ego ex Juvenalis Satyr. 6. verſ. 103. *ſecretum divitis nullum Eſſe putas? ſervi ut taceant juventia loquenda ſunt, Et nimis & polles, &c.* Ja. Rutgerſius legit *ſi quod lingis*, abciderat ſervo lingua, ne id flagitium effutiret. Var. lect. l. 6. c. 11.

## *Ad Amicum.* LXI.

VImine clauſa levi niveæ cuſtodia coctæ
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quòd æſtatis miſi tibi menſe Decembri,
Si quereris, raſam tu mihi mitte togam.

Ampullam ceu lagenam vitream quæ decoctæ & invibus reſt geratæ, viminibus ſupertextis armatam

& munitam mitto tibi his Saturnalibus, ipſo Decembri. ſi offendat munera æſtivi hyberna intempeſtivitas, uiſcifcere hanc injuriam pari intempeſtivitate, ac mitte mihi togam æſtivam.

## ¶ *Ad Classicum.* LXII.

QUòd nec carmine glorior *a* supino,
*b* Nec retro lego Sotaden cinædum,
*c* Nusquam Græcula quòd recantat Echo,
*d* Nec dictat mihi luculentus Attis
Mollem debilitate Galliambon:
*e* Non sum, Classice, tam malus Poeta,
*f* Quid si per graciles vias Petauri
Invitum jubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina *g* circulis *h* Palæmon:
Me *i* raris juvat auribus placere.

*a* Numeris mollioribus composito. *Vel potius* antistropho & recurrente (sic enim Ovidio sonat *supinus*, de Ponto 4. el. 5. *Flumina quæ in fontes cursu red juva supino*) quale illud, *Roma tibi subito motus erit ossa amor*, verbale illud Virgilii, *Musa mihi causas memora quo numine læso*. multaq; alia, inter quæ Rabani artificiosus dicam an laboriosus liber de laudib. sanctæ crucis. A q; ejusdem argumenti alter Publio Optatiano Porph. autore. *b* Vel specialim dicit quod prius decerat generatim: vel versum retrogradum (quali scripsit Cinædica Sotades Maronensis) intelligit, qui procurrit in laudem alicujus, & recurrit in vituperium. Nota sunt illa *Laus tua non tua fraus*, &c. *c* Non scribo carmina quorum extremæ partes resonent, more Echus. Vide Politiani miscel. c. 22. & Scal. Poet. lib. 2. c. 29. *d* Ad exemplum politissimi carminis Galliambici, quod Catullus primus scripsit atq; Attin inscripsit, aut venustissimi Poematii Galliamb. a Catullo compositi, non scribo genus id carminis molle & elumbe instar Attyos evirati in quo plures locos occupant Iambi & quod canant Galli sacerdotes Cybeles. vide Terent. Maurum & Diomedem. vide & Muretum atque Scal. in Catullum. *e* Non tam nullius sum ingenii ut hæc affectem artificia, his ipse immorer, lectoremve morer. *f* Curiosas has nugas non minus ingenium meum sperni quam nobilis ille cursor Ladas (ep. 90. l. 10.) dedignaretur velocitatem suam exercere in Petauris, quæ rotæ sunt per quas se jactant Petauristæ. vide Turnebum 4. l. 8. c. & Scal. ad 5. l. Manilii, ibi, *Corpora quæ valido saliunt excussa Petauro*, &c. & Vitellium 13. c. in Metulam. *g* Turbæ, plebeiæ coronæ recitantem und q; cingenti. *h* Forte Q. Rhemnius Palæmon, qui (teste Suetonio) poemata faciebat extempore, & scripsit variis & vulgaribus metris, aut alius q ispiam tempore Martialis. *i* Paucis sed doctis ex mente Horatii lib. sat. 1. lib.

## *In Mamercum.* LXIII.

NIl recitas, & vis, Mamerce, Poeta videri,
Quidquid vis esto, dummodo nil recites.

Quin tibi habe nomen Poetæ, vel hoc nomine quod nihil recites, potius quam nos eneces molesta ineptiarum recitatione.

## *In* * *Gaurum.* LXIV.

QUòd nimio gaudes noctem producere vino;
Ignosco? vitium, Gaure, *a* Catonis habes.
Carmina quod scribis *b* Musis & Apolline nullo;
Laudari debes: hoc *c* Ciceronis habes.

* Qui viria sui magnis exemplis excusare solebat.
*a* Uticensis, cujus virtus sæpe mero incaluit, ut ait Horat. 21. ode. a. l. vide & Plutarch. in vita Catonis & Plin. epist. 12. l. 3. *b* Nulla gratia, nullo Musarum aut Apollinis instinctu, invitis Musis. *c* Qui infeliciter musas poeticas est aggressus. vide Juven. sat. 10. v. 122. Senec. epist. 108. d.

Quod

Quòd vomis; *d* Antoni: quòd luxuriaris; *e* Apici:
Quòd fellas; *f* vitium dic mihi cujus habes.

*d* qui tribunal turpi fœdavit vomitu, ut amplificat Cic. 2. Philippica. *e* Satra ep. 50. 2. *f* Hic cares autore magno. τὸν φωνὴν ἐφετὴν ὡς λέγδ ἐδίδαξεν Ὅμηρος. Τὸν γλῶσσαν δ' οὐ δάσκ τις ὡς ἐδίδαξεν ἔχειν; Anthol. β. κεφ. ιγ.

## ¶ *Ad Quinctilianum.* LXV.

QUinctiliane, vagæ *a* moderator ſũme juventæ,
*b* Gloria Romanæ, Quinctiliane, togæ;
*c* Vivere quòd propero pauper, nec inutilis annis;
Da veniam: properat vivere nemo ſatis.
*d* Differat hoc, patrios optat qui vincere cenſus,
*e* Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Me focus, & *f* nigros non indignantia fumos
Tecta juvant, & fons *g* vivus, & herba *h* rudis.
Sit mihi verna ſatur: *i* ſit non doctiſſima conjux:
Sit nox cum ſomno: ſit ſine *k* lite dies.

*a* Annos 23. Romæ erudiendis juvenibus impendit Quint. & in his Domitiani nepotes docuit. *b* Romani eloquii ſummæ artifex, inſignite ſenatorio clivo ornamentiſque conſularibus Juvenal: 7. ſat. 190.

*c* Da veniam ſi etiam in tenui re propera manu carpam gaudia fugientis vitæ, ſi frui velim præſentibus, quod pauci adeo faciunt cum nemo fere vivere *i.* vitæ uti commodis & lautè vivere ſciat, omnes differant. 16. ep. 1. l. *d* Differant in dies, annos vel ſenectutem ipſam vitæ gaudia & uſum, quibus curæ eſt rem patriam augere & ſplendere nobilitatis titulis & imaginibus *e* In artis nobilium quæ primæ aedium partes, oſtendebantur majorum imagines humerorum tenus expreſſæ lineis a ſtemmate ad has diſcurrentibus. MS Bodl. *apiat imaginibus.* *f* Non aurata loqueatur, quæ ne fumo corrumpantur cautio eſt. *g* Scaturiens, perennis, naturalis. *h* Nativa, non arte læſa & ingenua gratia ſponte. Juven. 3. Sat. 18. v. *i* Ex mente Juvenalis 6. ſat. 446. *k* Ep. 48. l. 12. *l* Domeſtica, & forenſi.

## *Petit poëta à Cæſare jus trium liberorum.* LXVI.

RErum certa ſalus, terrarum gloria, Cæſar,
*a* Soſpite quo magnos credimus eſſe deos:
Si *b* feſtinatis *c* toties tibi lecta libellis
*c* Detinuere oculos carmina noſtra tuos:
*d* Quod fortuna vetat fieri, permitte videri:
Natorum genitor credar ut eſſe trium.

*a* Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam ſcimus quod te nobis voluint incolumem. *Ea locutio.* lib. 5. ep. 1. & 7. l. ep. 49. & 1. l. ep. 13. *b* Mihi ſcribenti, *vel* tibi legenti. *c* Quod argumento eſt placuiſſe. *d* Iis qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures ſuſcepiſſent, multa erant in ſpectaculis, honoribus petendis, diviſionibus publicis privilegia, natum hoc *jus trium liberorum* a trigeminis Horatiis, Liv. 1. hoc autem jure donabantur a Cæſare multi quibus natura negaverat Poeta Ἀπαις proles hujus imaginariæ jus ab Imp. petit, laboris ſui præmium vel ſolatium.

Hæc

c Liniæ Druſo filio extincto datum eſt hoc jus, ſolatii ergo.

Hæc, ſi diſplicui, fuerint c ſolatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, ſi placui.

& in certaminibus dabantur quandoque victis dona in ſolatia. *Enſem atque inſignem galeam, ſolatia victo.* Virg. 5. Æneid.

## *De eodem ad Uxorem.* LXVII.

a Præcedenti epigr. b Repudiata, vel mortua, vel neglecta, neque enim curo ex te pro'em, magis placet jus trium liberorum mihi ab Imp. erogatum. c Domitian. Imp. leg. & *Domino*.

a NAtorum mihi jus trium roganti
Muſarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat. b valebis uxor.
Non debet c Domini perire munus.

## *Ad Regulum.* LXVIII.

a Hunc ſecundum ſine primo miſit Regulo Valerius. cui primum deſiderant excuſat Poeta, librum paulo obſcœniorem verecundia inhiberi. *vel*, prodiit ſecundus hic liber in lucem primo non edito, quia multa in eo ad laudem Titi quam libenter non laturum Domitianum noverat Poeta, aut alia de cauſa. b Ex tituli numero II. tolle unum I. & erit liber primus. rerum ſerie nullatenus impedita. quippe in Epigrammatis ordo non reſpiciendus.

a PRimus ubi eſt, inquis, cùm ſit liber iſte ſecundus?
Quid faciam ſi plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri ſi mavis, Regule, primum:
b Unum de titulo tollere jòta potes.

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

### LIBER III.

### *Ad Lectorem.* I.

HOC tibi, quidquid id eſt, *a* longinquis mittit
Gallia, Romanæ nomine dicta togæ. (ab oris
*b* Hunc legis, & laudas librum fortaſſe priorem.
*c* Illa, vel hæc mea ſunt, quæ meliora putas.
Plus ſane placeat, *d* domina qui natus in urbe eſt;
Debet enim Gallum vincere *e* verna liber.

*a* Ego mitto a foro Cornelii *Imola* intra ep. 3. quæ urbs eſt Galliæ Ciſalpinæ *Lombardiæ* dictæ *Togatæ*, quod togis utebantur incolæ, ut Romani. *b* Secundum. *c* Illa quæ meliora putas mea ſunt, vel 1. *etiam* hæc mea ſunt. J. Gruterus ex conſilio Douſæ edidit; *Illa. Vel hæc, mea ſunt, quæ meliora putas?* *d* Roma, quæ rerum domina & triumphati orbis caput. *e* Romæ natus. de verna. vide 1. l. 36. epig. *a*.

### *Ad Librum ſuum.* II.

*a* CUjus vis fieri, libelle, munus?
Feſtina tibi *b* vindicem parare,
*c* Ne nigram citò raptus in culinam
*d* Cordyllas *e* madidâ tegas papyro,
vel turis, piperiſque ſis *f* cucullus.
Fauſtini fugis *g* in ſinum? ſapiſti.
*h* Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et *i* frontis gemino decens honore
Pictis *k* luxurieris umbilicis;
Et te *l* purpura delicata velet,
Et *m* cocco rubeat ſuperbus index.
*n* Illo vindice nec Probum timero.

*a* Imitatio Catulliana *Quoi dabo idoneo lepidum novum libellum*, &c. 1. ep. *b* Aſſertorem, patronum. *c* Ne damneris in culinam & aromatopolarum tabernas pro charta inepta, infelicis genii & fati. **waſte paper.**

Perſ. 1. ſat. 43. v. *nec ſcombros metuentia carmina nec thus.* *d* Piſciculos, partus thunnorum. *e* Oleo in quo tinguntur piſces charis involuti. ep. 73. l. 4. g. *f* In formam cucullorum manent chartæ quibus involvuntur aromata. *εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεθειμένην* Anaxandrides apud Athenæ. 9. l. 4. c. *g* In favorem & patrocinium Fauſtini. de quo ep 24. l. 1. *h* Sub hoc Mecenate immortalitatem iperes, oleo cedrino inunctus contra tineas & cariem. *Nec tibi vulnus minio, nec cedro charta notetur.* Ovid. Triſt. 1. El. 1. *Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro* &c. Horat. ad Piſones. *Fragili geminæ teſtantur puniceæ frontes.* Ovid. 1. Triſt. 1. El. vide epigr. 59. l. 1. m. *k* Luxurioſe ornaris. *l* Pellis purpurea, ceu membrana rubens vel purpurea. *m* Cocco notetur titulus, quod primum minio fectum. *n* Nec criticos ungues caſtigatoris ſeveriſſimi qualis fuit M. V. Probus Berytius, qui emendationi librorum potiſſimam operam dedit. teſte Sueetonio lib. de Grammaticis.

Ad

## *Ad Librum ſuum.* III.

ROmam vade liber, ſi, veneris unde, requiret?
*a* Æmiliæ dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua ſimus in urbe, rogabit:
*b* Cornelî referas me licet eſſe foro.
Cur abſim, quæret: *c* breviter tu, multa, fatere,
Non poterat vanæ tædia ferre togæ.
Si, quando veniet, dicet: *d* reſponde; *e* Poëta
Exierat; *f* veniet, cùm citharœdus erit.

*a* Viam Æmiliam ab Æmilia regione ad Bononiam uſque ſtravit Æm. Lepidus, quæ itur ad Forum Corn. vide Jo. Bapt. Pii annot. poſt. c. 27.

*b* Potes reſpondere me eſſe in foro Cornelii, ſupr. ep. 1. 2. dicto a Sylla. *c* Varie a multis diſpungitur hic verſus, refer *multa* ad *tædia* in ſeq. verſu. *d* Pier. quæ verba quæ jam ſunt ſecundæ tantum inflectionis, fuere prioribus & tertiæ, ſic *vale, cave, ſervare*, &c. *e* Receſſit, quia erat Poeta *artibus autem bonis in Roma locus*, &c. ut queritur Umbritius apud Juvenal. Sat. 3. v. 21. *f* Qui ſorte diuicerit ad citharam canere, redibit. majori enim in pretio Romæ ſunt citharœdi quam poetæ. ep. 54. l. 5. & Juven. 3. Sat. 64. v. Suet. Veſp. c. 19.

## *Ad eundem.* IV.

VIs commendari ſine me curſurus in urbem,
Parve liber, multis? an ſatis unus erit?
*a* Unus erit, mihi crede, ſatis, cui non eris hoſpes,
*b* Julius aſſiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc *c* primi quæres in limine tecti,
Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille, lares.
Eſt illi conjux, quæ te manibuſque ſinuque
Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.
Hos tu, ſeu pariter, ſive hanc, illumve priorem
Videris; hoc dices: *d* Marcus avere jubet.
Hoc ſatis eſt. *e* alios commendat epiſtola. *f* peccat,
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

*a* Inſtar vel loco multorum erit Julius, qui mihi familiaris fuit, tibique erit.

*b* Ep. 16. l. 1.

*c* Lectio ſanior, quam a Scriverio reſtituram confirmat MS. e noſtris alter. domus hæc tibi urbem ingreſſo prima eſt, quam Daphnis quidam poſſederat prior dominus, nunc tenet Julius, at in atrio, quæ prima domus pars. *d* E ſalutandi formula Briſſon. l. 8. form. *Martialis ſolutum dixit.* *e* Alienos, ignotos. *f* Nemo ſapiens ſe commendat amicis ſuis diligenter & ſolicite.

## *In mulierem deformem.* V.

FOrmoſam faciem *a* nigro medicamine * velas?
*b* Sed non formoſo corpore lædis aquas.
Ipſam crede *c* deam verbis tibi dicere noſtris,
Aut aperi faciem, *d* vel tunicata lava.

*a* Oſtypo, medicamine & incruſtamento coſmetico, quod Juvenalis vocat *tectorium*. Sat. 6. v. 463.

* Al. *celas*. Ex. Weſt. h. velamine celas. *b* Sed deformi corpore violas aquas. *c* Aquæ Nympham, omni autem fonti credebatur ineſſe numen propter perennitatem ſcaturiginis. *d* Deforme enim corpus arguit æque deformem eſſe faciem, quam tegis, vel ſucatam.

Ad

## *Ad Marcellinum.* VI.

LUx tibi poſt Idus numeratur tertia Maias,
Marcelline, tuis *b* bis celebranda ſacris.
*c* Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:
*d* Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederis jucundæ munera vitæ,
*e* Plus nunquam patri præſtitit illa dies.

*a* Dies tertio poſt Idus Maias. Calend. Jun. *b* In 2. verſibus ſeq. oſtendit geminî ſacri cauſas. *c* Hæc dies imputat tanquam beneficium (legas & *computat*) natalem patris tui quo editus eſt in dias luminis auras. *Vel* ex cœleſti revolutione reverſum. *d* Aquæ hoc eodem die primam barbam depoſuiſti qui quidem dies priſcis ſacer, ſolemnis & perpetuæ memoriæ. Sueton. c. 12. Neron. & Xiphilinus in Nerone & Heliogabalo. Juven. 3. ſat. v. 186. *e* Filio dulcis eſt patris vitæ memoria anniverſaria: patri nulli dies gratior quam qua filii viri facti memoriam celebrat, nonnulli leg. *præſtiti una dies* vide Antholog. l. 1. c. 26. ep. Apolonid. Ἡδὺ πατρὶ δοκεῖ πρῶτον θέρος ἥβαθεν τᾶς Κείρεο, &c.

## *De ſportula.* VII.

CEntum miſelli jam valete quadrantes,
*b* Anteambulonis congiarium laſſi,
*c* Quos dividebat balneator *d* elixus.
Quid cogitatis ô e fames amicorum?
*f* Regis ſuperbi ſportulæ receſſerunt,
*g* Nihil ſtropharum eſt: jam ſalarium dandum eſt.

*a* Nero cœnam rectam clientibus exhibitam a potentioribus redegerat ad ſportulam, quæ calathus fuit quo primum obſonia dabantur, poſtea centum quadrantes **bord wages.** ſuet. 6. c. 16. Domitianus antiquato illo Neronis edicto revocavit cœnas. Suet. Domit. 7. *b* Clientis officioſi merces. *c* Clientibus ſingulis qui una lavabant dati a potentioribus C. quadrantes noſtræ monetæ 18. d. ob. q. quos forte dividebat balneator. ep. 52. l. x. *d* Aquarum & vaporum calore coctus. *e* Qui ſportulæ tenuitate & fame enecaſtis clientes? *f* A ſuperbo patrono (qui *rex* dicebatur) exhibitæ. *g* Nihil fraudis jam faciendum eſt clienti, quem ſæpe invitatum tandem quam ad cœnam rectam dimiſerunt tandem cum jejuna ſportula. στροφὴ tergiverſatio a στρέφω. *h* Cœna, quæ Romanis ἄλειρον cibarium, annona diurna, ex pacto debitum: ut ſportula, ex placito.

## *In Quinctum.* VIII.

THaida Quinctus amat, quam Thaida? Thaida (luſcam.
Unum oculum Thais non habet, ille *h* duos.

*h* Utroque careret oculo. *Metaph.* i. e. cæcus eſt amore, qui non videat vitia.

## ¶ *In Cinnam.* IX.

VErſiculos in me narratur ſcribere Cinna.
*k* Non ſcribit, cujus carmina nemo legit.

*k* Sic ep. 51. l. 6.

*In*

## *In Philomuſum.* X.

COnſtituit, Philomuſe, pater tibi millia bina
*a* Menſtrua, *b* perque omnes præſtitit illa dies,
*c* Luxuriam premeret cùm craſtina ſemper egeſtas,
Et vitiis eſſent danda diurna tuis.
*d* Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit;
Exhæredavit te, Philomuſe, pater.

*a* In dimenſum menſtruum. *b* Et illius dimenſi menſtrui ſingulas partes ſingulis divifit diebus. *c* Idque ut craſtinam anteverteret egeſtatem coercendo hodiernum luxum. *d* Certe cum te tibi reliquerit, feceritque hæreditatem tui juris, te quaſi exhæredavit, nam tu rapide omnia abſumis. melius conſuluiſſet tno luxui dato curatore.

## *In Fabullum.* XI.

UNguentum, fateor, bonum dediſti
*a* Convivis *b* here: ſed *c* nihil ſcidiſti,
Res *d* falſa eſt bene olere, & eſurire.
*e* Qui non cœnat & ungitur, Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

*a* A Balneis & ante cœnam priſci inungebantur. *b* Heri nt 38. ep. 1. lib. *c* Nihil convivis diſtribuiſti, carpſiſti. *d* Ironice .i. inſulſa & inepta. MS. Bodl. *falſa eſt.* *e* Silicernium hoc mihi videtur ubi apponitur cœna, nihil diſtribuitur, nos ungimur tantum velut mortui, quorum cadavera ungere condireque mos erat.

## *In Nævium.* XII.

DUm nō vis leporē, dum non vis *a* carpere mul-
Et plus quàm patri, Nævia, parcis apro. (lum,
Accuſas, *b* rumpiſq; coquum, *c* tanquam omnia cru-
Attulerit, *d* nunquam ſic ego crudus ero. (da.

*a* Sciſſum diſtribuere convivis. *b* Cædis, & alludit ad *carpſi.* *c* Cauſata obſoniorum eruditatem ut ſerventur ad alias cœnas explicandas. *d* Si modo nihil eſtravero, nunquam ex obſoniorum copia crudus erit mihi ſtomachus, & ludit in tranſlatione τῦ *crudi.*

## *In Tuccinum, de Sportula.* XIII.

ROmam petebat eſuritor Tuccius,
Profectus ex Hiſpania.
*a* Occurrit illi ſportularum fabula:
A *b* ponte rediit *b* Mulvio.

*a* Expoſita eſt illi tenuitas ſportulæ, miſeraque officia ejus emerendæ. *b* Qui mille paſſus ab urbe diſtat; in via Flaminia.

## *De Codro.* XIV.

PLus credit nemo, quàm totâ Codrus in urbe.
Cum ſit tam pauper, quomodo? cæcus amat.

Ludit in ambigua ſignificatione τῦ *credi.* q. d. nihil eſt Codrum pecunias credere, qui ipſe miſerr me pauper ſit, reſp. Poeta, ſupra fidem Codrum credete. credit enim illam eſſe caſtam vel formoſam cujus amore cœcus eſt, idque contra, ſa nam populi.

¶ *In-*

## ¶ *In cerdonem munerarium.* XV.

*a* DAs gladiatores, *b* ſutorum regule cerdo,
Quodq; tibi tribuit, *c* ſubula, *d* ſica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius unquam,
Ut velles *e* corio ludere, cerdo, tuo:
Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento
Nunc *f* in pellicula, cerdo, tenere tua.

*a* Elis munus gladiatorium, quod principum eſt, divitum icq; S. Conſulto (4. Annal. Tacit.) & ſpectatarum perſonarum, indignatur 2. Poeta hoc viliſſimos homines dare. *b* Sutorum Alpha, princeps. chief of Maſter of the Company. *c* Sutorium inſtrumentum & officium. *d* Gladiatoris gladius brevis .i. munus gladiatorium. *e* Dire gladiatores ex tua re, alludit 2. proverbium *De alieno corio liberalis*, ſimul ludit in terminis ſutoriis, *ſubula, corium, pellicula*. *f* Intra artificii & conditionis tuæ terminos, reſpicit Apologum de aſino Cumano pelle leonis induto.

## *In Sabidium.* XVI.

CIrcumlata diu menſis *a* ſcriblita ſecundis
Urebat nimio ſæva calore *b* manus.
Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo
Sufflavit buccis terque quaterque ſuis.
Illa quidem tepuit, *b* digitoſque admittere viſa eſt.
Sed *c* nemo potuit tangere: merda fuit.

*a* Bellarium ſecundæ menſæ, ad modum placentæ confectum. Syncopate pro *ſcribilita*. Torta Hiſp. *b* Convivarum tangentium.
*c* Nemo ſuſtinuit edere vel guſtare ſcriblitam impuro halitu tuo corruptam. vide ep. 76. l. 7.

## *In Maximum.* XVII.

*a* PErfrixiſſe tuas quæſta eſt præfatio fauces.
*b* Cùm te excuſaris, Maxime, quid recitas?

*a* Ex frigore rauciſſe.
*b* Excuſationem in totum accipimus, vel omnino recitatione ſuperſedeas, ut tibi & nobis parcas.

## *De vipera in ore urſæ.* XVIII.

*a* PRoxima centenis oſtenditur Urſa columnis,
Exornant fictæ qua Platanona feræ.
Hujus dum paſtulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas; teneram merſit in ora manum.
Vipera ſed cæco ſceleraſa latebat in ore,
*b* Vivebatq; anima deteriore fera.
Non ſentit puer eſſe dolos, niſi dente recepto
Dum perit, *c* ô facinus falſa quòd urſa fuit!

*a* In porticu ceu ſtadio potius centum columnis ſublata. 2. l. 14. ep. Platanis juxta conſitis opaca & ſtatuis ferarum exornata, dum ludibundus puer & viſæ velut inſultans ori ſtatuæ hianti manum inſereret, a vipera quæ in ore ſtatuæ latebat mortius interiit. *b* Ficta hæc ceu marmorea urſa compertæ eſt lethalioris urſa viva, quæ ſi ſpirans anima viperæ quæ ſua deterior. *c* O male factum quod non vera eſſet urſa, tum enim aut puer manum ori inferere ſuperſediſſet; aut tenero ſermoſoq; puero viva urſa peperciſſet. Sic Bodl. & Scr. MS. non *auſa* ut vulgo.

## ¶ *De Canio.* XIX.

Dic Muſa quid agat Canius meus Rufus ?
Utrum ne chartis tradit ille *a* victuris
Legenda *b* temporum acta Claudianorum ?
*c* An quæ Neroni falſus adſtruit ſcriptor ?
An æmulatur improbi jocos *d* Phædri ?
Laſcivus elegis, an ſeverus heroïs ?
*e* An in cothurnis horridus Sophocleis ?
*f* An otioſus in ſchola poetarum
Lepôre tinctos Attico ſales narrat ?
Hinc ſi receſſit, porticum terit *g* templi ?
An *h* ſpatia carpit lentus Argonautarum ?
*i* An delicatæ Sole rurſus Europæ
Inter tepentes poſt meridiem buxos
Sedet, ambulatve liber acribus curis ?
*k* Titine thermis, an lavatur *l* Agrippæ ?
An *m* impudici balneo Tigillini ?
An rure *n* Tulli fruitur, atq; *n* Lucani ?
An Pollionis dulce currit *o* ad quartum ?
*p* An æſtuantes jam profectus ad Baias
Piger Lucrino *q* naviculatur in ſtagno ?
*r* Vis ſcire quid agat Canius tuus ? ridet.

*a* Non perituris, conatis genio & fato ut immortalitatem conſecutæ poſteris legantur. *b* Hiſtorium de Claudii temporibus. *c* An ſcribit quæ adſtruat Neroni tanquam authori, ut prodeant ſub nomine Neronis ? *Vel* an ad fidem & veritatem hiſtoriæ revocat componitq; quæ vivo Nerone ob metum aut adulationem, quæ mortuo ex recenti odio falſa ſcripta ſunt ? Tacit. in proem. Annal.

*d* Mimographi alicujus jocularii, non a. illius qui fabulas compoſuit. *e* An triſtis & altus eſt majeſtate carminis tragici ? In tragœdiis autem inducti heroes & reges grande locuti altis innitebantur calceamentis, claruitque ſtylo tragico Sophocles. *f* An in conventu Poetarum recitat elegantes comœdias vel alia carmina ? *g* Iſidis fani. ep 14. l. 2, f. *h* Porticum Neptuni. ep. 14. l. 2. c. *i* An in porticu Europæ in quo buxeta ſolem trangunt a meridie, &c. ep. 14. l. 2. p. *k* *Veſtrinus muneribus, thermis.* ep. 2. lib Spectac. Ecquid ſapit quod habet MS. Oxonienſis *Sterrive* ? *thermis an lavatur Agrippæ* ? *l* Balnea de ſuo nomine excitavit M. Agrippa. *m* Sophonii Tigellini, fœda pueritia, impudica ſenecta, &c. Tacit. 1. hiſt. & 14. Annal. *n* Ep. 32. l. 1. & l. 9. ep. 41. *o* Prædium ſuburbanum ad quartum lapidem. *p* Ad aquas calidas in Baiano ſinu intra Miſenum & Puteolos in Campania. *q* Scr. contrahit, *naviculatur*, ita poſcente modulo. *r* Ex perſona Muſæ reſp. Quicquid agat, ridet. ep. 54. l. 1. & ep. 54. infr.

## *In crudelem Dominum.* XX.

*a* Antium Reſtitutionem vide Macrob. 1. Saturn. c. 11 & Appian. 4. l. & Val. Max. 6. l. c. 27. Senec. de Benef. 3. l. c. 23. &c. *b* Stigmatias ſervus, literas fronte inuſtus. *c* Indignum n. viſum fore tanta fide ſervum a Domino notis compunctum fuiſſe.

*a* PRoſcriptum famulus ſervavit *b* frõte notatus,
Non fuit hæc domini vita, *c* ſed invidia.

## *De Apicio.* XXI.

DEderas, Apici, bis trecenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi * laxum.
Hoc tu gravatus, *d* ne famem & sitim ferres,
Summa venenum potione *e* duxisti.
Nil est, Apici, tibi gulosius factum.

Apicius sexcenties decoxerat, inspectis tandem rationibus, superfuturum sibi centies H. S. computavit; sed ut hac re tanquam ultima fame victurus sibi vitam veneno finiit. Senec. ad Helviam c. 10. & Dion. l. 57. * Non minus amplius potius al. *luxu* pro luxui i. e. ad luxum. *d* Scrib. *ut famem & sitim ferre.* *e* exhausisti.

## *In invitatorem.* XXII.

OMnia cùm retrò pueris opsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Invitator sordidus obsonia statim ac ponerentur tradidit servis pone ad pedes discumbentium ministrantibus auferenda & ad alias instruendas cenas reservanda, jocatur Poeta commodius fore ut servis extra triclinium apponatur mensa, si ita retro amovere fercula statuerit, ἔστω δὲ πέριξ, πάντα δίδως ὀπίσω. Anthol. g. l. c. 31.

## *Ad Faustinum.* XXIII.

SI temperari balneum cupis *a* fervens,
Faustine, quod vix Julianus intraret:
*b* Roga, lavetur, rhetorem Sabinéum.
*c* Neronianas is refrigerat thermas.

*a* Cujus calorem vix ferre possit. Julianus calidis aliis assuetus. *b* Al. *Roga lavetur hic rhetor Sabinus*, jocus Metaphoricus a frigore aeris ad frigus orationis. *c* Quæ egregie erant calidæ & optimæ. 39. ep. 2. l.

## *In Candidum.* XXIV.

*a* PRædia solus habes, & solus, Cãdide, nummos:
*b* Aurea solus habes, myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & *c* Opimî Cæcuba solus:
Et *d* cor solus habes, solus & ingenium:
Omnia solus habes: *e* hoc me puta velle negare:
Uxorem sed habes, Candide, cum populo.

*a* Candide cui crepat usque in ore illud: *omnia amicis communia.* ut ep. 36. l. 2. nihil tamen cum amicis communicas, sed te tibi soli vivere, soli sapere perfectum credis sapientiam, beatam judicas vitam: certe ut nec decreto illi Pythagorico stas in nec instituto tuo privato; nam quæ uxorem habes communem. *b* Vasa ep. 110. l. 14. *c* Ep. 25. l. 1. e. *d* Sapientiam *Metonym.* *e* Te omnia non habere solum. alii leg. *hoc nec puto posse negari.* Ft. Modius 75. epist. Novantiqu. lectionum. Scr. *nec me puta.*

## *In Gallum.* XXV.

NUmquam me revocas, venias cùm ſæpe *a* vo-
Ignoſco, nullum ſi modò, Galle, vocas. (catus:
Invitas alios: vitium eſt *b* utriuſq; quod? inquis.
Et mihi *c* cor non eſt: nec tibi, Galle, *d* pudor *.

*a* Ad cœnam. *b* Meum æque ac tuum. MS. noſter, *ut inque.* *c* Prudentia ad prætereundum te inhumanum. *d* Ad invitandum me bene meritum. * Ex Weſt. *h.* puto.

## *In Neſtorem.* XXVI.

A Uriculam Mario graviter miraris olere.
*a* Tu facis hoc garris, Neſtor, in auriculam,

*a* Graveolentia mingit auriculæ iſti is ab impura tua anima.

## *In Zoilum.* XXVII.

HAs cum gemina *a* compede *b* dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus, *c* anulos priores.

*a* Servi improbi & noxii in ergaſtulo damnati opus in compedibus faciebant. *b* Servi libertate donati compedes & catenas ſacrarunt Saturno, qui toto anno laneo vinculo ligatus, ad diem ſibi feſtum 17. menſe Decembri ſolvebatur, quum & ſervi in his Saturnalibus dominabantur. *Donaſſet jamne catenam. Ex voto Laribus.* Hor. 1. I. ſer. 5. *c* Compedes Zoilo autem exprobrat annulum aureum, ut qui ab Ergaſtulario ſervo ad ordinem equeſtrem ſit evectus. ep. 25. l. 11.

## *Ad Gargilianum.* XXVIII.

*a* SPortula nulla datur; *b* gratis conviva recumbis,
Dic mihi, *c* quid Romæ, Gargiliane, facis?
*d* Cum ratione licet dicas te vivere ſummâ:
Quòd vivis, nulla cum ratione facis.

*a* Supra ep. 7. a. clientibus autem *hinc pigas calcem hinc eſt. Et panis fumuſque dom*, Juv. 1. Sat. 119. v. *b* Ad cœnam juſtam, unde tibi nulla pecunia ut in ſportulis. *c* Cur non hinc magis? Et ſi te dicas vivere frugaliter & ex juſta computatione, non tamen video cautam cur in Roma vel etiam in vita manere velis, cui non ſuppetit unde vivas, ludiq; indilogia *cum ratione.*

## ¶ *Ad Rufinum.* XXIX.

SUnt tibi, confiteor, diffuſi jugera campi,
*a* Urbaniq; tenent prædia multa Lares:
Et *b* ſervit dominæ numeroſus debitor aræ,
Suſtentatq; tuas *c* aurea menſa dapes.
Faſtidire tamen noli Rufine, minores.
*d* Plus habuit Didymus: plus Philomelus habet.

*a* Et dii tui penates in urbe occupant ſoli quantum eſſet multis domibus. *Vel* domus tuæ urbanæ, quas multas habes, habent ſingulæ prædia ſua ſuburbana. *b* Multos tibi obæratos habes & fœneratores. *c* Inaurata; auream habens coronam, vel aurea. *d* Mediis quidem artibus multa nactus es, ſed plura Didymus ſpado, & Philomelus (quantum ex ficto nomine licet conjicere) citharœdus, qui & te faſtidire poſſunt.

De

## *De Piſcibus ſculptis.* XXX.

ARtis *a* Phidiacæ toreuma clarum,
Piſces adſpicis : *b* adde aquam, natabunt.

*a* Phidias toreumices inventor fuit.

*b* Ita ad vivum expreſſi ut addita aqua videantur nataturi. *Hyperb lice.*

## ¶ *In Fabianum.* XXXI.

*a* QUod novus & nuper factus tibi præſtat amicus,
Hoc præſtare jubes me, Fabiane, tibi. (cus :
*b* Horridus ut primo ſemper te mane ſalutem,
Per mediumq; trahat *c* me tua ſella lutum :
Laſſus ut in thermas *d* decimâ, vel ſeriùs, horâ
Te ſequar Agrippæ, cum laver ipſe Titi.
Hoc per triginta merui, Fabiane, *e* Decembres,
Ut ſim tiro tuæ ſemper amicitiæ ?
Hoc merui, Fabiane, togâ, tritâque, *f* meâque,
Ut non dum credas me meruiſſe *g* rudem ?

*a* Exigis a me veteri amico & cliente officia non minora quam quæ novus præſtat cliens.

*b* Frigore matutino, vel cultus neglectu, dum propero ut inter primos ſalutatores ſim. Juven. 3. ſat. v. 20.

*c* Præcedentem, comitantem, ſubſequentem tuam ſellam. ep. 10. l. 10. f. & ep. 24. l. 12. *d* Cum octava quæ æſtate, nona quæ hyeme levationi aſſignatur, cogar comitari te ad balnea Agrippæ, ipſe loturus longe in balneis Titi. *e* Annos. *f* Cum alii patroni mittere ſoleant clientibus togas. *g* Liberationem ab officiis, tractum ab arena, gladiatores .n. ætate ingraveſcente quaſi emeriti in imagiſterii ſignum accipiebant rudem, qua donati non cogebantur deinde pugnare, publice tamen alebantur. Ramirſerus putat Poetam ambigue aluſiſſe ad togam rudem.

## *In iraſcentes amicos.* XXXII.

IRaſci tantùm felices noſtis amici.
*a* Non bellè facitis : *b* ſed juvat hoc facere.

*a* Non ex ratione & cauſa, ſed occaſionem quæritis irarum. *b* Utile eſt vobis iras ſimulare, ne muneremini pauperum officia. ſic ep. 13. l. 12.

## *Ad Sextum.* XXXIII.

QUæ te cauſſa trahit, vel quæ fiducia Romam,
Sexte? quid aut ſperas, aut petis inde? refer.
Cauſſas, inquis, agam Cicerone dilertiùs ipſo,
Atque erit in *a* triplici Par mihi nemo foro.
*b* Egit *c* Ateſtinus cauſas, & *c* Caius : utrumque
Nôras : ſed neutri *d* penſio tota fuit.
*e* Si nihil hinc veniet ; pangentur carmina nobis :
Audieris, dices *f* eſſe Maronis opus.

*a* T. Veteri Romano 2. Caii Julii Cæſaris 3. Auguſti vide Alex. Neap. 2. l. 12. c. Mutian. 3. l. 24. c.

*b* Ironia Poeta.

*c* n. Dialogiſmo. *c* Cauſſidici pauperes, nomina fortaſſe ficta. *d* Supra ep. 28. d. *e* Rem ferit Sextus. *f* Mea carmina æquare Virgilii opus.

Insanis: *g* omnes gelidis quicumque lacernis
Sunt tibi; Nasones, Virgiliosq; vides.
*h* Atria magna colam, *i* vix treis, aut quatuor ista
Res aluit: pallet cætera turba fame.
*k* Quid faciam? suade, nam certum est vivere Romæ.
*l* Si bonus es, casu vivere, Sexte, potes. (mæ.

*g* Omnes hi quos vides horridulos tritis lacernis sunt Poetæ non inferiores Virg. & Ovidio. Ms. noster, *Sunt tibi*. Cujus lectionis monuit & P. Scriverius. *h* Ingrediar (inquit Sextus) cliens potentiorum aria; vel principis aulam. *i* *Resp. Poeta.* *k* *Verbi Sextii.* *l* Bonis fortuitus est Romæ victus & incertus; malis stipendium certum.

## *In Thelesinum.* XXXIV.

Mutua quòd nobis ter quinquagena dedisti
Ex opibus tantis, quas *a* gravis arca premit.
Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus:
Tu *b* magnus, quòd das? immò ego, quòd recipis.

*a* Vide ep. 26. l. 2. c. *b* Immo pusillus qui dives non dona das: ego magnus, qui pauper solvo.

## *De lacertâ cælatâ.* XXXV.

Inserta Phialæ *a* Mentoris manu ducta
Lacerta *b* vivit, & timetur argentum.

*a* Cælatoris laudatissimi. *b* Affabre efficta videtur spirare, & vel argentea nescientibus timetur pro viva.

## *In Pollam.* XXXVI.

*a* Simpliciter pateat vitium fortasse pusillum.
Quod tegitur, majus creditur esse malum.

*a* 74. ep. 1. l. & 10. ep. 5.

## ¶ *In Lentinum.* XXXVII.

*a* Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam subitò *b* corvus qui modò *c* cygnus eras.
Non omnes fallis scit te *d* Proserpina canum:
*e* Personam capiti detrahet illa tuo.

*a* Vis apparere juvenis, simulas Juv. vide Ausonii ep. 16. quo Lvis respondet. Mentiri, quod Adrianus senis fucato. *Patri jam negavi tuo.* *b* Niger. Metonym. ut — *c* Canus, candidus. *d* Vitæ morti quæ præsides, quæ fingitur morituris crinem secare, & his quasi primitias Orco offerre. *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygio cani damnaverat Orco.* Virgil. de Didone 4. Æn. & Horat. 1. lib. ode 28. *Nullum sæva caput Proserpina fugit.* *e* Fucum illum capillorum & tinctam quasi calendrum elegantèr dix. *Lipsius.*

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Ligurinum.* XXXVIII.

OCcurrit tibi nemo quòd libenter:
Quod quacumq; venis, fuga eſt, & ingens
Circa te, Ligurine, ſolitudo:
Quid ſit ſcire cupis? *a* nimis Poeta es:
Hoc valde vitium periculoſum eſt.
Non *b* tigris catulis citata raptis,
Non *c* dipſas *d* medio peruſta Sole,
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?
Et ſtanti legis, & legis ſedenti:
Currenti legis, & legis * cacanti.
In thermas fugio; ſonas ad aurem.
*e* Piſcinam peto non licet natare.
Ad cœnam propero; tenes euntem.
Ad cœnam venio; fugas *f* ſedentem.
Laſſus dormio; ſuſcitas jacentem.
Vis, quantum facias mali, videre?
*g* Vir juſtus, probus, innocens timeris.

*a* Plus habes Poetæ quam hominis. Nimis tibi places in carminibus quæ omnibus incontinenter & importune legis. *b* Ep. 15. lib. ſpectac. *c* Serpens, a quo icti vexantur ſiti & æſtu, unde & nomen. *d* Apricans ad meridiarum ſolem. *Vel* meridionali plaga vivens. * Studenti. Ex Weit. *e* Non paucæ nec parvæ erant Romæ piſcinæ qua natarent. *f* Ramires. legit *edentem*. Muſambertius aſſentit lectionem vulgatam. ut ſit ante accubationem ſeſſio, ut 64. ep. 8. l. *Sternantur lecti Cæciliane ſede*. *g* Cætera cum bonus ſis ac juſtus, & propter innocentiam a quo probitatem expectandus: propter hanc tamen importunam recitationem, ce fugiunt omnes caventq; ut poeticam hirudinem. Horat. in calce epiſt. ad Piſones, & Lucilii epigr. e. 40. .2. Antholog.

## ¶ *De eodem.* XXXIX.

*a* FUgerit an menſas Phœbus cœnamq; Thyeſtæ,
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
*b* Illa quidem lauta eſt dapibuſq; inſtructa ſuperbis:
Sed nihil omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, *c* mullumve bilibrem:
Nec volo bolec os, oſtrea nolo: *d* tace.

*a* Vide argumentum meum in Thyeſten Senecæ, & quæ adnotavi ad verſ. 774. & chorum quartum. *b* Tua.

*c* Vide ep. 36. l. 2. l. *d* Ep. 43. infra. & 75. l. 5. & l. 11. ep. 33.

## ¶ *Ad Candidum.* XL.

EXigis à nobis operam ſine fine *a* togatam.
Non eo, libertum ſed tibi mitto meum.
*b* Non eſt, inquis, idem: multo *c* plus eſſe probabo.
Vix ego lecticam ſubſequor; ille ferat.

*a* Anteambulonis seu clientis togati. *b* Pius mihi videris eſſe hoc officiis ex tui ipſius, quam liberti tui comitatu.

In

In turbam incideris; cunctos *d* umbone repellet;
*e* Invalidum est nobis, *e* ingenuumq; latus.
Quidlibet in causis narraveris; *f* ipse tacebo;
*g* At tibi tergeminum mugiet ille *g* sophos.
Lis erit; *h* ingenti faciet convicia voce:
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.
Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?
*i* Quidquid libertus, Candide, non poterit.

*d* Musambertius de umbone togæ intelligit, de quo vide quæ ad Persii sat. 5. v. 33. de cubito potius dici credo, quo turba obvia, haud secus ac hostes umbone repelliter, & ut credam facit Luciani Crito πολλὰς παραγκωνισάμενος, ἐς τὸ ἐωθινὸν χεῖρας ἔπαιον. Lucian. φιλόπατρις & Juven. 3. sat. *hic cubito ferit.* *e* Quod undam prementis populi contraniti nequeat, pudeat. ep. 45. l. 10. *Vires ingenuæ* mox not. 1. *f* Ego tibi oranti non valebo acclamare. *g* Vide l. 1. ep. 3. K. *h* Ingeret adversario tuo conviciorum abunde, nec in aurem. *i* Officia libertina & quæ me decent magis, præstabo.

* Ad quem ep. 48. infra de Faustini villæ copia.

## De * Basso. XLI.

*a* Propter aquæ ductus & fontes quæ ad portam Cap. unde & *Fontinalis* dicta hodie *S. Sebastiani.* Juven. 3. sat. 11. v.

*b* Fl. Tusciæ in quo Mater Deum a Gallis sacerdotibus quotannis ablui-ebatur. Ovid. 4. Fast. & Martial. 23. l.

*c* Cultros ad hostias mactandas, forte legend. *sacrum.*

*d* Ubi sepulti fuerant Horatii

Capena grandi porta *a* qua pluit gutta,
Phrygiæq; matris *b* Almo qua lavat *c* ferrum,
*d* Horatiorum quà virer sacer campus,
Et qua *e* pusilli *f* fervet Herculis fanum,
Faustine, *g* plenâ Bassus ibat in rhedâ,
Omnes beati copias trahens ruris.
*h* Illîc videres riurice nobili caules,
Et *i* utrumq; porrum, sesileſq; lactucas,
*k* Pigroq; ventri non inutiles betas.
Illic *l* coronam pinguibus gravem turdis,
Leporemq; læsum *m* Gallici canis dente,
*n* Nondumq; victâ lacteum fabâ porcum,
*o* Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed *p* tuta fœno cursor ova portabat.
*q* Urbem petebat Bassus: imo rus ibat.

illi trigemini, de quibus Liv. 1. *e* Adulatorie. Domitianus n. se magnum Herculem vel majorem dici voluit. ut ep. 52, 53. 86. & 104. lib. 9. Alcidem vocat pusillum. *f* A frequentia salutantium viatorum, erat enim in via Appia. *g* Non ut *Matronis lectica* 1. sat. Juven. *Plena ipse*, sed rutis honoribus quos ex urbe in rus suum, non rus, portabat. *h* In rheda Bassi, velut altero copiæ cornu. *i* Sectivum & capitatum. *k* Quem cient & lubricant. *l* Coronam viminea cui appendebantur turdi in orbem. 13. l. ep. 50. & Ovid. 1. Am. v. 269. *m* Leporarii canes in Gallia velociores, utpote lupino særu editi. *n* Lactentem porcellum, qui labas dente non vicerit. *l.* tregerit. *o* Nec ociosus aut onere vacuus ibat cursor **his Lacquay.** *p* Ne colliderentur. *q* Posset quidem videri rure rediisse adeo terræ fœtibus onustus: & tamen adeo sterilem alebat suburbanam villam ut ex urbe rus in rus ferret. Vulg. *Romam,*

## *De Ollo.* XLII.

PAuperis exſtruxit cellam, ſed vendidit Ollus
Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet.

Habebant luti divites inter cœnationes ſplendidas & diætam unam quo ſe quandoq; recipiebant ad tenuiorem victum, vel varietatis cauſa, vel ut paruo aſſueſcerent, quaſi præexercitationem ad inopiam, ut conſulit Seneca epiſt. 18. & 100. & ad eas Lipſius docet, hanc appellabant *pauperis cellam*, ex ſtruebant & cellas famulis, ut & amicis minorum gentium excipiendis, ep. 14. l. 3. hujuſmodi ſtructuræ, ſed immodicæ & magnificæ dum indulgeret Ollus, ad veram paupertatem redactus eſt.

## *In invitatorem.* XLIII.

*a* VEientana mihi miſces, *b* tu Maſſica potas:
*c* Olfacere hæc malo pocula, quàm bibere.

*a* Ep. 40. l. 2. *b* Scriveri & Bodleii MSS. *uti Maſſica potas.* *c* Gratior quippe odor quam guſtus.

## ¶ *In Ligurinum.* XLIV.

*a* HÆc tibi, non alia, eſt ad cœnã cauſa vocandi,
Verſiculos recites ut, Ligurine, tuos.
*b* Depoſui ſoleas, affertur protinus *c* ingens
Inter *d* lactucas, *e* oxygarumq; *e* liber.
Alter *f* perlegitur, dum fercula prima morantur:
Tertius eſt, nec adhuc menſa ſecunda venit.
Et quartum recitas, & quinctum denique librum.
*g* Putidus eſt, toties ſi mihi ponis aprum.
Quòd ſi non *h* ſcombris ſceleratæ poëmata donas:
Cœnabis ſolus jam, Ligurine, *i* domi.

*a* Supra ep. 38. & 39. *b* Quod diſcubituri faciebant, ne ſtragula conſpurcarent. *c* Quod magnum malum. *d* A quibus cœna inchoari ſolita. 13. l. 14. ep. *e* Garum ex aceto. *f* Al. Porrigitur. *g* Certe puceret vel aper ad convivia natum animal toties appoſitus, ac tu mihi libros legeris. *h* Vide 2. ep. ſupra b. *i* Invitatori ſoli licebat recitare, domi it. qui ſolus cœna tibiq; recita, foris te cavebimus.

## ¶ *Ad Tongilianum.* XLV.

EMpta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducenis:
Abſtulit hanc *a* nimium caſus in urbe freques.
*b* Collatum eſt decies, rogo, non potes ipſe videri
*c* Incendiſſe tuam, Tongiliane, domum.

*a* Incendium. ep. 7. l. 5. *b* Ex ſymbolis civium & amicorum in damno tuo ſuccurrentium tibi donabantur. 78 12. l. 10. ff. *c* *Merito jam faſſi eſtus, tanquam ipſe ſuas incenderit ædes.* Juven. 3. a verſu 212.

¶ *In*

## ¶ *In Gelliam.* XLVI.

a Myropolam. ep. 74. l. 12.
b Successo, vel tracto.
c Oleum Cinnami. Plin. 15. l. 7. c.

QUòd quacumq; venis a Cosmum migrare putamus,
Et fluere b excusso c cinnama fusa vitro:
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.
Scis puto posse meum, sic bene olere canem.

## *De cisternâ Ravennate.* XLVII.

Vini larga copia, aquæ bonæ maxima penuria, unde & caritas, Ravennæ, quæ Sabinorum oppidum aquis marinis & aliginosis perfluum, *ita ut sitiant vivi, natent sepulti.* Sidonius epist. 8. l. 1.

SIt cisterna mihi, quàm vinea, malo Ravennæ;
Cùm possim multo vendere pluris aquam.

* Ex West. Caupone.

## *De * Copone.* XLVIII.

Pluris n. vænit aqua, qua dilueretur vinum, quam ipsum merum. ep. præced. * caupo.

CAllidus imposuit nuper mihi *copo Ravennæ;
Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

* Supra ep. 41.

## ¶ *De villâ Faustini, ad * Bassum.* XLIX.

a Villa quam habet Faustinus Baiis in sinu Campaniæ non est sterilis instar tuæ suburbanæ, supra 41. ep.
b Sylvis, si cum frugiferis conferantur, quamvis baccæ myrtorum in medicinis utiles sint, vel quæ locum tantum occupant & umbram otio abundantibus hominibus præbent. c Cælibe, infrugifera non ut populo viribus maritata. Plin. Sec. epist. 6. lib. 5. d Buxi n. nunc in varias animalium formas tondebantur. e Nihil fructus sed provenit Domino reddentia. f Fœcundo, ut apud Barbaros & rudes qui non ex amœnitate & elegantia arborum ad quincuncem dispositarum sed ex fructu rus æstimant. g Omnis Faustini domus angulus stipatur frumento. h Bene olet testæ quibus reconditum est verus vinum, quod inter autumnales fructus est, ut ὀπώραι pro ὀπωρινοῖς καρποῖς. & *fœtibus*, ut *annus testa.* l. 1. ep. 34. & 89.

a Baiana nostri villa, * Basse, Faustini,
Non b otiosis ordinata myrtetis,
c Viduâq; platano, d tonsilique; buxeto
e Ingrata lati spatia detinet campi:
Sed rure vero f barbaroq; lætatur.
g Hîc farta premitur angulo Ceres omni,
Et h multa fragrat testa h senibus autumnis.

Nie poſt Novembres, imminente jam brumâ,
*i* Seras putator horridus refert *i* uvas.
*k* Truces in altâ valle mugiunt tauri,
*l* Vituluſq; inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur *m* omnis turba * ſordidæ cortis.
* Argutus anſer, *n* * gemmeiq; pavones,
*o* Nomenq; debet quæ rubentibus pennis,
Et * picta perdix, Numidicæq; * guttatæ,
Et *p* impiorum *q* phaſiana Colchorum.
*r* Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli:
Sonantq; turres *s* plauſibus columbarum;
Gemit hinc palumbus, inde *t* cereus turtur.
Avidi ſequuntur *v* villicæ ſinum porci;
Matremq; plenam mollis *x* agnus expectat.
Cingunt ſerenum *y* lactei focum vernæ,
Et *z* larga feſtos lucet ad i Lares ſylva.
Non ſegnis albo pallet otio 2 copo:
3 Nec perdit 4 oleum lubricus palæſtrita.
Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis.
Tremulâve captum lineâ trahit piſcem,
Aut impeditam caſſibus refert damam.
Exercet hilares 5 facilis hortus 6 urbanos,
7 Et pædagogo non jubente laſcivi
Parêre gaudent villico 8 capillati;
9 Et delicatus opere fruitur eunuchus.
10 Nec venit inanis ruſticus ſalutator;
11 Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
12 Metamq; lactis 13 Saſſinate de ſylvâ.
Somniculoſos ille porrigit glires;
Hic 14 vagientem matris hiſpidæ fœtum,
Alius 15 coactos non amare capones.

*i* Ep. 38. l. 1. e.
*k* *Aut in reductâ valle, mugientium Proſpectat errantes greges.* Hor. 2. Epod.
*l* *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prælia deſtinat.* Horat. 13. ode 3. lib.
*m* Gallinæ, anſeres, &c. quæ ſequuntur.
* *Adverte ætium nativa epitheta.*
*n* *Qui picta paſſuum ſpecticula gaudæ.*
*o* Phœnicopterus, cui φοινίκεα πτερὰ.
66. ep. 13. l.
*p* Qui male audiunt propter parricidia, impietatem, & veneficia Medeæ, vide Senecæ Medeæ Argumentum.
*q* A Phaſi Colchorum fl.
*r* Gallinas Rhodias quæ Romanis in precio.
*s* Alarum.
*t* Cui plumæ coloris cerei.

*Alii* pingnis turtur. ut ep. 5. l. 13. *u* Sinu ferentis glandes vel alium paſtum. Rob. Titius legit *ſonum* villicæ ſc. vocantis ſues ad paſtum. *x* Domi ſeclusus a matre paſtum protectus. *y* Candidi. Domitius legit *lactei focum vernæ*, fortaſſe infantes. vide ep. 43. l. 1. X. MS. noſter *Cinguntque circum lutei focum vernæ*. *z* Loculentus eſt rocus, lignis e vicina ſylva deſcendentibus. ut ibid. 43. ep. l. 1. 1 *Quibus juxta* focum locus. 2 Caupo, qui ad quæſtum domini victoribus vinum vendit, non pallet & pingueſcit otio: ſed habet quod agat, ut ſeq. 3 Nec; *n.* utitur oleo, qui non exercear palæſtram, melius ſe exercet aucupio, venatione, &c. vide adagium, *Perdere oleum & operam.* 4 Luctaturi ſe ceromate ex oleo, cera & pulvere Ægyptio ceu Pugnaturo, ungebant. 5 Non laboris exquiſiti, ut in ſuburbanis. 6 A *urbe*, ſed variant hic lectiones plurimæ. 7 Alacriter ac ſponte obeunt nec detrectant miniſteria etiam a villico imperata, quod alibi dedignantur iſti — 8 — Filii familias vel pueri delicati comas alentes. ep. 58 l. 10. *Cirrati.* Perſ. 1. 9 Et ipſi delicati ſpadones atq; cubicularii delectantur labore. 10 Non portat nudum & inane *Ave*, ut cuens in urbe, ſed adfert munera, quæ ſeq. 11 Adfert favos. 12 Ep. 38. l. 1. *f.* 13 Oppido Umbriæ, Plauti patriæ. 14 Hædum balatu deſiderantem matrem capeli. 15 *Quia* caſtratos.

16 Filiæ agricolarum ferunt dona a matribus, vel *Rancæ corbis ovis & ova multum.* ep. 25. 7. l. Ep. 43. l. 1. Tibicine adhibito consultum modulo tum ruinæ versus P. Scriv. legendumq; monet *Vimine offerunt* texto, vel *afferunt.* * Vimine efferunt. Ex West.

16 Et dona matrum vimineo * ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.
Facto vocatur lætus opere vicinus,
17 Nec avara servat crastinas dapes mensa,
Vescuntur omnes, ebrioq; non novit
Satur minister invidere convivæ.
At tu sub urbe possides 18 famem mundam,
Et turre ab altâ prospicis 19 meras laurus,
Furem Priapo non 20 timente securus.
Et vinitorem 21 farre pascis urbano,
22 Pictamq; portas 23 otiosus ad villam
Olus, ova, pullos, poma, caseum, mustum.
Rus hoc vocari debet, an 24 domus longè?

17 Quod in urbe fieri solet, supra 12. ep. c. & 22. & l. 1. 87. ep. 18 Prædium suburbanum, mundum quidem & elegans, sed famelicum & sterile. supra 41. ep. 19 Solas steriles laurus quibus nullæ arbores fructiferæ interseruntur. 20 Nihil n. est quod fur auferat. 21 Cum sterilis villa non alat villicum ipsum. 22 Amœnam forte & visu pulchram, verum non magis saturam quam quæ in picta tabula exprimitur, alludit forte ad illud Cynici qui servo esurienti pictas ostendebat dapes, quæ oculos pascerent non ventrem. 23 Ex urbis curis tanquam e vinculis solutus. 24 Domus extra urbem, longe ab urbe dissita, ad quam cibaria ex urbe efferuntur. ὁ πόρρω οἶκος.

## *De muneribus gladiatoriis.* L.

*a* Ep. 15. supra. *b* Restat sc. ut caupo æque vilis munera edat gladiatoria, vide eandem 15. ep. supra.

*a* Sutor credo dedit tibi, culta Bononia, munus.
Fullo dedit Mutinæ: *b* nunc ubi copo dabit?

## ¶ *In Ponticum.* LI.

*a* Edicto Domitiani de cœnis rectis (vide quæ ad ep. 7. supra) fraudem factam potentioribus; qui clientibus vilissimos, sibi optimos apponebant cibos, conqueritur Poeta, quod & Juven. sat. 5. Plin. Jun. 6. epist. l. 2. & noster 2. l. 36. ep. *b* Sportula conductus, al. leg. *non tam venalis.* *c* Sportula non sublata. supra ep. 7. *d* Al. *fungitur.* *e* Testa mytili labra mihi fugienti scindente. *f* Fungorum salutarium: alii boleti, alii suilli seu porcini, alii Amanitæ. Al. *fungor ego fumo pusillos.* *g* Rhombus & sparulus utique e genere pessimis matiis. sed nec multo vilior. *h* A colore pinguedinis, ut modo ep. 49. l. Al. *Aureus.* *i* Non habens eosdem cibos. *k* In eadem mensa, & cœna (ut dicitur) communi. *l* Non obfit nobis, quod Imp. decreto revocatur cœna sublata sportula.

*a* Cum vocor ad cœnã, *b* non jam venalis, ut *c* (antè.
Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?
Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino;
*d* Sumitur *e* incisso mytilus ore mihi.
Sunt tibi *f* boleti; fungos ego fumo suillos. (lo.
Res tibi cum *g* rhombo est; at mihi cum *g* sparu-
*h* Cereus immodicis turtur te cunibus implet;
Ponitur in caveâ mortua pica mihi.
Cur *i* sine te cœno, cùm *k* tecum, Pontice, cœnem?
*l* Sportula quòd non est, profit: edamus idem.

¶ *In*

## ¶ *In Cinnam.* LII.

ESse nihil dicis, quidquid petis, improbe Cinna.
Si *b* nil Cinna petis; *c* nil tibi, Cinna, nego.

*a* Extenuando rem quam petis.
*b* Rem levem, & relate nil. *c* Simplicites, nil.

## ¶ *In Quinctum.* LIII.

CEntenis quòd emis pueros, & sæpe ducenis:
Quòd *a* sub rege Numâ condita vina bibis:
Quod constat decies tibi *b* non speciosa supellex:
Libra quod argenti millia quinq; rapit:
*c* Aurea quod fundi pretio carruca paratur:
Quod pluris *d* mula est, quàm domus empta tibi:
Hæc animo credis magno te, Quincte, parare?
Falleris, *e* hæc animus, Quincte, pusillus emit.

*a* Vina vetustissima. Hyperbolice. *b* Etiam quotidiana, vulgaris tua supellex, alii leg. *non spacioſa* hoc sensu, cujus cælatura ejus est artificii, ut multo constet etsi non sit magna, nec multum occupet spacii, ita ut una libra argenti cælari constet quinquè millibus HS. *c* Quod rheda aurata ceu aureis bracteis distincta constet, quanti fundus. *d* Alii *nulli*, quæ lectio placet, ut apte jungatur hyperbolicum mulæ pretium pretio carrucæ. *e* Magnus animus tantam pecuniæ vim in amicos pauperes potius erogasset, honestæ ipsorum necessitati succurrens; quam sumptuum ambitione parasset sibi muliebres has & pene puteres nugas.

## ¶ *In Cotilum.* LIV.

COtile, *a* bellus homo es: dicunt hoc, Cotile,
Audio: sed quid sit, dic mihi, bellus homo?
Bellus homo est, *b* flexos qui digerit ordine crines:
Balsama qui *c* semper, cinnama semper olet:
Cantica qui *d* Nili, qui *e* Gaditana susurrat:
Qui movet *f* in varios *f* brachia *g* volsa modos:
Inter fœmineas totâ qui luce cathedras
Desidet, atq; aliquâ semper in aure sonat:
Qui legit hinc illinc missas, scribitq; *h* tabellas:
*i* Pallida vicini qui refugit cubiti:
*k* Qui scit, quam quis amet, qui per convivia currit
*l* Hirpini veteres qui bene novit avos.
*m* Quid narras? hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus;
Res *n* prætricosa est, Cotile, bellus homo.

(multi.

*a* Ep. 10. l. 1. *b* Al. *fl ex.* *c* Ep. 10. l. 2. *d* Ægyptiorum, maxime Alexandrinorum summa mollities, petulantia, & procacitas in in factis dictisque, ut & cantricis, lascivis de Canopo, vide Juvenal. Sat. 1. v. 26. Sat. 6 85. *e* Vide ep 26. l. 1. & 62. K. lib. 1. & Juv. Sat. 11. v. 162. *f* Ad leges & modos Chironomiæ saltabant, ut hodie Hispani. Ovid. 1. Art. *si mollia brachia, salta.* *g* Ep. 25. l. 2. *b* Amatorias, ut ep. 41. l. 11. *i* Ne plicatum umbonem ceu ordinem conturbet. ep. 34. l. 2 f. *k* Curiosus Ardelio & πολυπράγμων, quales illa apud Juven. Sat. 6. v. 405. *l* Cui non in minimis curis est Circus, equi victores, eorumq; nobilitas, deducere itaq; studiose curat & recensere stemma & proavos equi Hirpini usque ab Aquilone avo. vide Lipſ. cent. unic. epiſt. 26. *m Dicaſtichon præcedens fuit e perſona Cotili. d ſtichon quod ſequitur eſt Poetæ, ut & primum.* *n* Nugis impedita, meræ garræ.

## ¶ *Ad Caſſianum.* LV.

*a* Quæ navigantes hilari ſopitos cantu demulcebant, trahebantque in perniciem, ſunt antitheſeis ceu ὀξυμωρίαι, in illis *hilari. p. æ-*

*a* SIrenas hilarem navigantium pœnam,
Blandaſq; mortes, gaudiumq; crudele,
Quas nemo quondam deſerebat auditas,
*b* Fallax Ulyſſes dicitur reliquiſſe.
Non miror: illud, Caſſiane, mirarer,
*c* Si fabulantem Canium reliquiſſet.

*ra, blandas mortes, gaudium crudele.* *b* Obturatis ſociorum auribus, ſe adligato navis malo. Hom. Odyſſ. μ. *c* In tantum lepore & laſciva nequitia ſuperat Sirenum cantus & illecebras Canius. de quo ep. 54. & 62. l. x. & ep. 19. ſupra.

## ¶ *Ad Diadumenum.* LVI.

*a* Qualiter fragrantem ſpirat odorem pomum, &c. ſic ep. 8. l. 11. c. *b* Corycus mons Ciliciæ croco nobilis. 3. ep. lib. ſpectac. K. in aſperſionibus theatralibus. ep. 30. l. 9. c. *c* Felicis Arabiæ incolæ, qui merit heroas & fructus odoros. in pallidum verit. parce, ſed plenis labris & facile? Ex Weſt. habet, Hoc deprompta tuis loculis munuſcula fragrant.

*a* QUod ſpirat tenerâ malum mordente puellâ?
Quod de *b* Corycio quæ venit aura croco:
Vinea quod primis floret cùm cana racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo carpſit ovis:
Quod myrtus, quod *c* meſſor Arabs, quod *d* ſuccina
*e* Pallidus *f* Eoo thure quod ignis olet: (trita
Gleba quod æſtivo leviter cum ſpargitur imbre:
Quod madidis nardo ſparſa corona comis:
* Hoc tua, ſæve puer Diadumene, baſia fragrant.
Quid, ſi *g* tota dares illa ſine invidiâ?

*d* Ep. 38. l. 5. n. *e* Colorem ignis. n. rutilum in miſſum thus *f* Ex Arabia & Orientalibus partibus. *g* Non maligne aut parce, ſed plenis labris & facile? Ex Weſt. habet, Hoc deprompta tuis loculis munuſcula fragrant. Quid ſi dona dares magna, ſine invidia?

## ¶ *In M. Antonium.* LVII.

*a* Ægyptiæ ficæ .i. Pompeio magno occidi juſſo a Pothino qui hoc regi Ptolomæo ſuaſit in gratiam Cæſaris. vide 66. ep. l. 5.

PAr ſcelus admiſit *a* Phariis Antonius armis?
*b* Abſcîdit *c* vultus enſis *d* uterq; *e* facios,
*f* Illud, laurigeros ageres cùm læta triumphos:
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.
Antonî tamen eſt pejor, quàm cauſſa Pothini:
Hic facinus domino præſtitit; ille *g* ſibi.

*b* Al. *Abſciditbeu*, ut verſu ſuccurratur. *c* Capita. *d* Pothini & Antonii. *e* Propter Magiſtratus quos geſſerant ſacros, gloriam, bene merita, res geſtas, &c. *f* Pompeii caput triumphales victricis Romæ lautos geſſit, Ciceronis caput loquentis Romæ. ille, caput; hic, lingua urbis. *g* In ſuam ſolius vindictam, in nullius gratiam.

¶ *De*

## ¶ *De pigris Nautis.* LVIII.

CEſſatis pueri, *a* nihilq; nôſtis,
*b* Vatreno, Eridanoq; pigriores:
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos tingitis ad *c* celeuſma remos.
Jam *d* prono Phaëthonte ſudat *e* Æthon,
Exarſitq; dies, & hora laſſos
*f* Interjungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per undas
*g* Tutæ luditis otium carinæ.
Non nautas puto vos, ſed *h* Argonautas.

*a* Pronunciet eos, ſi quis volet, dam̃atque ſciolos, vel ad Phrygii tonſoris [illegible] aures eorum qui inuſitatas haſce ſyncopationes non ferunt: ego certe profiteor me inter illos ſedere qui reclamant, horreantque illa monſtra *moſtis*, *poſtis*, præ quibus, ſi conjecturis auſiſq; in dubia variaque lectione ſit locus, adoptarem, *Ceſſatis pueri, & nihilmoveſtis*, vel quid ejuſmodi. *b* Locus dubiæ plane ſanitatis, ne dicam deploratæ, cui reſtituendæ poſt Criticos omnes majorum minorumq; gentium Machaonas, manum admovit, utinam Pæoniam, Cl. Ph. Cluverius in opere elaboratiſſimo laudatiſſimeq; Italia antiqua, Is infra Imolam (forum Cornelii, quo jam ſeceſſerat Poëta, ut ipſe teſtatur ep. 1. & 3. ſupra) Vatrenum lentiſſime fluere aſſerit. ut & Padi alveum, quem Vatrenus auget, proprie vocatum Eridanum, in ſtagna ſe diffundere. Vide ſis ipſum l. 1. c. 35. *c* Clamorem & hortationem nauticam, qua ſe invicem nautæ, vel illos celeuſtæ hortantur, ut noſtris, *Via, via,* **cheerly Mates.** *d* A meridie ſole inclinante. *e* Unus e Solis equis. *f* Vide 5. ep. l. 2. 1. *g* Ita P. Scr. ut pigri nautæ vocentur *otium carinæ*. Sed pro *tutæ* deſideratur epitheton appoſitius *tardæ* aut ſi quid ſimile. *h* Ludit in voce *Argonautæ*. q. d. eſtis pigri, inertes (quod ἀργοὶ ſonat) nautæ, non heroes illi Argo vecti ad aureum vellus petendum.

## *In Gargilianum.* LIX.

*a* PSilothro faciem *b* levas, & *a* dropace calvam.
*c* Numquid tonſorem Gargiliane times?
*d* Quid facient ungues? nam certè non potes illos
*e* Reſinâ, *f* Veneto nec reſecare luto.
Deſine, ſi pudor eſt, miſeram *g* traducere calvam,
Hoc fieri *h* * cunno, Gargiliane, ſoler.

*a* Ep. 25. l. 2. *g*. *b* Levigas. *c* Scoptice. An tu forte tonſorem metuis quod fecit Dionyſius tyrannus? referente Cicerone 2. Offic. & Tuſc. quæſt. 5. *d* Ex veterum more præbendi ungues tonſori reſecandos. *e* Dropace vel Pſilothro ad depilandum ex reſina. *f* Quod aceto miſtum adhibebatur ad pſilothrum. *g* Reddere infamem & malo *rumori* obnoxiam. vide ep. 4. lib ſpectac. 2. *h* Cujus vicem & caput tui Φονικιζόντος ſupplere hinc ſuſpicio eſt. * Ex Weſt. h. porco.

## *In Bæticum.* LX.

NEc mullus, nec te delectat, Bætice, turdus
Nec lepus eſt unquam, nec tibi gratus aper?

Nec te liba juvant, nec *a* ſectæ quadra placentæ;
*b* Nec Libye mittit, *c* nec tibi Phaſis aves.
Capparin, & putri cepas *d* alece natantes,
Et pulpam *e* dubio de petaſone voras.
Teq; juvant *f* gerres & pelle *g* melandrya canâ
*h* Reſinata bibis vina, Falerna fugis.
Neſcio quod ſtomachi *i* vitium ſecretius eſſe
Suſpicor, ut quid enim Bætice *k* ſaprofagis?

*a* In quadrata fruſta ſecabantur placentæ, ep. 57. lib. 6. a. *b* Nec tibi ſapit avis Numidica-- *c* --- Nec Phaſiana, ſupra ep. 48. q. *d* Liquamine ſalſo ex alece. *e* Semiputrido. *f* Minuta ſalſamenta e locuſtarum genere. Plin. cap. ult. 32. lib. *g* Pars thynni viliſſima. Plin. 9. l. c. 15. ſed Athenæo ſalſamenta ex thynnis maximis. 3. l. 33. c. *h* Corrupta & olentia picem vaſis. *i* Lingendi ſc. vel fell. --- *k* σαπροφαγεῖς putrida edis.

## *Ad Paullinum.* LXI.

Minxiſti currente ſemel, Paulline, carinâ.
Meire vis iterum? jam Palinurus eris.

Per jocum ominatur futurum ut, qui prius lapſus fuerit, ſubmergatur ſi iterum minxerit. atq; ex Paullino fiat Palinurus alter, qui Æneæ navis gubernator, notus ex 5. Æneid. Virg. ludit. a. in nomine quod deducit ex πάλιν rurſum & ὀρεῖν meiere.

## *In Zoilum.* LXII.

Convivа quiſquis Zoili poteſt eſſe,
*a* Summœnianas cœnet inter uxores,
Curtâque Ledæ *b* ſobrius bibat teſtâ.
*c* Hoc eſſe levius, puriuſq; contendo.
Jacet occupato *d* galbanatus in lecto;
*e* Cubitis trudit hinc, & indè convivas,
Effultus oſtro, ſericiſq; pulvinis.
Stat *f* exoletus, *g* ſuggeritq; ructanti
Pinnas *h* rubentes, *i* cuſpideſq; lentiſci;
Et æſtuanti tenue ventilat frigus
Fugatq; muſcas myrteâ puer virgâ.
At ipſe retro flexus ad *k* pedum turbam
Inter catellas anſerum *l* exta lambentes
Partitur apri *m* glandulas *n* palæſtritis.

*a* Proſtibula, meretrices, ep. 30. l. 1. c. *b* Quod majoris eſt turpitudinis quam ſi ebrius faceret. *c* Cœnare apud ſummœnianas lupas. *d* Ep. 6. l. 1. i. *e* In medio lecti loco poſitus, ut laxus recumberet, & ne veſtes diſturbaretur. *f* Miniſter, puer path. Ex Weſt. prope fiat miniſter. *g* Pinnis ori inditis ſtomachum repletum provocare ad vomitum ſolebant hi gulones. Sueton. Claud. c. 33. *h* Phœnicopteri pennas in hoc negotium adhibuiſſe viderur. *i* Dentiſcalpia. 22. ep. 14. ſ. *k* Puerorum qui ad pedes ſtant. ep. 22. ſupra. *l* Quæ pinguibus farta ficis erant Romanis in deliciis, ſed hæc ille catulis, velut in contemptum convivarum. *m* Quæ juxta cervicem apri caſſoſæ materiæ. **bzawny kernels.** *n* Lipſius legit *Palæſtrita*, vel etiam *Palæſtritis* genetiv. ut *Orcitæ* & *Orcitis*, & refert ad *apri* ex Varronis lib. 3. c. 13. ubi *palæſtra* oſtenditur eſſe ſeptum in villa ubi apri erant incluſi, alii intelligunt ſervos palæſtritas, ut ſupra ep. 48. Cum vero molles hic enumeret Zoili miniſtros, pueros exoletos, concubinas, morriones, &c. quid ſi intelligamus *depilatores*? ſic enim eos Perſius appellat Sat. 4. v. 39. *Quinq; Paleſtritæ licet hæc plantaria vellant.*

*o* Ligurumq;

*o* Ligurumq; nobis ſaxa cùm miniſtrentur
Vel *p* cocta fumis muſta Maſſilitanis :
*q* Opimianum morionibus nectar
*r* Cryſtalliniſq; *r* myrrhiniſq; propinat.
Et *s* Coſmianis ipſe *t* fuſus *t* ampullis,
Non erubeſcit *u* murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis *x* capillare.
*y* Septunce multo deinde perditus ſtertit :
Nos accubamus,&,ſilentium ronchis
Præſtare juſſi, *z* nutibus propinamus.
Hos * Malchionis patimur improbi faſtus.

*o* Vina tenuia & vilia in ſterili & ſaxoſo Liguriæ ſolo nata. *p* Auſtera vina e Maſſilia fumo maturata. vide ep. 35. l. 10. C. *q* 25. ep. 1. l. e. *r* Poculis. l. 13. ep. 106. & 108. *s* Unguento a Coſmo myropola confecto plenis. *t* Largam innuit copiam cui verſus ſeq. ἀντίθετος. *u* Concha muricis, aurei coloris, vel inaurata, parcâ ſatis, *non fundit copacibus Unguenta de corabis*, ut ait Horat. Ode 7. l. 2. *x* Unguentum ad capillos ungendos, quali utebantur vel pauperrimæ mœchæ. *y* Multis cyathis ſeptem ſextarii partes capientibus. *z* Non prohato ejus nomine cui propinamus ; ſed nutibus invicem. * Mollis Zoili a μαλακὸς.

## *Ad Phœbum.* LXIII.

UTere lactucis,& *a* mollibus utere malvis :
*b* Nam faciem,dutùm, Phœbe,cacantis habes.

*a* Quæ ventrem ſolvant, unde & nomen a μαλάσσω, niſi forte a מלוח herba ſylveſtri, vide ep. 46. l. 10. *b* Detortum forte hoc in Veſpaſianum qui erat vultu velut nitentis Sueton. 8. l. 20. C.

## *In Vetuſtillam.* LXIV.

*a* CUm tibi trecenti conſules, Vetuſtilla,
*b* Et tres capilli,quatuorque ſint dentes,
Pectus cicadæ, eruſculumque formicæ :
Rugoſiorum cum geras c ſtolâ frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas :
Cum comparata riſtibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus anguſta,
Meliuſque ranæ garriant *d* ravennates ;
Et *e* Adrianus dulciùs culex canter,
Videaſque quantum noctuæ vident mâne,
Et illud oleas,quod *f* viri capellarum,
*g* Cùm bruma menſem ſit tibi per Auguſtum,
*h* Regelare nec te peſtilentia poſſit.

*a* Cum numeres 300. vel 150. annos ætatis, nempe Romanis annorum ratio a primo Conſ. ſingulis annis creato. eſt. a. hyperbole ut hic pleraque. *b* Sic ep. 20. l. 1. & 2. l. ep. 34. & l. 12. ep. 7. *c* Matronarum veſte exteriori in multas plicas rogata. *d* Rancum coaxantes in paludibus Ravennæ. Supra ep. 46. *e* In Adria, quæ Romanorum colonia in Piceno. Plin. 3. c. 13. c. *f* Hirci. *g* Cum conſq; tibi excinctus ſit naturalis calor ut vel arcti parte caliditſima frigeas. *h* Nec frigiditatem tuam graſſans peſtilenti morbo menſis poſſit regelare. Sic Seneca 68. epiſt. *Jam ætas mea contenta eſt ſue frigore, vix media regelatur æſtate.* & Juven. 10. Sat. 218. v. *Febre calet ſola.*

*i* Maritorum ſc. hyperbolice.
*k* Qui libidine prurijat in te quæ jam nihil aliud es quam cadaver. *Ut ebrogne.*
*l* Te ſaxeam exercere. ep. 32. ſupra.

*i* Audes ducentas nuptum ire poſt mortes,
Virumq; demens *k* cineribus tuis quæris
Prurire, quid *l* farrire ſi velit ſaxum ?
Quis conjugem, quis te vocabit uxorem,
*m* Philomelus aviam quam vocaverat nuper ?
*n* Thalaſſionem qui tuum decet ſolus,
*o* Uſtorq; tedas præferat novæ nuptæ.

*m* Et ipſe ſenex, quem maritorum ſupremum extuliſti. *n* Ep. 36. l. 1. d. *o* Magis convenit huic ætati tuæ fax uſtoris qui pyram ſtruat & accendat ; quam teda nuptialis ab Hymenæo vel pueris prælata in nuptiis.

## *In Rufum.* LXV.

Vide ep. 12. & 22. ſupra.

Eſſe negas coctum leporem, poſciſq; flagella.
Mavis Rufe coquum ſcindere, quàm leporem.

## *In Nævolum.* LXVI.

*a* Qui prior ſalutabat, videbatur ſe inferiorem fateri ſalutato.
*b* Humanas imitari voces doctus ſalutator.
*c* Ep. 66. & 67. l. 2.
*d* Titus & Domitianus.
*e* Mihi vivo.
*f* Honorarium nempe, ut & equitem ex munere Cæſ. non cenſu. *g* Et intra 14. gradus ſedeo ſpectator, unde te non equeſtrem excitant Oceanus & Lectius deſignatores qui diſponendis ordinibus in theatro præerant, ep. 36. l. 5. & 8. ep. 6. l. *h* Pluribus impetravi a Cæſ. jus civitatis, quam tu habes famulos.

NUnquã *a* dicis ave, ſed *a* reddis, Nævole, ſem-
Quod prior & *b* corvus dicere ſæpe ſolet. (per,
Cur hoc expectas à me rogo, Nævole, dicas :
Nam puto nec melior, Nævole, nec prior es.
*c* Præmia laudato tribuit mihi Cæſar *d* uterque,
*c* Natorumq; dedit jura paterna trium.
Ore legor multo, notumq; per oppida nomen
*e* Non expectato dat mihi fama rogo.
Eſt & in hoc aliquid : vidit me Roma *f* tribunum,
*g* Et ſedeo qua te ſuſcitat Oceanus.
*h* Quot mihi Cæſareo facti ſunt munere cives,
Nec famulos totidem ſuſpicor eſſe tibi.

## *Ad cerdonem.* LXVII.

*a* Supra ep. 15. & 49.
*b* Munera edere, & verſo pollice vulgi quemlibet occidere familiariter.

Iraſci noſtro non debes cerdo libello.
*a* Ars tua, non vita eſt *a* carmine læſa meo.
Innocuos permitte ſales, cur ludere nobis
Non liceat, licuit ſi *b* jugulare tibi ?

## *Ad Rufum.* LXVIII.

*a* Supra ep. 41. 0.
*b* Extenuat carmina ſua, quaſi digna ſint litura. ſic ep. 47. l. 9. & ep. 8. l. 4. & forte 5. ep. 1. l.

*a* CUrſorem ſexta tibi, Rufe, remiſimus horâ,
Carmina quem madidum noſtra tuliſſe reor.
Imbribus immodicis cœlum nam fortè ruebat.
*b* Non aliter mitti debuit iſte liber.

M. VAL.

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

## LIBER IV.

### ¶ *De natali Domitiani.* I.

CÆſaris *a* alma dies, & *b* luce ſacratior illa,
Conſcia *c* Dictæum qua tulit Ida Jovem,
Longa precor, *d* Pylioq; veni numeroſior ævo,
Semper & *e* hoc vultu, vel meliore nite.
*f* Hic colat Albano Tritonida *g* cultus in *h* auro,
Perque * manus tantas plurima *i* quercus eat.
*k* Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro,
Et *l* quæ Romuleus ſacra Terentus habet.
Magna quidem ſuperi petimus, *m* ſed debita terris.
*n* Pro tanto quæ ſunt improba vota deo?

*a* Natalis Domitiani, qui 9. Kal. Novemb. Sueton. 1. c. Dom. *b* Jovis natali ſacratior. *Adulatorie.* *c* In idam Cretæ montem vel ipſa Rhea ſeceſſiſſe, vel filium Jovem clam alendum Curetibus & nymphis tradiſſe fingitur, ne a patre Saturno κατὰ στρόφιγγα voraretur, eſt & Dicte mons Cretæ. *d* Numeroſior quam Nestori ſuus natalis. *e* Feliciter ut nunc, vel etiam felicius. *f* Domitianus diu celebret annua Minervæ (quam ſuperſtitioſe colui) quinquatria, quæ ipſe inſtituit in arvo Albano. vide Sueton. Domit. 4. c. *g* Redimitus auro, vel & ipſe Deus ac Dominus, ſic n. ſeculi voluit. alii leg. *multus*. i. frequens, totus. *h* Sunt qui *arvo* malint, ego retinuerim *auro* retulerim q; ad auream coronam qua redimitus Dom. certaminibus Poetarum & Oratorum, ſcenicisque ludis præſidebat atque — *i* — Victores ornavit coronis quernis ep. 43. infra & ep. 78. l. 8. & Juven. 6. ſat. v. 386. * Cæſ. Domitiani, cujus manum ep. 7. infra vocat *Ingentem*. *k* Dom. celebret ludos ſeculares. (vide Sueton. 4. c. Domitian. & Cenſorinum de die natali) qui centeſimo quoque anno celebrantur, quod longum appellat luſtrum. quod proprium eſt quinquennalium, reſpicit item cenſuram quam aſſumpſit ſibi Domitianus. Suet. 8. c. cenſoris autem erat condere luſtrum. *l* Sacra quæ fiebant ad aram Ditis in Campo Martio, ludis ipſis ſeculatibus. Val. Max. l. 2. c. 4. vide Ang. Politiani Miſcellan. 58. c. vide ep. 59. l. 10. d. *m* Sub hujus imperio, qui non pauca ſtruxit templa, multa refecit. *n* Nullæ preces iniquæ, nullæ non probandæ quæ pro Deo & Domino noſtro Domitiano ſuſcipiuntur.

De

## *De Horatio.* II.

SPectabat modò ſolus inter omnes
Nigris *a* munus Horatius lacernis,
Cùm plebs, & *b* minor ordo, *c* maximuſq;
*d* Sancto cum duce *e* candidus ſederet.
Toto nix cecidit repentè cœlo:
*f* Albis ſpectat Horatius lacernis.

*a* Forte naumachias, quas inter maximos imbres exhibuit Domit. 4. c. Sueton.
*b* Equeſtris.
*c* Senatorius.
*d* Quia ſummo magiſtratu; quia pro Deo ſe haberi voluit: quia æquus (ut Poetæ placet) princeps. *e* Albati ſedebant omnes in ludis, ep. 132. l. 14. *f* Dubio procul inique tulerunt Dii pulla aſſediſſe ludis a Dom. editis Horatium, atque adeo ſubita nive perpluiſſe hominem ut albatus cæteris aſſimilaretur.

## ¶ *De Nivibus.* III.

ADſpice quàm denſum *a* tacitarum *b* vellus a-
Defluat in vultus Cæſaris, inque ſinus, (quam
*c* Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto
*d* Concretas pigro frigore *e* ridet *d* aquas,
*f* Sidus Hyperborei ſolitus laſſare *g* Booræ,
Et madidis *h* Helicen *i* diſſimulare comis.
*k* Qui *l* ſiccis laſcivit *l* aquis, & ab æthere ludit;
*m* Suſpicor has pueri Cæſaris eſſe nives.

*a* Quæ nullo ſtrepitu ingruunt, ut grando & imber.
*b* Nivem Græci vocant ἔριον ὕδατος. Arnob. 2. 11. *plumeas cruſtulas & nives pluma-cas.* Q. *dat nivem ſicut lanam.* Plaites. *c* Dom. tamen ut plene operaretur nec ludos hoſce in Jovis forte honorem inſtitutos impediret, ſuſtinuit ſub ningente Jove, i. aere permanere. Sic Sueton. Dom. c. 4. *d* Nives. Periphraſis Philoſophica. *e* Heraldus hunc locum ſuſpicatur, & legit vel *Reicit* pro *reiicit*, vel *ne vivi, mo Conc. pi. fr. ſardet aqua*, retineo tamen *Ridet* & expono *non curat* ut infra ep. 14. n. *f* Qui vela puero (nam q; pene puer contra Cattos, & poſtea Sarmatas ac Dacos depugnaverat. Sueton. 2. c. Dom.) didicerat tolerare immo patientia fatigare frigus ſub gelido Septentrione. *g* Sideris quod Urſam majorem inſequi videtur, qui & Arctophylax, e 20. ſtellis. *h* Frigus, imbres, nives Boreales, qua ſita eſt Helice urſa major, e 27. ſtellis. *i* Præ ſe ferre non commoveri. *k* Heraldus legit *Quis*, &c ? interrogative. *l* Nive, ex aquis conereta. *m* Adulatorie innuit nives has immiſſas a puero Domitiani, quem tulerat ex Domitia Auguſta, nuper extincto & in Deorum album relato.

## ¶ *In Baſſam.* IV.

*a* QUod ſiccæ redolet palus lacunæ,
*b* Crudarum nebulæ quod Albularum,
* Piſcinæ vetus aura quod marinæ,
*c* Laſſi *d* bardiacios quod *e* evocati,

*a* Vide hujuſmodi hyperbolicas collationes, ep. 72. l. 6. Anthol. l. 2. c. 14.
*b* Terrum vaporem & mephitim ex ſulphureis ſquis exhalantium: quaſi non bene a ſolis radiis concoctarum. ep. 13. l. 1. c. * Balnea piſcina quæ ; quæ fœtentis eſt, & quaſi marinæ. Auguſtin. princip. Dialect. c. 6. *c* Longa militia & provecta ætate. Junius legit *Lagi* qui Scythiæ pop. *d* Militis barbari, cui gravis animæ odor. Bardiæi autem Illyrici populi, quorum opera ad crudelia ſua miniſteria uſus eſt Marius. Plut. Mar. gravis autem illi odor ab excubiis caſtrenſibus. *e* Veterani & emeriti militis, qui expletis ſtipendiis, gratia tamen vel mercede evocabatur ad militiam.

Quod

Quod *f* bis murice vellus inquinatum,
Quod *g* jejunia ſabbatariorum,
*h* Mœſtorum quod anhelitus reorum,
Quod ſpurcæ *i* moriens lucerna *k* Ledæ,
Quod *l* ceromata fæce de Sabina,
Quod vulpis *m* fuga, viperæ *n* cubile,
*o* Mallem, *p* quàm quod oles, olere Baſſa.

*f Veſtes murice tinctas.* dixerat ep. 43. l. 1. a lotio tortaſſe quo temperabatur purpura, quod innuere videtur. Plin. 9. l. 39. c. & hoc nomine Pœnæ nimium purpureis delectatam veſtibus, arguit 9. l. 51. ep. vitii non abſimilis illius quod Bœtico objicit. *g* Judæi ſabbata religioſiſſime colebant & dies ſeptimanæ a ſabbato numerabant, quos tentes eos appellat Am. Marcellinus 2. l. jejunia quidem religioſius obſervabant, jejunis autem non raro fœret anima, ut &c. — *h* — Quibus cura & ſolicitudine avocatur ſtomachi calor, quo minus coquatur cibus. *i* Dum extinguitur aut moritur. **the ſnuff.** *k* Al. *tedæ* quod non probo, retineo *l d*e. i. meretricis, proſtabant 2. meretrices ad lucernas. Hor. 7. ſat. 2. l. Juven. 6. ſat. v. 132. *l* Unguenta ex luto & oleo ep. 48. l. 3. n. 4. ceu amurca olei Sabini, quæ male olebant. *m* Lotium a Vulpe fugiente in canes urgentes fuſum. *n* Quod & male olet. *o* Ego legerim, *Mallem, quam* &c. *p* Illa omnia a corruptione, tu ab interno, *i.* ec nominando vitio gravcolentiam hanc contraxiſti.

## *Ad Fabianum.* V.

*a* VIr bonus & pauper, linguaq; & pectore verus,
Quid tibi vis, urbem qui, Fabiane petis?
Qui nec leno potes, nec *b* commeſſator haberi,
*c* Nec pavidos triſti voce citare reos:
*d* Vendere nec vanos cirea Pallatia fumos:
Plaudere nec *e* Cano, plaudere nec *f* Glaphyro.
Unde miſer vives, *g* homo fidus, certus amicus?
*h* Hoc nihil eſt, *i* nunquam ſic Philomelus eris.

*a* Vide ep. 33. l. 3.
*b* Gulo immodicus & popino.
*c* Nec fungi officio præconis.
*d* Principis benevolentiæ ſpem pretio vendere, quod faciunt aulici commendationis officia mentiti. vide Lamprid. in vita Heliogabali de Zotico & in vita Alex. Severi de Thurini Voconii ſuppliio. *e* Choraulæ, nec — *f* — Citharœdo, quantum in pretio, ep. 3. 3. l. *g* *Ex perſona Fabiani.* *h* *Vocata veſ.* *i* Ex honeſtis artibus nunquam attinges centies Glaph. citharœdi, ep 3. l. 3.

## *In Maliſianum.* VI.

CRedi virgine caſtior pudica,
Et frontis *a* teneræ cupis videri,
Cùm ſis improbior, Maſiliane,
*b* Quàm qui compoſitos *c* metro Tibulli,
*d* In Stellæ recitat domo libellos.

*a* Non perſtrictæ, ſed qualis teneræ eſt ætatis, integræ, caſtæ, pudicæ.
*b* Quam neſcio quis recitator elegiarum ſunt qui hic perſtringi putant Arginum Stellæ puerum, ſed non veriſimile. *c* Elegiaco, vel puer Iambico quo Tibullus Priapeia quædam ſcripſit. *d* Recitari in alienis ædibus conductis vel commodatis ſolitum eſt. *Maculent alienis commodatis ædibus.* Juven 7. Sat.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Euphemum.* VII.

*a* Prima quæ illucescentem excipit diem artificialem, & secunda.
*b* Clientes salutantes patronos. Juven. 1. sat. v. 127.
*b* Inæqualis, planetaria.
*c* Tertia aguntur causſæ.
*d* Suas quisque occupationes.
*e* Interjungunt qui lassi sunt sexta, opus resumpturi septimi finiendum. *f* Exercitationibus & balneis, quorum, æstate, octava; hyeme, nona erat hora. Plin. l. 1. c. *g* Lectos sternere, & toros compositos disturbare iis insidendo, i. cœnare, nona quidem, æstate: hyeme, decima. *h* Saturis & mero jam incalescentibus lectitare inter pocula usitatum, petit itaq; Poeta ab Euphemo mensæ Domitiani moderatore vel extructore, ut opportuno hoc tempore sua carmina Imperatori offerat. *i* Deum insinuat Domitianum, adulatorie, vinum illi & dapes Deorum attribuens. *k* Cæsarea, divina, & ἀντιφρασει παρα τὸ μικρὸν, i. modica, & Domitianum palpat, quasi parce biberet. *l* Hæc hora est & tempus legendi jocosorum carminum. ep. 19. l. 10. q. *m* Veretur jocosa mea florida & convivüs apta musa libere aggredi divinum Imperatorem rebus seriis & gravibus occupatum matutino tempore, & ante cœnam.

PRima *b* salutantes atq; altera continet *b* horas;
*c* Exercet raucos tertia causſidicos.
In quinctam *d* varios extendit Roma *d* labores.
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam *f* nitidis octava palæstris;
Imperat *g* exstructos frangere nona toros.
*h* Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum:
Temperat *i* ambrosias cùm tua cura dapes;
Et bonus æthereo laxatur *i* nectare Cæsar,
*k* Ingentique tenet pocula parca manu.
*l* Tunc admitte jocos: *m* gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Jovem.

## ¶ *Ad Faustinum.* VIII.

*(libellus)*

*a* Nondum pumice legatos.
*b* Carmina hæc mei, *modeste.*
*c* Al *Curre; sed instructum committetur pumice librum Spongia:* ut vel probatus pumice politur, vel damnatus spongia deleatur.
*d* Emendationi libri mei melius consules cuncta simul delendo, quam singula corrigendo, primas autem meditationes membranis codicillis ac pugillaribus veteres inscribebant, quas correctas in chartas transcribebant vel improbatas spongia delebant, unde jocose Augustus respondit tragœdiam suam Ajacem *spongiam inguvisse.* Sueton. c. 85. August. Σπόγγῳ, ἀκεσορίᾳ πλαζομένης γεκρίδος.

DUm novus est, *a* neq; adhuc rasa mihi fronte
Pagina dum tangi non bene ficta timet:
I puer, & caro profer leve munus amico,
Qui meruit *b* nugas primus habere meas.
*c* Curre, sed instructus; comitetur Pumica librum
Spongia: muneribus convenit illa meis.
Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
Emendare jocos: *d* una litura potest.

In

## *In Ant. Saturninum.* IX.

*a* DUm nimiũ vano tumefactus nomine gaudes,
Et *b* Saturninum te miser eſſe pudet:
Impia *c* Patrhaſia moviſti bella ſub urſa,
Qualia *d* qui *e* Phariæ conjugis arma tulit.
*f* Exciderat ne adeo fatum tibi nominis hujus,
Obtuit Actiaci quod gravis ira freti?
*g* An tibi promiſit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus, & *h* Arctois plus licuiſſet *h* aquis?
*i* Ille etiam noſtris Antonius occidit armis;
Qui tibi collatus, perfide, Cæſar erat.

*a* L. Antonius Saturninus Domitiani ſævitia & verborum injuriis (ut ſcribit Aurelius Victor) accenſus, bellum civile in Germania ſuperiori cui præſidebat movit, captus poſtea fuit & interfectus, arguit ipſum Poeta ab utriuſque nominis omine id molitum fuiſſe; utrumque vero malo ominis & lethale extitiſſe. *b* Antonius eſſe vis, non Saturninus, orbis totius Imperium affectas pudet eſſe præſidem tantum Germaniæ. *c* In Germania quæ Septentrionem ſpectat, ubi Callisto Lycaonis filia a Patrhaſia urbe Arcadiæ in urſæ majoris ſidus verſa fulget. *d* Antonius triumvir. *e* Cleopatræ reginæ Ægypti, cujus Pharos infula. *f* An non meminiſti quam malo omine tibi foret imitandus Antonius, qui ad Actium Epiri promontorium ab Auguſto navali prælio devictus cum Cleopatra fugit in Ægyptum, ubi ſe interfecit? *g* An tu germaniæ viribus fretus ſperaſti victoriam, quam ille non affecutus eſt Ægypti copiis nixus? *h* Fluminibus Germaniæ. *i* Emphatice, ille triumvir tibi præfidi collatus videri poſſet Imperator, victus tamen, de Greſſio moliente quiddam altius quam ipſum decuit, idque ἀλόγοις ἀξιολόγοις freto, vide ep. Pallada Anthолog. l. 2. c. 48.

## ¶ *Ad Rufum, de nuptiis Pudentis & Claudiæ peregrinæ.* X.

Scribend. *Peregrina*, eſt an proprium iſtius mulieris nomen. Rutgerſ.

CLaudia, Ruſe, *a* meo nubit Peregrina Pudenti:
*b* Macte eſto tedis ô *c* Hymenæe tuis.
*d* Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo,
*e* Maſſica Theſeis tam bene vina favis.
*f* Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi,
Nec plus *g* floros aquas, *h* litora myrtus amat.
Cind da perpetuo telidet, Concordia, lecto,
*i* Tamque pari ſemper ſit Venus æqua jugo.
*k* Diligat illa ſenem quondam: ſed & ipſa marito,
Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

*a* Amico, infra ep. 23. & 71. 79. ep. 45. & 61. 58. &c.
*b* Auctus eſto, novorum honorum nuptialium cumulo.
*c* Nuptiarum præſes, vide quæ ego ad Senecæ Thebaid. v. 262.
*d* Quam ſuaviter mixt. cinnamo nardo, &c. tam feliciter jungitur Claudia Pudenti. *e* Quam dulciter in maſſo conficiendo miſcetur Maſſicum ceu Falernum melle Attico. Theſeus autem Athenienſium rex. *f* De olmi & vitis amicitia, præter Poetas qui paſſim vites ulmis miſcent, Plin. 16. l. 18. c. *g* Arbor. de qua Hom. Odyſſ. 9. & ibidem Euſtath. ex Herodoto. *h* Litora myrtetis gratiſſima. *i* Sequa Voto apte nubere, nube pari. *k* Vide Antonii epig. 18.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Silium.* XI.

*a* Poeta de quo vide Plin. Jun. epist. 7. l. 3. & noſtram ep. 51. l. 6. & ep. 5. l. 7.

*b* Muſarum neq; tantarum fontem in radicibus Parnaſſi in quem Caſtalia virgo Apollinem fugiens verſa eſt.

*c* Qui ſorti & ſonoro epico carmine ſcribis bellum Punicum ſecundum, quod opus extat. Pœni autem ſemper fœdifragi, crudelis Hannibal.

*a* Silli *b* Caſtalidum decus ſororum,
*c* Qui perjuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidoſque
*d* Aſtus Hannibalis, *e* leveſque Pœnos
Magnis *f* cedere cogis *g* Africanis:
Paullum ſepoſita ſeveritate,
Dum blanda *h* vagus alea December
*i* Incertis ſonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit *k* Popa *l* nequiore talo,
Noſtris otia commoda Camœnis,
Nec torva lege fronte, ſed remiſſa
Laſcivis madido: *m* jocis libellos,
*n* Sic forſan tener auſus * eſt Catullus,
Magno mittere paſſerem Maroni.

*d* Al. *Paſtus*. *e* Incertæ fidei unde in proverbium abiit, *Punica fides*. *f* Graphice depingis eos coactos cedere. ſic Horat. l. 1. ſat. *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona*. *g* Scipioni utrique, quorum alteri debellatam, alteri deleta Carthagine, cognomen indirum Africani. *h* Propter licentiam ludorum, & libertatem in Saturnalibus. *i* Pyrgis ſeu turriculis ligneis corneiſve intus gradatim aſperis e quibus excutiebant aleas ne fraus fieret fortunæ aleas componendo, **by cogging the dice,** ideo additum epitheton *Incertis*, epig. 16. l. 14. *k* Ita ſcribendum e codd. reſtituit, cui velificatur MS. Bodleianus, *pompa* a librario perperam ſcripto pro *Popa*, cum vulgo habeatur *popa*, aleatorum, credo, circumſtantium corona. *l* Mera manu jacto, abſque fritillo, vel *nequiore* quod talis uſum eſt pro fœminis, vide Junii animadverſ. 2. l. 4. c. vel quia calorum ratio ad libidinis pruriginem aliquid facit, ut docet idem Junius 4. lib. Animadverſ. 13. c. *m* Meis carminibus jocoſis. *n* Virgilio non potuit, quem multo ætate præceſſerat, verum hoc fingit Martialis tum ut ſe Catullo, tum ut Virgilio Silium conferret, qui Maronem diligenter imitatus eſt, & natalem ejus aramque religioſiſſime coluit. ep. 32. l. 11. Plin. 3. l. 7. epiſt. lege itaque * *auſus & Catullus*, hac mente: Sic forte etiam Catullus, ſi vixiſſet coævus Virgilio, ut tibi ego, auſus fuiſſet mittere ſuos hendecaſyllab. &c.

## *Ad Cæcilianum.* XII.

* Al. *Luce*.

*a* Negavi me habere non quod non habeam, ſed ne tibi creditos perderem, quod ſi tu vel tam ſtupidus fueris vel eſſe te ſimulaveris ut hoc non ſentias: ego tamen non ita ſtultus qui tibi credam vaſa 5000. H. S. pendentia, cui negavi 1000. H. S.

Mille tibi nummos heſterna * nocte roganti,
In ſex aut ſeptem, Cæciliane, dies,
*a* Non habeo, dixi: ſed tu cauſſatus amici
Adventum, lancem paucaque vaſa rogas.
Stultus es? an ſtultum me credis amice? negavi
Mille tibi nummos: millia quinque dabo?

¶ *De*

## ¶ *De puero ſtillicidio jugulato.* XIII.

QUà vicina *a* pluit *b* Vipſanis *a* porta *b* colũnis,
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis,
In jugulum pueri, qui roſcida * templa ſubibat,
Decidit hiberno *c* prægravis unda gelu:
*d* Cumq; peregiſſet miſeri crudelia fata,
*e* Tabuit in calido vulnere *f* mucro tener.
Quid non ſæva ſibi voluit fortuna licere?
Aut ubi mors non eſt *g* ſi jugulatis aquæ?

*a* Capena. ep. 41. l. 3. *a*.
*b* Ep. 91. l. 1. *b*. & 12. ep. 2. l. K.
* *Tecta* Al.
*c* Stirta. *Periphraſis.*
*d* Cumque occidiſſes puerum.
*e* Soluta eſt calore vulneris—
*f*—Stitia cujus acies non ſecus atque ferri puerum jugularat. *g* Si quæ natura molles ſunt aquæ etiam jugulent. Anthologiæ 1. l. c. εἰς δυσπειθίαν & 3. Antholog. Flacci de Thrace puero, epigr. habes huic geminum.

## *De endromide.* XIV.

*a* HAne tibi Sequãicæ pinguẽ textricis alumnã,
*b* Quæ Lacedæmoniũ barbara nomẽ habet;
Sordida ſed gelido non aſpernanda Decembri
Dona, *c* peregrinam mittimus *d* endromida.
*e* Seu lentum ceroma teris, *f* tepidumve i trigona,
Sive 2 harpaſta manu *g* pulverulenta *h* rapis:
*i* Plumea ſeu laxi *k* partiris pondera 3 follis:
Sive levem curſu vincere quæris *l* Atham.

*a* Veſtem hanc craſſam, hirſutam & villoſam texturam a fœmina Sequanica, *Burgundica.*
*b* A Græcis nomen ejus fluxit una cum uſu, qui calefactis curſu, palæſtra, ſphæra erat ne refrigeſcerent; quamvis a Gallis (qui tum Romanis *barbari*) copioſe Romam mittantur hæ veſtes. *c* Gallicam, ut modo *b*. *d* Ex ἐν & δρόμος videtur deducta, ratione modo dicta in nota *b*. *e* Seu luctam & palæſtram exerceas, vide ep. 48. l. 3. nota 4. *f* Quod ludentes eo in calorem ſolvat, *vel* quod ipſa pila frequenti agitatione tepeſcat, caventibus qui ludebant ne manu excideret, ep. 68. l. 12. an forte quod hac ludebant in ſphæriſterio calido, ut vitrea illa in thermis? * Pilæ apud Græcos & Romanos quatuor genera. 1 *Trigonalis*, parva, quam tres luſores figura trigonem exprimente diſtincti ſibi invicem reddebant. 2 *Harpaſtum*, parva item pila e corio facta, quam ſolo repercuſſam, **at the rebound**, raptam revocabant, unde nomen ab ἁρπάζω. 3 *Follis*, magna pila, ex aluta confecta, ſi major, brachiis; ſi minor, pugnis impellebatur. 4 *Paganica*, qua in pagis ludebatur. ep. 26. l. 7. & ep. 44. l. 14. de pilarum luſu videndus Mercurialis in arte gymnaſtica & Faber l. 1. c. 6. Agoniſtic. *g* Dum ad terram decidit & ſaltu aſſurgit, modo 2. *h* Hoc ad nomen harpaſti, & legem luci, ut modo 2. *i* Levia, vento enim diſtendebatur foll 3. Paganica quidem pluma farciebatur, de folle non conſtat. *k* Avertis motum & curſus. *l* Puerum levem & curſu velocem. vide Plin. 7. l. 20. c. & Alex. Neap. 2. l. 21. c. nomen fictum a Poeta. Atta enim eſt qui terram leviter attingit. Feſtus.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:
Neve gravis ſubitâ te premat *m* Iris aquâ.
*n* Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres:
Non ſic in *o* Tyria *p* ſindone tutus eris.

*m* Pluvia, cujus Iris nuncia. *n* Ut ſupra ep. 2. c. *o* E Tyro, vel purpura Tyria tincta. ut ep. 16. l. 1. c. *p* Amictu ex ſubtiliſſimo linteo. סדין

## *De Cærelia & Gellia.* XV.

*a* Puella.

DIcit ſe vetulam cùm ſit Cærelia *a* puppa.
Puppam ſe dicit Gellia cùm ſit anus.
Ferre nec hanc poſſis, poſſis, Coline, nec illam,
*b* Altera ridicula eſt, *c* altera putidula.

*b* Gellia, quæ anicula cupiditatis vocem & geſtus effingit puellæ. *c* Cærelia quæ puella gravitatem affectans aniliem ſe ineptiâ exponit.

## ¶ *De Selio.* XVI.

*a* Dii vacuum, *Vel*, rem inanem.

NUllos eſſe deos, *a* inane cœlum
Affirmat Selius, *b* probatque; quod ſe
Factum, dum negat hoc, videt *c* beatum.

*b* Quod feliciter ſim αὐτοψὶ res credere videar, vide Senec. lib. *Quare bonis viris mala accidant*, &c. & Cic. 3. de Nat. Deor. de Harpalo, & Dionyſio. *c* Divitem.

## *Ad Thaliam de Brutiano.* XVII.

* O Thalia, ſuora ep. 7 m. *a* Deſiderat. *b* Callimachus nobilis Poeta Græcus etiam in Græcis primas tenuit Leuſtrico Brutiano nobili Romano, de quo Plin. Jun. l. 6. ep. 21.

DUm * tu lenta nimis, diuque *a* quæris,
Quis primus * tibi, quiſve ſit ſecundus;
Graium quiſve epigramma comparabit:
*b* Palmam Callimachus, Thalia, de ſe
Facundo dedit ipſe Brutiano.
*c* Qui ſi Cecropio ſatur lepore,
Romanæ ſale luſerit Minervæ:
Illi me facias, precor, ſecundum.

*c* Quod ſi Brut. ſe a Græcis ad Latina epigr. contulerit, facile primum eum agnoſcam inter Latinos, ſed ut illi ſecundus ſim, tu o Thalia mihi fave & adſpira.

## *Ad Fabianum.* XVIII.

*a* Amicas. *Vl.* λαβὼν δὲ τὰς ἑταιρίδας.

OMnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris *a* amicas
*b* Extulit; *c* uxori fiat amica meæ.

*b* Autorem fato defunctas, *vel* veneno extinctas, ut ſola frueretur amatoribus. *c* Ut & mea moriatur, ſuccidam volo ex hac arbore inquit Diogenes.

De

## *De litoribus Altini.* XIX.

Æmula Baianis *a* Altini litora villis,
*b* Et Phaëtontei conſcia ſylva * rogi;
*c* Quæq; Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupſit *d* ad Euganeos ſola puella lacus.
Et tu *e* Ledæo felix *f* Aquileia *g* Timavo,
Hîc ubi *h* ſeptenas *i* Cyllarus hauſit aquas.
*k* Vos eritis noſtræ portus, requieſque ſenectæ,
*l* Si juris fuerint otia noſtra ſui.

*a* Oppidi illius Venetiæ litus non cedens amœnitate Baiis. *b* Et lucus Pado vicinus, ubi in populos electra flentes, ob fratrem ab ira * fulmine combuſtum, fingunt Phaetontis ſorores. Plin. 3. l. c. 16. *c* Et nemora atque ſaltus (hoc enim innuit, citatis Dryade ſylvarum & Fauno agrorum præſidibus) in quibus Antenor Troja profugus fertur condidiſſe Patavium. Virg. Æneid 1. *d* Pulcherrima ceu unica nympha ad lacus Venetos ceu Tarviſanos qui 23. numerabantur. *e* Caſtor & Pollux Ledæ filii cum Argonautis Timavum præcervexere. Plin. 3. l. 18. c. *f* Urbs primaria Carnorum infra Forum Julii. Sed vide Cluverii Italiam. l. 1. c. 20. *g* Fonte uberrimo quem maris fontem appellant. *h* Quod ſeptem oſtiis influat Timavus in mare. Virg. novem. 1. Æn. *fontem ſuperare Timavi Unde per ora novem, &c.* *i* Equus Caſtoris. ep. 21. l. 8. *k* *Sit mea ſedes utinam ſenectæ, &c.* Horat. 6. ode 2. l. mortuus tamen eſt Mutilius in Hiſpania. *l* Si quando juris mei factus me in libertatem & quietem aſſeruero.

## *Ad Poſthumum.* XX.

Quòd te mane domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, Poſthume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis; vicenos ter, puto, nummos.
Ignoſces; togulam, Poſthume, pluris emo.

Quod tibi toto anno non præſitetim clientis togati ſalutantiſque officium, conſului magis togæ meæ, quam jactaram feci tuæ ſportulæ ratæ, namque aſſiduis officiis atriviſſimam togam, & acceperiſſem a te tantum 120. H. S. quo pretio non emitur toga. ep. 85. l. 9.

## ¶ *Ad Cæſ. Auguſt. Domitianum.* XXI.

Sæpe meos laudare ſoles, *a* Auguſte, libellos,
Invidus ecce negat: *b* non minus ergo ſoles.
Quid, quòd honorato *c* non ſolâ voce dediſti,
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros *d* corrodit lividus ungues.
*e* Da, Cæſar, tanto tu magis, ut doleat.

*a* Cæſar, Domit. *b* Al. *Num minus ergo ſoles?* *c* Sed & muneribus juris trium liberorum. ep. 66. & 67. l. 2. & dignitate Tribunitia & equeſtri, ep. 65. l. 3. f. *d* Invidia & animi anxietate. *e* Urbana & artificioſa maledicatio.

## *Ad Chloen.* XXII.

Donaſti tenero Chloê * Luperco
*a* Hiſpanas, Tyriaſque, coccinaſque,

*a* Lacernas e lana Bœtica, murice Tyrio & cocco tinctas

Et *b* lotam tepido togam Galeſo,
*c* Indos ſardonychas, Scythas ſmaragdos,
Et centum *d* dominos novæ monetæ,
Et quidquid petit uſque & uſque donas.
Væ *e* glabraria, væ tibi miſella:
*f* Nudam te ſtatuet tuus * Lupercus.

*b* Ep. 36. l. 2. b. *c* Indicos ſardon. & Scythicos ſmar. *d* Aureos nummos effigie domini Domitiani ſignatos. Al. *Numeros.*

*e* Quæ te deglabras, ſpolias & expilas. *f* Cave ne tuus hic amator Lupercus te rendat Lupercam .i. nudam *. erant autem Luperci ſacerdotes Romulo & Remo deſtinati, qui Februantes diſcurrebant nudi per urbem, obviarum fœminarum manus hœdinis pellibus verberantes. vide Juven. Sat. 2. v. 141. & quæ ibid. adnotarim.

## ¶ *Ad Pudentem.* XXIII.

"OBſtat, care Pudens, noſtris ſua turba libellis:
Lectoremq; frequens laſſat, & impler opus,
*b* Rara juvant: primis ſic major gratia pomis:
*c* Hibernæ pretium ſic meruêre roſæ.
*d* Sæpius in libro memoratur Perſius uno
Quàm levis in tota *e* Marſus Amazonide.
Tu quoque de noſtris releges quemcumq; libellis,
Eſſe puta ſolum: ſic tibi pluris erit.

" Libelli fortaſſe mei nimis multi nocent gratiæ ipſorum, lectori faſtidium parientes propter numerum. *b* Quæ rara, care. *c* L. 10. ep. 85. l. 6. ep 62.

" Gratior eſt parvus liber Satyrarum 6. Perſii, quam ingens volumen Marſi quo bellum Herculis ſcripſit contra Amazonas, quod Amazonida inſcripſit. *g* Credo ego alium hunc fuiſſe Marſum ab illo Epigrammatographo, cujus meminit epiſt. 2. & 7. l. 81. ep. & 8. l. 54. ep.

## *De piſcibus Baianis.* XXIV.

" Impius, ſacrilegus, nam q;— *b*— hic ſacri ſunt piſces, Domitiano Deo dedicati, quos neque piſcatori fas hamato ambire munere, neque cœco in jus vocare, ſed alibi item ſacri habebantur quidam piſces Oppian. & Ath. 7. l. Ælia. 12. l. Animal. c. 2. Var. de re Ruſt. *c* Domitianum. *d* Domitiani. *e* Simile refert Ælianus, l. 8. Animal. c. 4.

BAiano procul à lacu monemus
Piſcator fuge, ne " nocens recedas.
*b* Sacris piſcibus hæ natantur nudæ,
Qui norunt *c* Dominum, manumque lambunt
*d* Illam, qua nihil eſt in orbe majus.
Quid quod nomen habent? & *e* ad magiſtri
*f* Vocem quiſque ſui venit citatur.
*g* Hoc quondam Libys * impiu profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repentè cæcus
Captum non potuit videre piſcem:
Et nunc ſacrilegos peroſus hamos,
Baianos ſedet ad lacus *h* rogator.
At tu dum pores innocens recede
Jactis *i* ſimplicibus cibis in undas,
Et piſces venerare *k* dedicatos.

*f* Non habere meatus & fora mina auditus, audire tamen ſcribunt Ariſtot. 4. l. Anim. & Plin. l. 10. c. 70. *g* Aſer quiſpiam auſus hic piſcari, repente ex ſacrilego piſcatore factus eſt cœcus mendicus, miraculum hoc olet Poetam. * Al. *improbus.* *b* Πτωχὸς, mendicus. *i* Non hamatis, non medicatis. *k* Ut nota *b* ſupra.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Hippodamum.* XXV.

QUòd cupis in noſtris diciq; legique libellis,
Et non nullus honos creditur eſſe tibi ?
*a* Ne valeam, ſi non res eſt gratiſſima nobis,
Et volo te chartis inſeruiſſe meis.
Sed tu nomen habes *b* averſo fronte ſororum
Impoſitum, mater quod tibi dura dedit. (poſſit,
*c* Quod nec Melpomene, *d* quod nec Polyhymnia
*e* Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.
Ergo aliquod *f* gratũ Muſis tibi nomen *g* adopta.
Non ſemper bellè dicitur Hippodamus.

*a* Ep. 4. l. 2. 2.
*b* Quod averſantur Muſæ, neque facile in verſum admittant propter contumaces ejus ſyllabas.
*c* Elegiaco verſu dicere vix eſt, cui præeſt Melpomene —
*d* — Nec Lyrico, qui eſt Polyhymniæ — *e* — Nec Heroico vel Dithyrambico, quo pia Calliope Deorum & Heroum laudes canit. Muſam bertius contendit non tam propter ſyllabas contumaces, quam ſignificationem abhorrere nomen Damaſippi a mollioribus Muſis, quibus cum *Equorum domitore* nihil. *f* Matius & verſui aptius. *g* Aſſume pro tuo.

## ¶ *De ape electro inclusâ.* XXVI.

ET *a* latet, & lucet *b* Phaëtontide condita guttâ,
Ut videatur apis *c* nectare clauſa ſuo.
*d* Dignum tantorum pretium tulit illa laborum,
*e* Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.

*a* Incluſa eſt.
*b* Electro. ſupra 19. ep. h.
*c* Melle, cujus colorem refert flavum electrum.
*d* Ob ſtrenuos in mellificiis labores merita eſt nobile hoc ſepulchrum.
*e* Ep. 48. infra, & 14. ep. 6. l.

## *Ad Soſibianum.* XXVII.

PLena laboratis habeas cùm ſcrinia libris,
Emittis quare, Soſibiane, nihil ?
Edent heredes, inquis, mea carmina, quando ?
* Tempus erat jam te, Soſibiane, legi.

* Quorſum tibi poſtuma laus quam non es ſenſurus ? quin vivus laudis tuæ dulcedine fruere. Sed & ab ambiguo imprecatur Soſibiano mortem præſentem. Morere (inquit) exemplo, ut poſſis legi.

## *Ad Attalum.* XXVIII.

SOrdida cùm tibi ſit: verum tamen, Attale, dicit
Quiſquis te * niveam dicit habere togam.

* Non calore nitentem ſed calore deſtitutam & frigus intromittentem. ambiguitatem *nitis* habuiſſe potuit de Horatii lacernis ſupra ep. 2. ſed vereor ne frigide nimis pro acumine Martialis. Immo, deſoccatam, detritam, cujus nuda fila albent. ut ep. 39. l. 9.

## *De pugnâ damarum.* XXIX.

FRontibus adverſis *a* molles concurrere damas
Vidimus, *b* & fati ſorte jacere pari.
*c* Spectavere canes prædam: ſtupuirque ſuperbus
Venator, *d* cultro nil ſupereſſe ſuo.
Unde *e* leves animi *f* tanto calüere furore?
Sic pugnant *g* tauri, *h* ſic cecidere viri.

*a* Imbelles, infra 62. ep. *b* Et concurrentem utrumque concidiſſe. *c* Otioſi ſpectatores ſolitæ prædæ. *d* Neutrum ſupereſſe in quem exerceret cultrum ſuum venatorium. *e* Timidi. *f* Domitiani ſc. numine impulſi, adulatorie. *g* In arena commiſſi. *h* Sic corruunt ſæpe mutuis vulneribus gladiatores.

## *Ad Olum.* XXX.

CAna eſt barba tibi: nigra eſt coma: (barbam
Non potes, hæc cauſa eſt: ſed potes, Ole, comâ.

*a* An quod minus commode tegi poſſit artificium hoc in barba quam coma? an quia morbo Charini laboraret, & hinc ſtatim diluceretur fucus?

## *Ad Afrum.* XXXI.

CEntum *a* Coranus, & ducenta *a* Manetinus,
Trecenta debet *a* Titius, *b* hoc bis *a* Albinus,
Decies *a* Sabinus, alterumque *a* Serranus:
Ex *c* inſulis, fundiſque *d* tricies ſoldum,
Ex pecore redeunt ter ducena *e* Parmenſi,
* Totis diebus Afer hoc mihi narras:
Et teneo meliùs iſta, quàm meum nomen.
*f* Numeres oportet aliquid, ut pati poſſim:
Quotidianam refice nauſeam nummis,
Audire gratis, Afer, iſta non poſſum.

* Inanis divitiarum oſtentator me uſque obtundis recitatione tuorum quos nominas debitorum, penſionum, & reddituum, inquiens, *Centum Coran &c.* *a* Debitoris nomen. *b* Sexcenta M. H.S. *c* Domus in civitate quæ ſolæ ſtant non aliis contiguæ, inſulas appellabant, & ſub Imperatoribus qualvis ædes locatitias. *d* Tricies centena M. HS. integre, plene. ut *plenum vicies*, ep. 82. l. 1. *e* Pecus & lana Parmæ multum laudabantur. *f* Nolo mihi numeres debitores hos tuos & redditus, ſed mihi numera pretium moleſtiæ & patientiæ in audiendis vanis tuis oſtentationibus.

## *Ad Charinum.* XXXII.

*a* ARgenti genus omne comparaſti,
*b* Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus *c* Phidiaci toreuma *d* cœli,
Solus Mentoreos habes labores.
Nec deſunt tibi *e* vera *f* Grantiana,

*a* Facti ſc. i. vaſorum argent. *b* Gloriaris te habere vel diligenter & anxie tibi comparaſti vaſa archetypa cælata & elaborata ab his nobilibus artificibus, Myrone, Prax. &c. de quibus Plin. l. 34. c. 8. *c* 3. l. ep. 30. *d* Stili Sculptorii. *e* Non adulterina P. Pithœus c. 16. l. 1. *Adverſar.* legit *Bera*, alii hab. *Vaſa*, *f* Alii legunt *Gratiana*, ex Plin. 33. l. c. 11. Ex Weſt. *Glaniana*.

Nec

Nec quæ *g* Callaico linuntur auro,
Nec menſis *h* anaglypta *i* de paternis,
Argentum tamen inter omne mitor,
Quare non habeas, Charine, *k* purum,

*g* Hiſpanico deaurantur metallo, ut 92. ep. 14. l. *h* In aſperitatem exciſa, aſpera ſignis extuberantibus. *i* Laudantur quippe ab antiquitate ipſa. *k* Hic epigrammatis acumen & ſcopus. *purum* enim argentum dicebatur *non cœlatum*: ſed ab ambiguo exprobrat Charino oris impuritatem a quo vaſa hæc omnia conſpurcabantur, & ut ita dicam impurabantur.

## ¶ *Ad Poſthumum.* XXXIII.

* ATria *b* Piſonũ *c* ſtabant cum * ſtẽmate toto,
Et docti Senecæ *d* ter numeranda domus;
Prætulimus *e* tantis ſolum te, Poſthume, regnis:
Pauper eras, * & eques, *f* ſed mihi conſul eras.
Tecum ter denas numeravi, Poſthume, brumas:
Communis nobis *g* lectus & unus erat.
Jam donare potes, jam *h* perdere, plenus honorũ,
Largus opum: expecto, Poſthume, quid facias.
Nil facis: & ſerum eſt alium mihi quærere *i* regem.
*k* Hoc fortuna placet? Poſthumus impoſuit.

* Vide ep. 65. l. 2. c. *b* Clariſſimæ familiæ Rom. *c* Florebat illa domus patebatque mihi ad amicitiam & patrocinium. *d* Propter Senecam patrem Rhetorem, filium ejus Philoſophum, atqs Lucanum nepotem. *vel*, propter 3. filios Rhetoris, Annæum, Gallionem ceu Novatum, & Melam. alii dici volunt, quaſi *valde numeranda* quam vim apud Græcos habet ἐφίσ. *e* Patrociniis. & patronis illis ditioribus & nobilioribus. * Scriv. legi vel, *ſed eques*. *f* Te perinde ac conſul ceu conſularis eſſes colui. *g* Diſcubitorius. *h* Diminuere tibi & derogare in amicum veterem. *Vel*. jam me donando potes ſervare, vel non ſubveniendo perdere. *i* Patronum. *k* Irane O Fortuna? an in hoc ditaſti Poſthumum? certe & me & te, credo, fefellit, ac veluti proles Poſtuma rupto teſtamento fratribus imminuit rem.

## *In malè recitantem.* XXXIV.

QUid recitaturus circumdas vellera collo?
Conveniunt noſtris auribus illa magis.

Focalibus e faſciis laneis muniebant fauces recitaturi adverſus ravim. quæ auditoribus magis convenire jocatur Poeta ad aures obſtrmendas, ne male recitantem audiant. alluſum videtur ad id Xenocratis; *Pueris adverſum turpia dicta potius munienda aures ſolidæ, quam athletis adverſum ictus adverſariorum.* Laertius 4. vide ep. 137. l. 14.

## *De Veſuvio monte.* XXXV.

HIc eſt pãpineis viridis modò *a* Veſujus ũbris:
Preſſerat hîc madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga, quã *c* Nyſæ colles, plus Bacchus amavit:
Hoc nuper *d* Satyri monte dedere choros.
*e* Hæc Veneris ſedes, Lacedæmone gratior illi:
*e* Hic locus Herculeo nomine clarus erat.

*a* Veſuvius, mons Campaniæ vini optimi fertiliſſimus. *b* Qui exſcipiunt vina prelo expreſſi ep. 24. l. 7. *c* Indiæ montis Bacchi natalibus & infantibus clari. *d* Bacchi comites. *e* In Veſuvio monte duo erant ſana, Veneris & Herculis.

*f* Cuncta

*f* De hujus montis incendio, quo periit Plinius Nat. historiæ autor, vide Plin. Jun. epist. 16. l. 6. *g* Et ipsos Deos pœnituit hujus incendii. Hyperb.

*f* Cuncta jacent flammis, & tristi mersa favillâ :
*g* Nec superi vellent hoc licuisse sibi.

## ¶ *Votum Parthenii, ad Phœbum.* XXXVI.

*a* Hoc tibi rus Lirge adolet pro salute filioli sui Parthenius, qui in Palatio servit Imperatori Dom. a cubiculo. Suet. Domit. c. 16. & 17.

*a* Hæc tibi pro nato plenâ dat lætus acerrâ,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
*b* Ut qui prima novo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.
Fac rata vota patris : sic te tua diligat *c* arbor,
Gaudeat & *d* certâ virginitate soror.
Perpetuo sic *e* flore mices : sic denique non sint
Tam longæ *f* Bromio, quàm tibi, Phœbe, comæ.

*b* Ut Burrus filius suus quinquennis & novum auspicatus lustrum, multa vivat lustra. usurpatur autem Olympias pro spacio quinque annorum ut lustrum, quamvis quarto explero anno, quinto ineunte, Olympici ludi fierent ; unde Græcis annorum ratio. *c* Sic MS. noster ; *arbos*, Scriv. *Uxor*, vulg. Daphne, quam amabat. *d* Intaminata, intentata. *Vel*, quam colere statuit. *e* Flore juventæ vel ἄνθει. *f* Baccho, qui & intonsus ingitur. atque idem cum sole, vide quæ ad Senec. Hip. v. 751 & Oed. 405.

## *De Sabello.* XXXVII.

*a* In Saturnalibus mittebantur amicis xenia ceu munera. deridet Sabellum rabulam. qui ex vilibus innumeris in tantum superbierit.

*a* Saturnalia divitem Sabellum
Fecerunt, meritò tumet Sabellus :
Nec quemquam putat esse, prædicatque
Inter caussidicos beatiorem.
Hos fastus, animosque dat Sabello
Farris semodius, fabæque *b* frestæ,
Et turis, piperisque tres *c* selibræ,
Et *d* Lucanica *d* ventre cum Falisco,
Et nigri *e* Syra *f* defruti lagena,
Et *g* ficus Lybicâ gelata testâ,
Cum *h* bulbis, cochleisque, caseoque.
Picenoque venit à cliente
Parcæ cistula non capax olivæ,

*b* Fractæ, pellicula nudatæ. a frendeo.

*c* Atribus sc. missæ, vel etiam sub uno. ut τρία ἡμιωβόλια. Theophrast. charact. περὶ ἀνωνοίας, & hist. 2. τρία ἡμιωβόλια. *d* Fareiminis genus. Isicia item dicta quod milites a Lucanis didicerunt, ut a Falisciis ventrem porcinum condire. ep. 34. l. 13. & Athenæ l. 9. c. 5. *e* Vitrea, nam vitrum in Syria inventum. *f* Musti ad dimidias decocti. *g* Ficus sc. hybernæ, ut de Mœsiacis Plinius 15. l. 18. c. quæ testa figlina condebantur. ep. 74. infra. & ep. 45. l. 7. Sunt qui intelligunt ficus roscido humore, quem pressæ exudant, gelatas, deinde constipatas densatasque in testa. Etsi hæc non faciat, videsis tamen Jo. Barclaii Argenidem l. 5. de artificiosa ratione gelandi glacieque incrustandi Poma in Africa. *h* Quæ luxuriosis in deliciis. Athenæus l. 2. c. 22. Dioscor. c. 9. l. 2.

*i* Et craſſo figuli polita cœlo
Septenaria ſynthesis Sagunti,
Hiſpanæ luteum rotæ toreuma,
Et *k* laro variata mappa clavo.
*l* Saturnalia fructuoſiora
Annis non habuit decem Sabellus.

*i* Et ſynthesis ſeptem conſtans poculis, **a neſt of 7. cups.** fictilibus ex argilla Saguntina rodi Hiſpani figuli torno factis. *Cœlum* autem & *toreuma* transfert per Ironiam a nobilioribus operibus. 32. ep. ſupra d. *k* Mappæ item in Saturnalibus mitri ſolitæ. l. 5. 18. ep. b. argentæ ad limbum purpureis vel aureis clavis variabantur. *l* Annon ex his muneribus tantis juſta Sabello faſtus cauſa? *Scoptice.*

## *De Phaëthonte encauſtico.* XXXVIII.

ENcauſtus Phaëthon tabulâ depictus in hac eſt.
Quid tibi vis, dipyron qui Phaethonta facis? Encauſtice ars eſt' pingendi ſculpendique in cera vel ebore ſtylo ignito ab ἐγκαίω Plin. 35. l. 11. c. Quum itaque picto Phaethontis fulmine flagrantis effigiem expreſſerit in cera ab ignito cœlo cera ſtylo liquefacta per jocum dicit Poeta Phaethonta fieri δίπυρον, bis ignitum.

## ¶ *Ad Flaccum.* XXXIX.

NEſcis, crede mihi, quid ſint epigrammata, Flacce?
Qui tantùm luſus illa, jocoſque putas. (ce;
Ille magis ludit *a* qui ſcribit * prandia ſævi
Tereos: aut cœnam, * crude Thyeſta, tuam:
Aut *b* puero *c* liquidas aptantem Dædalon alas,
Paſcentem ſiculas aut Polyphemon oves.
A noſtris procul eſt omnis *d* veſica libellis:
Muſa nec inſano *e* ſyrmate noſtra tumet.
Illa tamen *f* laudant omnes, mirantur, adorant,
Confiteor: laudant illa, ſed *g* iſta legunt.

*a* Qui tragica aut epica ſcribit, argumenti fabuloſi, de Tereo, & Thyeſte * liberos ſuos edentibus, de Dædali fuga, atque Polyphemi inmanitate. *b* Icaro. *c* Cera aptatas & a ſole liquefactas. *d* Argumentum eo hornatum & verba ventoſa, turgida, ampulloſa, nugæ bullatæ. *e* Scylo tragico. eſt enim Syrma ea veſtis pars quæ oblonga ſolum verrit, qualem in tragœdiis induti reges & heroes trahebant per theatra. *f* Tarquam jucunda, ſublimia & grandia. *g* Hæc epigr. quæ brevia, acuta, & in uſum vitæ falſa. ep. 3 l. 8 9.

## *Ad Cæcilianum.* XL.

*a* CUm tibi non eſſent ſex *b* millia, Cæciliane,
Ingenti latè veſtus es *c* hexaphoro.
Poſtquam *d* bis decies tribuit *e* dea cæca, ſinumq;
Ruperunt nummi: factus es, ecce, pedes.
*f* Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem?
Di reddant ſellam, Cæciliane, tibi.

*a* Vide ep. 83. & 87. l. 1. quæ ejuſdem cum hoc ſunt argumenti. *b* Seſtertium. *c* Ep. 59. l. 2. *d* Vicies centena M. HS. *e* Fortuna, quæ, ac ſi cæca eſſet, inique diſtribuit munera. *f* Sic ep. dict. 87. l. 1.

In

## *In Hedylum.* XLI.

GEstari junctis niſi deſinis, Hedyle, *b* capris:
Qui modò *c* ficus eras, jam *d* caprificus eris.

*a* De geſtationibus. vide 13. ep. 1. lib. 8.
*b* Forte capris ad eſſedum junctis, ut ep. 88. l. 1. de pardis, cervis, &c. & de Heliogabalo *e* anibus junctis vecto refert Lampridius. ſunt tamen qui has capras fuiſſe meretrices autument. *c* Ficoſus, fici morbo laborans. *d* Sæpe jocum petit Poeta ab hujusmodi compoſitione & (ut dicam) a diviſis ad conjuncta, ut illud de ἀρχοναυτῆς. 57. ep. l. 3. hic autem vocum apta junctura, non eadem ſenſus arguta, niſi forte ominetur illum hinc futurum valde ficoſum ex compoſitione intenſiva τῷ *capri*, ut Græcis in uſu βῶ & ἴκτω. vel qui modo fertilis eras, mox eris iterùm.

## ¶ *Ad Coſmum.* XLII.

HUne, quẽ ſæpe vides *a* inter *b* penetralia noſ
Pallados, & templi limina, Coſme, novi, (tra
Cum *c* baculo, *c* peraq; ſenem: cui cana, putriſq;
*d* Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit:
*e* Cerea quem *f* nudi teget uxor *g* abolla grabati,
Cui dat larrates obvia turba cibos:
Eſſe putas Cynicum, deceptus imagine falſa,
*h* Non eſt hic Cynicus, Coſme: quid ergo? canis.

*a* In porticibus templi. *b* Templum Minervæ Flaviæ a Domitiano conditum. *c* Quæ Cynicorum toto ſupellex ep. 78. l. 14. *d* Horiet. *Vel*, eſt putris. πῶς οὐ μισόβυς. *f* Grabati alias inveſtis. relicti ſc. nudi & ſine ſtragula. ubi Cynicus ſumpſiſſet pallium ſuum. *g* Pallium quod illi uxoris loco eſt, quo cum cubabat. *h* Non proficetur diſciplinam Cynicam, ſed merè in canem degenerat. 58. ep. 11. l. κύων γὰρ ἐν ἀνθρώπου κεφαλῇ. Ulpianus apud Athenæum. l. 3. c. 7. & c. 28. vide & Luciani βίων πρᾶσιν. & Ἀνθόλογ. κβ. κεφ. β. ubi ὁ κυνικὸς ὢν dicitur Cynicus. & Arriani Epictet. ὑπὲρ κυνισμοῦ.

## ¶ *Ad Colinum.* XLIII.

OCui *a* Tarpeias licuit contingere *a* quercus,
Et meritas *b* primâ cingere fronde comas:
Si ſapis, *c* uraris totis, Coline, diebus,
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
*d* Lanificas nulli tres exorare *d* puellas
Contigit: obſervant, quem ſtatuere, diem.
Divitior *e* Criſpo, *f* Thraſeâ conſtantior ipſo,
Lautior & *g* nitido ſis Meliore licet:
Nil adicit penſo Lacheſis, fuſoſque ſororum
Explicat, & ſemper de tribus *h* una ſecat.

*a* Coronam quernam in quinquennali certamine triplici, muſico, equeſtri, gymnico, inſtituto a Domitiano in honorem Jovis Capitolini. ſupra ep. 1. l. ſed & querna coronabantur vates magni, heroici ſc. *b* Nobiliſſima, Jovi ſacra, ab Imperatore data. *c* Ad voluptates, & vitæ hujus gaudia. ſic ep. 16. l. 1. d & e. Anthol. 2. l. c. 47. *d* Parcas, quibus fili vitæ ducendi & abſolvendi modus & cura. *e* Neronis vitrico, cujus opibus Nero ditatus eſt. *f* 9. ep. 1. l. 2. *g* Splendido & lauto Meliore, nobili ex epiced. 2. ſylvæ Papinii & epitaphio Glanciæ. *h* Atropos. Vel etiam Lacheſis. ut ep. 69. l. c. & 72. l. 9.

Ad

## *Ad Lucium.* XLIV.

LUci, gloria temporum *a* tuorum,
Qui *b* Graium veterem, Tagumque noſtrum
*c* Arpis cedere non ſinis diſertis;
*d* Argivas generatus inter urbes
*e* Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut *f* libidinoſæ
*g* Ledæas Lacedæmonis *g* paläſtras.
*h* Nos Celtis genitos & ex Iberis
Noſtræ * nomina * duriora terræ
*i* Grato non pudeat referre verſu:
*k* Sævo Bilbilin optimam *k* metallo,
Quæ vincit *l* Chalibaſque, *m* Noricoſque,
Et ferro * Plateam ſuo *n* ſonantem,
Quam fluctu tenui, ſed inquieto
*o* Armorum ſalo temperator ambit:
* Tutelamque, *p* choroſque * Rixamarum,
Et *q* convivia feſta * Carduarum,
Et textis * Peteron roſis rubentem,
Atque antiqua patrum theatra *r* * Rigæ;
Et certos jaculo levi * Silaos,
*ſ* Turgentiſque lacus, * Petuſiæque
Et parvæ vada pura *r* * Veroniſſæ,
Et ſanctum * Baradonis ilicetum,
Per quod vel piger ambulat viator;
Et quæ fortibus excolit juvencis
Curvæ Manlius arva * Matineſſæ.
*u* Hæc tam ruſtica, delicate lector,
Rides nomina? rideas licebit.
Hæc tam ruſtica malo, quàm Bitontos.

O Luci, nobilis Poeta Hiſpane, qui non ceſſis Horatio Venuſino lyræ gloria, qui æque celebras lyrico carmine Hiſpaniæ flumina ac Horatius ſuam Apuliam.
*a* MS.B. *novorum*.
*b* Fl. Hiſp.
*c* Civitati Apuliæ.
*d* Celebrent Græci vates urbes ſuas, nos Hiſpani noſtras.
*e* Imitatio Horatiana, *Laudabuns alii claram Rhodon, &c.* Ode 7. l.1.
*f* Quia Veneri conſecratæ vel propter gymnicam puellarum luctam, vel propter Helenam.
*g* Luctas Lacenarum. *Vel*, propter Caſtorem & Pollucem athletas filios Ledæ.
*h* Nos Celtiberos ex Celtis, Gallis & Iberis miſtos.

* Aſpera Flu. & oppidorum Celtib. nomina quæ me * ſequentur ſub hac nota *. *i* Gratiam patriæ referente. *k* Ferro ep.43.l.1.c. & 17.ep.12.l. *l* Pop. ad Pontum fere Euxinum. *m* Pop. Germaniæ Æni fl. & Danubii accolas. *n* In fodinis & ſectoris *vel* officinis ferrariis *Dum ſonat adſtricta ſemper domus ignea maſſa*. *o* Ep.43.l.1. *p* Choreis gaudentes Rixamaros. *q* Lautiores Carduarum cives. *r* Alii legunt *reſp.* quod priſci juxta ripas ederent ſpectacula & aurigationes. *ſ* MS. Bodl. *Turuntique lacus*. *t* Al. *Vetoniſſæ*, aliis *Tovenſſæ*. *u* Et tamen hæc nomina Celtib. minus dura ſunt & horrida quàm *Bitontum*, q.d. cur tibi Romane lector delicate diſpliceat vel aſperitas nominum vel inculta provincia Celtib. cum & nominis barbarie æque offendat, fertilitate ſane & dignitate his longe cedat, Bituntum viliſſimum Apuliæ oppidum.

## ¶ *In Gargilianum.* XLV.

MUnera quòd ſenibus, viduiſq; ingentia mittis
Te munificum, Gargiliane, vocem? (tis,
Sordidius

Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius uno,
*a* Qui potes inſidias dona vocare tuas.
*b* Sic avidis fallax indulget piſcibus hamus?
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Quid ſit largiri, quid ſit donare; docebo,
Si neſcis: *c* dona, Gargiliane, mihi.

*a* Qui munificenciæ titulo inſignis hamos, quibus orborum ſenum ac divitum viduarum ineſcas hereditates. Senec. 8. epiſt. *Munera iſta fortuna putatis? inſidiæ ſunt.* *b* Ep. 18. l. 5. *c* Munificus vere & liberalis eris ſi mihi meique ordinis viris largitus fueris, qui vicem reddere non poſſumus.

## *Ad Fauſtinum.* XLVI.

DUm nos blanda tenent *a* laſcivi ſtagna Lucrini,
Et quæ *b* pumiceis fontibus antra calent:
*c* Tu colis Argivi regnum, Fauſtine, coloni,
*d* Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
*e* Horrida ſed fervent *f* Nemæi *g* pectora monſtri?
*h* Nec ſatis eſt, Baias igne calere ſuo.
Ergo *i* ſacri fontes & litora *k* ſacra valete,
Nympharum pariter, Nereïdumque domus.
*l* Herculeos colles gelidâ vos vincite brumâ,
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

*a* Ob delicias & amœnitatem loci, atq; laſcivientium ibi hominum frequentiam. ep. 55. l. 1. b. *b* E pumice vel topho ſcaturientibus. *c* Tu degis Tiburi a Catilo Argivo condito, cui fratres Tiburtus & Coras, *Tibur Argeo poſitum colono.* Horat. 6. ode l. 2. *d* Quod ab urbe diſtat 20. M. paſſuum. *e* Sed fervet æſtus, ubi jam Sol Leonis ſignum ſubierit. *f* Qui fingitur ex Leone iſto ab Hercule in ſylva Nemæa cæſo in cœlum relatus. *g* In pectore enim Leonis eſt fulgentiſſima ſtella primæ magnitudinis, quam cor Leonis appellant. *h* Fontium enim fervori additur calor cœleſtis. *i* Baiani nymphis ſacri. *k* Nereidibus, ut ſeq. verſu. Al. *grata.* *l* Vos O Baiæ calore veſtro melius ſolvetis brumæ frigus quam Tibur. 1 l. 13. ep. 2. jam autem per æſtatis fervorem magis placet Tibur frigori & ventis expoſitum.

## *In Gallam.* XLVII.

IN tenebris luges amiſſum, Galla, maritum.
*m* Num plorare pudet te, puto, Galla, virum?

*m* Al. *Nam plorare pudet te puto, Galla, virum.* hac mente, adeo infamem ob impudicitiam fuiſſe Gallam vivente marito, ut turpe ſit illum jam deflere. Vide etiam an huc faciat quod narrat Eumolpus de matrona illa Epheſia apud Petronium.

## ¶ *De viperâ electro inclusâ.* XLVIII.

*a* FLentibus Heliadûm ramis dum vipera *b* ſerpit,
*c* Fluxit in obſtantem ſuccina *d* gemma ferã:
Quæ dum miratur *e* pingui ſe *e* rore teneri,
*e* Concreto riguit vincta repentè *e* gelu.

*a* Ramis populi electri ſeræ ut ſupra. ep. 19. b. vide 32. ep. ſup. 2. & l. 6. ep. 14. *b* Al. *Repit.* *c* Artificium refert Poetice ad caſum. *d* Al. *Gutta.* *e* Succino.

*f* Ne

*f* Ne tibi regali placeas, Cleopatra, ſepulcro;
Vipera ſi tumulo nobiliore jacet.

*f* E prœlio Actiaco fugiens Cleopatra in Ægyptum, ſe incluſit ſepulchro quod ipſa ſplendidum extruxerat: unde extracta aſpidis morſu periiſſe putabatur. quod Poeta reſpicere videtur, cum viperæ tumulum conferat tumulo filius quæ aſpidis morſu periit.

## ¶ *De obitu Curiatii.* XLIX.

*a* ARdea *b* ſolſtitio, Caſtranaque rura petantur,
* Quique Cleonæo fidere fervet ager:
Cùm Tiburtinas *c* damnet Curiatius auras,
Inter *d* laudatas ad Styga miſſus *d* aquas.
Nullo fata loco poſſis excludere: *e* cùm mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

*a* Petamus medio æſtatis fervore loca vel caliditſima & peſtilentia, Ardeam, Caſtrum Innni. Sic reſtituit P. Scriverius ex opt. libri fide, loco τῶ Pæſtanaque. tum quia receſſus amœnior, tum quia Ardeæ propius Caſtrum Innni. Cui adſtipulatur Ph. Cluverius l. 3. c. 5. Ital. * — Baias ſupra ep. 46. c. & l. poſtquam in ſalubertimo Tiburis cœlo petiit Curiatius. *b* Æſtivo, ſic enim ſimpliciter poſitum ſignificat. *c* Morte ſua reddat infames. *d* Aquam Martiam, quæ ſe in Tiburtinam aperit. Plin. l. 3. c. *e* Ubi fatalis hora venerit, ſalubertimus locus, qualis eſt Tibur, vitam non magis conſervat, quam Sardinia inſula, cœli intemperie & gravitate, peſtilentiſſima, ob ſalinas, graves Auſtros, Solpugas venenatæ formicæ genus, ſeu Bathrachium.

## *In Mancinum.* L.

DOnaſſe amicum tibi *a* ducenta, Mancine,
Nuper ſuperbo lætus ore jactaſti.
Quartus dies eſt, *b* in ſchola poëtarum
Dum fabulamur, milibus decem dixti
Empras *c* lucernas munus eſſe Pompillæ:
*d* Sardonycha *e* verum, lineiſque ter cinctum,
Duaſque *f* ſimiles fluctibus maris gemmas
Dediſſe *g* Baſſam, Cæliamque juraſti.
*h* Herè, de theatro, *i* Pollione cantante,
Cum ſubitò abires, dum fugis, loquebaris
*k* Hereditatis tibi trecenta veniſſe:
Et mane centum, & poſt meridiem centum.
*l* Quid tibi ſodales fecimus mali tantum?
Miſerere jam erudelis, & ſile tandem.
Aut, ſi tacere lingua non poteſt iſta,
Aliquando narra, *m* quod velimus audire.

*a* M. HS.
*b* Ubi expectavimus recitationes.
*c* A Pompilla tibi donatas lucernas.
*d* Sic ep. 48. l. 9. Al. *Sardonychas auro lineiſque ter Vinctos.* Palatinus l. habet *Lychenitiſq; eerynum.* forte legend. Lychnin atque ceriten. quæ nomina gemmarum. Rutg.
*e* Forte nigra, candida, miniata. vide Plin. l. 37. c. 12.
*f* Smaragdos, Cyaneos, Beryllos, vel Cariſtos. quæ laudem habent, ſi mari concolores. *g* Mulieres, ficta forte nomina. *h* Heri. *antiquè.* *i* Citharœdo nobili Juv. 6. ſat. v. 388. *k* Jure hereditatio. *l* Ut mendaciſſimus ac vaniſſimis narrationibus nos inanes enecare velis. *m* Te jacturam feciſſe aliquam, quod nobis auditu magis gratum, vel aliud quippiam unde nobis lucrum.

## *De Lycori.* LI.

*a* Nigra Lycoris non magno in pretio Romæ receſſerat Tibur. Jocatur Poeta illam eo migraſſe motam fama de regionis illius frigiditate, quæ candorem vel ſervaret vel redderet, quod de ebore teſtantur Plinius, Silius, & Propertius, ſic ep. 12. l. 7. *b* Ep. 13. l. 2.

*a* Tibur in *b* Herculeũ migravit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

## *De Cærelia.* LII.

Cærelia quædam, & ipſa mater, a Baulis Baias vecta perierat, arguit Poeta aquas criminis & jacturæ gloriæ, quæ monſtro hoc ſimile imperium Neronis in matre ſua Agrippina (vide Sueton. Neron. c. 34. Tacit. Annal. 14. & Dionis Neron.) detrectaſſent illiqs vel juſſæ pepercíſſent: hanc autem immeritam injuſſæ merſiſſent.

DUm petit à Baulis mater Cærelia Baias,
Occidit inſani crimine merſa freti.
Gloria quanta perit vobis! hæc monſtra Neroni
Nec quondam juſſæ preſtiteratis aquæ.

## *De hortis Julii Martialis.* LIII.

*a* Ad quem ep. 1. & 63. 6. l. ep. 14. & 58. l. 7. & alias. *b* Ep. 11. lib. ſpectac. c. *c* Porrigebatur enim ad pontem Milvium Janiculum, excelſus mons non procul ab Urbe, trans Tiberim ſitus. *d* In vertice Janiculi planities eſt quæ colles ſuperat, ſerena & ſoda non nebulis, ut valles, tecta. hic Julii Mart. villa. *e* Septem colles, Palatinum, Capitolinum, Quirinalem, Cœlium, Equilinum, Viminalem, Aventinum, quibus impoſita Roma rerum domina. *f* Al. *Domino*. *g* Luſtrare oculis. *h* Et quæcunque loca frigida ſuburbana. *i* Roma enim antiquiores. *k* Oppid. parvum forte ulubras. *l* Nemus Dianæ Aricinæ, in quo fecerant ſacra non mitiora quam Tauricæ Dianæ Strabo l. 5. cruor itaque vel virginum cæſarum; vel Annæ Peranæ, quæ Didonis ſoror (ut habent fabulæ) Laviniæ inſidias fugiens ſe in Numicium fl. dedit præcipitem, ceu (ut tradunt melioris fidei hiſtorici) anus Bovillis oriundæ quæ populo per ſeditionem in montem digreſſo cibum tulerit, ſeqs poſtea ex alta feneſtra præcipitavit, vide Ovid. 3. Faſt. Macrob. 1. Saturn. c. 12. & Tit. Quell. ad 3. lib. Alexand. *m* Ex hac villa proſpiciuntur eſſeda & currus in via Flam. & ſalaria: non tamen audiuntur, aut ſomnum interpellant.

*a* Julî jugera pauca Martialis
*b* Hortis Heſperidum beatiora
*c* Longo Janiculi jugo recumbunt,
Lati collibus imminent receſſus:
*d* Et planus modico tumore vertex
Cœlo perfruitur ſereniore:
Et curvas nebulâ tegente valles
Solus luce nitet peculiari:
Puris leniter admoventur aſtris
Celſæ culmina delicata villæ.
Hinc *e* ſeptem *f* dominos videre montes
Et totam licet *g* æſtimare Romam.
Albanos quoque, Tuſculoſque colles,
*h* Et quodcumque jacet ſub urbe frigus,
Fidenas *i* veteres, *k* breveſque Rubras,
Et *l* quod virgineo cruore gaudet,
Annæ pomiferum nemus Perennæ,
*m* Illic Flaminiæ, Salariæque

Geſtator

Geſtator patet, eſſedo tacente,
Ne blando rota ſit moleſta ſomno,
Quem nec rumpere nauticum *n* celeuſma,
Nec clamor valet *o* helciariorum.
Cùm ſit tam propè *p* Mulvius, *q* ſacrumque
Lapſæ per Tiberim volent carinæ.
*r* Hoc rus (ſeu potius domus vocanda eſt)
Commendat dominus; tuam putabis:
Tam non invida, tamque liberalis,
Tam comi patet hoſpitalitate.
Credas *ſ* Alcinoi pios Penates,
Aut * facti modò divitis *t* Molorchi.
*u* Vos nunc omnia parva qui putatis,
Centeno *x* gelidum ligone Tibur,
Vel Præneſte domate, *y* pendulamq;
Uni dedite Seriam colono:
*z* Dum, me judice, præferantur iſtis
Julî jugera pauca Martialis.

*n* Ep. 57. l. 3. c.
*o* Qui navem adverſo flumine, vel qui navi, anchoram seu grave aliud pondus uno connixu & mutuo hortatu molinntur.
*p* Pons Milvius, qui in via Flaminia ultra primum lapidem.
*q* Pro Deo cultum. Virg. 8. Æneid.
*r* Honeſtior, gratior, laudatior fit domus iſta a domino Julio Mart. viro hoſpitali.
*ſ* Regis Phæacum, qui Ulyſſem enatantem benigno hoſpitio excepit. Hom. Odyſſ. ζ.
*t* Pauperis paſtoris qui Herculem ad leonem Nemeæum occidendum venientem hoſpitio excepit. * quem *modo divitem factum* appellat Poeta quod juxta Herculis fanum ſplendido luxu a Domitiano extructum, Molorcho ſacellum, condiderat & ipſum donariis ditatum. *u Epiphonem.* Ite jam avari Vectidii quibus non ſufficiunt latifundia quæ milvus oberret ego vel toti Tiburi, Prænesti & Setiæ pauca hæc Martialis jugera antefero. *x* Supra ep. 51. *y* In declivitate montis ſitam. *z* Malo jugerum paucorum Julii Mart. quam totius Setini agri dominus eſſe.

## *De Philænide.* LIV.

OCulo Philænis ſemper altero plorat.
Quo fiat iſtud quæritis modo? * luſca eſt.

* ἀνεφὸς ὁ κήτους reſp. neque alterum habet.

## *Ad Linum.* LV.

EGiſti vitam ſemper, Line, *a* municipalem:
Qua nihil omnino *b* vilius eſſe poteſt.
*c* Idibus, & rariſ togula eſt *d* excuſſa Kalendis:
Duxit & æſtates *e* ſyntheſis una decem.
Saltus aprum, campus leporẽ tibi miſit *f* inemptũ,
Sylva gravis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo venit de gurgite piſcis:
Vina *g* rubens fudit *h* non peregrina cadus.

*a* Frugalem utpote ruſticam, quam degunt in municipiis, quæ oppida ſunt certa lege donata civitate, muneriſque partem cum pop. Romano capiunt.
*b* Alii *dulcius.*
*c* Calendis & Idibus conveniebat ad publica ſacra populus togatus, in municipiis tamen rarior togæ uſus, Juven. 3. Sat. 171. v. & Plin. 7. l. epiſt. 8. *d* Explicata, ubi depromitur e veſtiario, ſeu pretio. al. *tibi ſumpta.* *e* Ep. 38. l. 2. c. *f* Labore venationis tantum, non pretio quæſitum. *dapibus menſas onerabat inemptis.* Virg. 4. Georg. *g* Figlinus ex argilla rubra. *h* Dominata. in agris tuis.

*i* Nec tener Argolicâ missus de gente minister,
*k* Sed stetit inculti rustica turba foci.
Nec nocuit tectis ignis, *l* nec Sirius agris:
Nec mersa est pelago, nec fluit *m* ulla ratis.
*n* Supposita est blando nùnquam tibi tessera talo?
*o* Alea sed parcæ sola fuere nuces,
*p* Dic ubi sit decies, mater quod avara reliquit?
Nusquam est. *q* fecisti rem, Line, difficilem.

*g* Non tibi inerat minister magno pretio emptus ex Græcia. *k* Sed vilici pueri & vernæ. ep.43.l.1.X. *l* Nec æstus per dies caniculares agros & segetes exussit. *m* Tua. *n* Non tesseris aut aleis rem decoxisti; a talis vero tanquam a minore lusu incipiebant, mox incalescentibus lusoribus proferabantur tesseræ. *o* Sed aleæ tuæ pignora fuere nuces. de quibus vel pueri ludunt. *p* Cum it. q; frugaliter vixeris vestitu, victu, ministerio & Venere; cum nec igni nec cœli inclementia nec naufragio neque alea jacturam feceris. demiror unde ad pauperatem sis redactus. *q* Cujus ratio non facile apparet, & tamen apparet te *rem familiarem* fecisse tenuem & decoxisse.

## *In prætorem.* LVI.

PRætorem pauper centum sestertia Gaurus
Orabat * canâ notus amicitiâ.
*a* Dicebatque suis hæc tantùm deesse trecentis,
Ut posset domino plaudere *b* justus eques.
Prætor ait: scis me *c* Scorpo, *c* Thalloq; daturum;
Atque utinam centum millia sola darem.
Ah pudet ingratæ, pudet ah *d* malè divitis aræ.
Quod non vis equiti, vis dare, Prætor, *e* equo?

* *cara*, alii, ut 26.ep.l.1. *a* Dicebatque hanc summam sibi deesse ad censum equestrem sc. quadringenta sestertia, nostræ monetæ 3125 l. ut intra 14. Ordines sedens Domitiano Imp. advenienti plauderet. ep. 29. l. 6. Solere autem dari ad implendas equestres facultates testatur. Plin. 19. epist 1. lib. *b* Integro censu Equest. ex lege Roscia. *c* Nobili agitatori. ep.48.50.& 70.l.10. & Lips. 1.l.epistolic.quæst.5.epist. *d* Quæ usum divitiarum nescit. *e* Equis alere dis ad Circum ab agitoribus Scorpo Thalloque. *Vel*, An homini qui nihil aliud novit quam equos agitare plus dabis quam honesto equiti? vide ep. 26.l.5. Vel etiam statuæ equestri erigendæ? ut ep.26.l.5.

## *Ad Sextum.* LVII.

INvitas centum quadrantibus, & bene cœnas.
Ut cœnem invitor, Sexte, an ut invideam.

Vide ep.6.l.3. unde huic lux.

## *Ad Papilum.* LVIII.

TU *a* Setina quidē semper, vel *a* Massica ponis
Papile: *b* sed rumor tam bona vina negat.
Diceris hoc factus *c* cœlebs quater esse *d* lagenâ.
Nec puto, nec credo Papile, *e* nec sitio.

*a* Vina nobilia, a Setia & Massico in Campania. *b* Immo veneno mista esse fama est. *c* Viduus 4. uxoribus veneno sublatis de voce *cœlebs* vide quæ ad Senec. Hyppolyt. 230. v. *d* Nolo tamen bibere, malo non timæ quam ex perientiæ fidem habere.

De

## *De Ammiano, ad Maronillum.* LIX.

NIhil Ammiano, præter *a* aridam teſtem
Moriens reliquit *b* ultimis pater *b* certis,
Fieri putaret poſſe quis. Maroniſle,
Ut Ammianus *c* mortuum patrem nollet?

*a* Meram teſtem, qua ſe perditæ luxuriæ filius ſuſpenderet.
*b* Ultimo teſtamento vel ima cera teſtamenti, cum in prioribus nominaſſet alios heredes.
*c* Cujus morte nihil præter teſtim ad eum devenit, cujus mortem expectabat, & forte ne expectarat quidem. vide ep. 9. l. 3.

## *Ad Quinctum.* LX.

EXigis, ut donem noſtros tibi, Quincte, libellos?
Non habeo, ſed habet *a* bibliopola Tryphon.
Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina ſanus?
Non, inquis, faciam *b* tam fatuè: *c* nec ego.

*a* Clarus præfatione Quintiliani. & 3. ep. l. 13. b.
*b* Qui emam nugas.
*c* Qui donem fatuo. ep. 99. l. 1. l.

## ¶ *De Veſtino.* LXI.

CUm *a* gravis extremas *b* Veſtinus duceret horas,
Et jam per Stygias eſſet iturus aquas,
Ultima volventes orabat penſa ſorores,
Ut traherent parvâ ſtamina *c* pulla morâ;
*d* Jam ſibi defunctus, caris dum vivit amicis,
Moverunt tetricas tam pia vota deas.
Tum largas partitus opes à luce receſſit:
Seq; *e* mori poſthac credidit ille *e* ſenem.

*a* Gravi morbo affectus.
*b* Filius Veſtini qui in conſulatu præter culpam a Nerone mori juſſus eſt.
*c* Nigra, quæ mortem imminentur. ep. 45. l. 6. ut contra *alba*, ubi vitam
Parcæ protrahunt. Juven. 12. ſat. 65. verſ.
*d* Non vitæ deſiderio moram hanc orabat. ſed ut bona ſua amicis divideret.
*e* Morti maturum. ſic ep. 50. l. 10.

## *De Damis.* LXII.

*a* ADſpicis, imbelles tentent quàm fortia damæ
Prœlia? tam timidis quanta ſit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus audent.
Vis, Cæſar, damis parcere? *b* mitte canes.

*a* Supra ep. 29.
*b* A paradoxo. canibus, quibus damis exitio ſunt, immiſſis, dirimetur prœlium damarum ad perniciem inter ſe furentium. ſic ep. 42. l. 1.

## ¶ *De Nigrina.* LXIII.

OFelix *a* animo, felix Nigrina *b* marito,
Atque inter Latias gloria prima nurus,

*a* Tuo, i. vitæ tuæ, quæ vel ſine animæ tuæ jactura pius
marito profuiſti, quam Evadne & Alceſtis pro & cum ſuis morientes, namque

b — Tu marito tuo, cui lege non licuit patrimonium uxoris caducum participare e qua liberos non procreasset, liberaliter impertiisti a patre tibi relictos census, sic enim malo legere quam *sensus* ut vulgo. e Quæ se in rogum Capanei conjugis injecit. Ovid. 3. de Arte & Papin. 12. l. 9 Quæ conjugis Admeti mortem sua redemit *fab. nota.* e Bl. *certæ.* Jun *Certe maruisti pignora vitæ.* f Ut ep. 9. l. 1. & 37. ep. 11. l.

b Te patrios miscere juvat cum conjuge census,
Gaudentem socio, participiq; viro.
Arserit c Evadne flammis injecta mariti,
Nec minor d Alcestim fama sub astra ferat.
e Tu melius certo meruisti pignore vitæ,
f Ut tibi non esset morte probandus amor.

## *In avarum amicum.* LXIV.

Quoniam tu tibi caves, dimidiato quod petebam (vide ep. 65. l. 1.) ego necessitati meæ consulam in posterum petendo geminum ejus summæ qua mihi opus fuerit.

MIllia misisti mihi sex, bis sena petenti:
Ut bis sena feram, bis duodena petam.

## ¶ *In Zoilum invidum.* LXV.

Paupertati, quæ mihi hactenus cordi & in votis erat, jam renuntio mutato consilio & voto, dites esse volo, nec alia de causa, quam ut ii qui rebus meis modice lætis invident, lætissimas ubi videri nt, invidia rumpantur aut ad laqueum fugiant.

NUnquam divitias deos rogavi,
Contentus modicis, meoq; lætus.
Paupertas, veniam dabis, recede.
Causa est quæ subiti, novique voti?
Pendentem volo Zoilum videre.

## *In Varum.* LXVI.

Ejusdem argumenti vide ep. 38. l. 1. & 57. l. 4. *Abjudicant hoc ep. Martialis.* Nec injuria, quod Adr. Junius ut & quædam alia adoptavit primus. Anth. 2. l. 50. c.

AD cœnam nuper Varus me fortè vocavit,
Ornatus dives, parvula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut oppone dapes, Vare, vel aufer opes.

Ἀργυρίῳ μεμὴ τις ἐλαπίνῃ με χαλίσσας Ἔκταν.

## *In Afrum.* LXVII.

a Ambitiosa indagine officiosas per omnia divitum atria quos vel in ipsis atriis, egredientes, vel in cathedris sedentes admissus salutas, discurris portans ineptum *Afre.* cui jam sexagenario & cano dicendum potius fuerat *vale.* vide ep. 63. l. 5.

COndita cum tibi sit jam sexagesima messis,
Et facies multo splendeat alba pilo;
a Discurris totâ, vagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, ave,
b Et sine te nulli fas est prodire tribuno,
Nec caret officio consul uterque tuo;

b Ep. 62. l. 11. Et

Et *c* ſacro decies repetis Pallaria clivo,
*d* Sigerioſque meros, Parthenioſque ſonas.
Hæc faciant ſane juvenes, deformius, Afer,
Omnino nihil eſt *e* ardelione ſene.

Multoties per viam Sacram repetis Cæſaris domum.
*d* Jactas ubique familiaritatem tuam cum auliciis, crepas uſque Sigerium & Parthenium Cæſaris cubicularios.
*e* Vide ep. 6. l. 2.

## *Ad Mathonem.* LXVIII.

HOſpes eras noſtri ſemper, *a* Matho, Tiburtini.
Hoc emis, *b* Impoſui, rus tibi vendo tuum.

*a* Vide epigr. quod ſequitur.
*b* Decepi ego te, immo tu teipſum dum mancipio tuum pretio vis eſſe prædium Tib. quod prius quidem gratis erat uſu tuum aſſidui hoſpitis, quamdiu meum fuit poſſeſſione.

## *In Mathonem.* LXIX.

DEclamas in febre, *a* Matho: hanc eſſe phrenen *b* Si neſcis, non es ſanus, amice Matho. (ſim
Declamas æger, declamas *c* hemitritæus.
*d* Si ſudare aliter non potes, eſt ratio.
*e* Magna tamen res eſt: *f* errans cum viſcera febris
Exurit, res eſt magna *g* tacere, Matho.

*a* Cauſſidicus. Juven. 1. Sat. 32.
*b* Si neſcis hanc eſſe inſaniam, quod febricitans, declamas, perdita ſane & deplorata laboras inſania, cujus ſenſum non habes. eſt autem Phrenetis inſania ex inflammatione cerebri orta. Celſus. *c* Semitertiana laborans. *d* Si hoc facias quo elicias ſudorem & hinc febrim leves, habes ſane cur declames. *e* Poſſe in febre declamare, ir quit Poeta ex perſona Mathonis. *f* Reſp. objectioni Poeta, cum errans .i. incertas habens acceſſiones & deceſſiones ſemitertiana exurit viſc. alii leg. *errat*. *g* Non clamare, non ingemiſcere, arguit autem Mathonem vel improbæ & effrenis loquendi libidinis, vel pronunciationis quærulæ & quaſi in febre quiritantis, hoc ep. ut & 71. Janus Rutgerſ. abdicat Martiali.

## *Ad Rufum.* LXX.

HOs quoq; commenda Venuleio, Rufe, libel-
Imputet & nobis otia parva, roga: (los
Immemor & paullum curarum, operumq; ſuorum,
*b* Non tetricâ nugas exigat aure meas. (entem:
Sed *c* nec poſt primũ legat hæc, *d* ſummumve tri-
*e* Sed ſua cùm medius prœlia Bacchus amat,
Si nimis eſt legiſſe *f* duos; tibi charta plicetur
Altera: *g* diviſum ſic breve fiet opus.

*a* Duos tertium & quartum hunc infra g.
*b* Non rigida cenſura ad amuſſim & perpendiculum examinet carmina hæc nugatoria.
*c* Inter magis ſeria, & prioſ. quam mero incaluerit. ep. 7. ſupra h. *d* Nec tamen poſt ultimum, ubi nimius fervor, vel ubi fruguit deferbuitque alacritas. *e* Sed inter ſcyphos, cum in media cœna poſcunt majora pocula. *f* Supra notâ a. *g* Vide ep. 23. ſupra.

## *In Nævolum.* LXXI.

*a* SEcuro nihil eſt te, Nævole, pejus, eodem
Solicito nihil eſt, Nævole, te melius.

*a* Te curis vacuo & proſpere agente nihil arrogantius & inſolentius, curis preſſo modeſtior nemo aut ſummiſſior. & quod de Caligula Paſſienus, *Nemo fuit ſervus melior, nemo dominus deterior.*

Securus

Securus, nullum reſalutas, deſpicis omnes;
*b* Nec quiſquam liber, nec tibi gratus homo eſt.
Solicitus, donas, dominum regemque ſalutas;
Invitas, eſto, Nævole, *c* ſolicitus.

*b* MS. Bodl. *Nec quiſquam triſtis, nec tibi notus homo eſt.* *c* Ut ſies uſque modeſtus.

## *In Ponticum.* LXXII.

*a* NOs bibimus vitro, tu *b* myrrhâ, Pontice, quas
*c* Prodat perſpicuus ne duo vina calix. (re?

*a* Convivæ tui. *b* Poculo myrrhyno. *c* Ne ſi tu vitreis, ut nos, biberes, appareret te non idem vinum bibere quod nos, ſed generoſius. ep. 47. lib. 10.

## ¶ *Ad librum de Apollinari.* LXXIII.

SI vis auribus * Atticis probari,
Exhortor, moneoque te libelle,
Ut docto placeas *b* Apollinari.
*c* Nil exactius, eruditiuſque eſt,
Sed nec candidius, benigniuſque:
*d* Si pectore, ſi tenebit ore,
Nec *e* ronchos metues maligniorum,
Nec *f* ſcombris tunicas dabis *g* moleſtas.
*b* Si damnaverit, ad *i* ſalariorum
Curras ſcrinia protinus licebit,
*k* Inverſa pueris arande charta.

* Politis, delicatis, eleganter teretibus. *b* Ep. 22. l. 7. *c* Qui ut apprime exacti eſt judicii & eruditionis ad examinandum; ita miri candoris & benigni ingenii ad approbandum. *d* Ille ſi te approbarit baſio & amplexu dignatus ep. 3. 1. l. 1. abunde tutus eris, & extra plebei judicii aleam contemptumque poſitus. *e* Ep. 3. l. 1. e. *f* Ep. 2. l. 3. c. *g* Hinc conjicio non tam involutos ineptis hiſce chartis piſciculos illos venales quam in iis frixos fuiſſe, cum Methaphoram ſumat a tunica illa moleſta pice & bitumine illita, qua miſelli ardebant damnati, ep. 25. l. 10. alii intelligunt chartas illas, quibus involuti afferebantur ſcombri, a coquo in ignem injectas. vide ep. 2. l. 3. e. *h* Ille ſe improbarit, deſpera te placere aliis poſſe. *i* Puerorum ſalſamenta vendentium. *k* In tergo a pueris ſcribenda, olim autem una tantum chartæ facie ſcribebatur. Juven. 1. Sat. 5. verſ. vide ep. 60. l. 8.

## *De Baſſa.* LXXIV.

INfantem ſecum ſemper tua Baſſa, Fabulle,
Collocat, & luſus, deliciaſque vocat.
Et quod mireris magis, *a* infantaria non eſt.
Ergo quid in cauſſa eſt? *b* pedere Baſſa ſolet.

*a* Nec tamen ea eſt quæ infantes amet. *novatum verbum.* *b* Et in infantem quem geſtabat fabam cudere, culpam rejicere.

## *In diſſimulatorem.* LXXV.

NUlla remiſiſti parvo pro *a* munere dona;
Et jam Saturni *b* quinque fuere dies.

*a* Libro forte, vel alio munere in Saturnalibus miſſo. *b* Saturnalia ad quintum diem protraxit Caligula.

Ergo

Ergo nec argenti ſex *c* ſcriptula *d* Septitiani,
Miſſa, nec à *e* querulo *f* mappa cliente fuit.
*g* Antipolitani nec quæ de ſanguine thynni
Teſta ruber, nec quæ *h* coctana parva gerit;
*i* Nec rugoſarum vimen breve Picenarum:
*k* Dicere te poſſes ut meminiſſe mei,
Decipies alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi jam notus *l* diſſimulator eris.

*c* Græcis γεγράμματα a numero literarum, uncia enim 24. continebat ſcrupula. *d* Argenti, ut volunt, improbioris notæ. Alii ad *libram* referunt, de qua ep. 68. l. 8. Alii leg. *Septitiane*, ad quem ep. ult. l. 11. *e* Ep. 43. l. 1. dd. *f* Supra 37. K. *g* Nec muria, quæ e ſanguine thunni confecta mittebatur Romam ab Antipoli Aſiæ, aliis *Galliæ Narbonenſis* urbe. *h* Ficus parvas ex Syria. 13. l. 28. ep. *i* Nec ciſtella olivarum Picenarum. 13. l. 35. ep. *k* μνημόσυνον, ſc. & argumentum amoris. *l* Ingratus. eſt enim ingratus qui beneficium accepiſſe ſe negat, & qui diſſimulat. Sen. Benef. 3. l. 1. c. vel qui diſſimulas te non intelligere, quid velim. vide ep. 16. i. & ep. 26. l. 5. *n*.

## *De ruſticatione.* LXXVI.

RUre morans quid agã, reſpondeo pauca, roga-
Luce deos oro, famulos, poſt arva reviſo; (tus,
*a* Partibus atq; meis juſtos indico labores.
Inde lego, *b* Phœbumq; cio, Muſamq; laceſſo.
Hinc *c* oleo corpuſq; frico, mollique palæſtra
Stringo libens, animo gaudens, ac fœnore liber.
*d* Pondero, poto, cano, ludo, lavo, cœno, queſco.
Dum parvus elychnus modicum conſumat olivi.
*f* Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

Hoc ep. longe infra Martialis ingenium videtur. Loco tamen non moveo, tot jam editionibus publici juris factum. *a* Meis famulis opus diſtribuo. ſic Dido Virgiliana. *operumq; laborem Partibus æquabat juſtis aut ſorte trahebat.* *b* Pango carmina. *c* Ep. 48. l. 3. nota 4. *d* Omnes uno ore emendant, *Prandeo* neque enim prandium omnino Latio exulabat. *e* Ellychnium, lucerna. *f* Nox lucubrata dat hæc carm. &c. *Vel*, nox dat hæc carmina lucubrata Muſis nocturnis.

## *Ad Librum.* LXXVII.

*a* OHe jàm ſatis eſt, ohe libelle.
Jam pervenimus uſque ad *b* umbilicos:
*c* Tu procedere adhuc, & ire quæris:
Nec ſummâ potes in ſchedâ teneri.
Sic tanquam tibi res peracta non ſit,
Quæ primâ quoque paginâ peracta eſt.
Jam lector quæritur, deficitque;
Jam *d* librarius hoc & ipſe dicit,
*a* Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle.

*a* Imitatio Horatiana. 5. ſat. 1. l. & 3. lat. 2. l. *b* Vide ep. 59. l. 1. l. *c* Tu tamen O libelle vis ire ulterius, nec contentus es paginæ ex re. nam etiam partem implere, tanquam nondum perfeceris rem quam vel in prima paginæ parte feciſti, hoc eſt, ſatiaſti lectorem & tædio enecaſti. de ſchedâ. vide Vitellium c. 3. *d* Qui libros tranſcribit.

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

## LIBER V.

### *Ad Cæsarem.* I.

*a* Hoc quicquid est libri, hunc qualemcunque horum * mittimus tibi O Cæsar.

*b* Seu degis in monte Albano. Quem locum tam quam arcem elegerat, & ubi quinquaeris in honorem Minervæ quotannis celebravit.

*a* HOc * tibi, *b* Palladiæ seu collibus uteris Albæ,
Cæsar, & hinc *c* Triviâ prospicis, *d* inde Thetin?
*b* Seu tua veridicæ discunt responsa sorores,
*f* Plana suburbani qua cubat unda freti:
*g* Seu placet Æneæ nutrix, *h* seu filia Solis,
Sive *i* salutiferis *k* candidus Anxur aquis;
* Mittimus O rerum felix tutela, salusque,
Sospite quo *l* gratum credimus esse Jovem,
Tu tantùm accipias: ego te legisse putabo.
Et tumidus *m* Gallâ credulitate fruar.

4. l. 1. ep. 1. *c* Artemisium templum in nemore Dianæ Triviæ prope Aricinam. *d* Ab altera parte prospicis mare. *e* Seu degis Antii, ubi fortuna colitur sub imagine geminarum sororum. Per adulationem autem Domitiano numen majus & oraculum certius attribuit, dictanti sc. his tanquam minoribus Diis responsa. *f* Quam urbem mare alluit cujus suburbia occupat mare. *g* Seu recessisti in Cajetam urbem Campaniæ, ab Æneæ nutrice dictam, ut vult Virg. 7. Æneid. ut alii, a κάϊειν quod ibi classis Trojana incensa, ut alii, a sinuosa cavitate, quam Lacones *Caietam* dixerunt. *h* Seu versaris *Circeis*, promontorio Italiæ, a Circe filia Solis & Perses quondam habitato. *i* Propter Pontinam, vel alias plaudes, in quas pronum est Anxuri ab Ufenti fl. non parva quarum salubritate. sic ep. 49. l. 10. f. *k* *Impositum late saxis candentibus Anxur.* Horat. 5. sat. 1. l. *l* Non immemorem Capitoli a Domitiano puero defensi. ep. 94. l. 9. vel restituti cum iterum arsisset, Suet. 5. c. Dom. vide ep. 49. l. 7. *m* Facili. Galli enim tunc simplices, &c. credili Strabo 4. l.

### *Ad Lectores.* II.

*a* Vide ep. 58. l. 3. d.

*Ex. W. h. *Hic.*

*a* MAtronæ, puerique, virgineſque,
Vobis pagina noſtra dedicatur.
* Tu, quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, ſaleſque nudi,

* Laſcivos

† Laſcivos lege *b* quatuor libellos ;
* Quinctus cum *c* domino liber jocetur ;
Quem *d* Germanicus *e* ore non rubenti
Coram *f* Cecropiâ legat puellâ.

† *Turpes Marſe, tuos legat libellos :*
*b* Præcedentes.
* *Noſter.*
*c* Domitiano.

*d* Domitianus. Qui ſe tanquam a Germania devicta ita appellari voluit. *e* Sine rubore. *f* Pallade, peculiare Domitiani numine ; cujus filium, ſe dici credique voluit. Sueton. Domit. c. 4.

## *Ad Domitianum.* III.

*a* Accola jam noſtræ Degis *b*, Germanice, ripæ,
A famulis Iſtri qui tibi venit aquis,
Lætus & attonitus, viſo modò præſide mundi,
Affatus comites dicitur eſſe ſuos :
Sors mea quàm fratris melior : cui tã propè fas eſt
Cernere, tam longè quem colit ille *c* Deum.

*a* Diegis miſſas ad te in provinciam Rom. cis Danubium a Decebalo Dacorum rege (qui ultra Danubium) legatus de pace & obſidibus tradendis, ubi te vidit, beatiorem ſe fratre ſuo (ſorte Decebalo) prædicabat, it. quiens, *Sors mea, &c.* *b* Ep. præced. d. *c* Domitianum.

## *Ad Paullum de Myrtale.* IV.

Foetere multo Myrtale ſolet vino.
Sed *a* fallat ut nos, folia devorat lauri,
Merumque *b* cautâ fronde non aqua miſcet.
*c* Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire, Paulle, videris contrà ;
Dicas licebit : Myrtale bibit laurum.

*a* Ut gravior lauri vis obrumat vini odorem.
*b* Qua cavet graveolentiam a vino.
*c* Quoties itaq; Myrtalem rubicundam & venas inflatam conſpexeris, ne imputes Baccho ſed Apollinis noli illam ebriam dicere ſed vatem numine afflatam, epota lauro ; non ſecus ac alii vates ἐνθουσιασμὸν procurant manducata lauro. Lycophr. Caſſ. δεῦρο μηδόμενον φιλβάζειν ἐπ λαιρῷδ ὄπα.

## *Ad Sextum.* V.

*a* Sexte, Palatinæ cultor facunde Minervæ,
Ingenio frueris qui propiore dei ;
Nam tibi naſcentes domini cognoſcere curas,
Et ſecreta ducis pectora noſſe licet ;
*b* Sit locus & noſtris aliqua tibi parte libellis,
Quã Pedo, quã Marſus, quãque Catullus erit.
*c* Ad Capitolini * cœleſtia carmina belli,
Grande cothurnati pone Maronis opus.

*a* Sexte, qui es Imperatorii a ſacræ religionis cultu, ab ingenii ſtudiis, & a conſilius ſectetioribus, Bibliothecarius Palatinus.
*b* Dignare loco, repone libros meos in bibliotheca tua, vel Imperatoris inter cæteros epigrammatarios, Catullum Pedonem, Marſum. *c* Sed carmina illa de bello Viteliano ipſiuſque Domitiani periculo, flagrante Capitolio, (* a te, vel ipſo forte Domitiano condita, namque his vacaſſe cum ſtudiis conſtat ex Plinii præfat. ad hiſt.) repone juxta Æneida ſublimis Virgilii, Suet. 1. cap. Domit.

¶ *At*

## ¶ *Ad Parthenium.* VI.

SI non eſt grave, nec nimis moleſtum,
Muſæ, *a* Parthenium rogate *b* veſtrum?
*c* Sic te ſerior & beata quondam
Salvo Cæſare finiat ſenectus,
Et ſis invidiâ favente felix;
Sic *d* Burrus citò *e* ſentiat parentem,
*f* Admittas timidam, brevemque chartam
*g* Intra limina ſanctioris aulæ.
Noſti tempora tu *h* Jovis ſereni,
Cùm fulget placidus, *i* ſuoque vultu,
Quo nil ſupplicibus ſolet negare;
*k* Non eſt, quòd metuas preces *k* iniquas:
Nunquam grandia, nec moleſta poſcit
Quæ *l* cedro decorata, *l* purpuráque
Nigris pagina crevit *l* umbilicis.
Nec porrexeris iſta, ſed teneto,
Sic tanquam nihil offeras agaſque.
Si novi *m* dominum novem ſororum,
Ultro purpureum petet libellum.

*a* Qui Cæſari eſt a cubiculis.
*b* Veſtri cultorem, O Muſæ ep. 28. l. 8. 2. & ep. 1. l. 11.
*c* *Precationem hanc concipit muſarum Virbius.*
*d* Filius tuus. ne quo, ep. 36. l. 4.
*e* Patris fortunas ſapiat, indolis paternæ det ſpecimen. vide & ep. 31. l. 6.
*f* Hunc verecundum nec longum epig. libellum.
*g* In palatium vel in conclave Cæſaris.
*h* Ubi placidus & lætus eſt Domitianus. *Metaph.* *i* Vultus ſane Domitiani venuſtus erat, & quo ſe commendari voluit. Suet. Dom. 18. c. *k* Neque enim Poeta (ut quiunt Muſæ) oblato libello hoc ornato quicquam impudenter aut immodice petit. *l* Vide ep. 59. l. 1. m. & 2 ep. 3. l. *m* Domitianum, mutarum cultorem, imo dominum. *Adulatorie.*

## ¶ *Ad Volcanum.* VII.

*a* QUaliter Aſſyrios renovant incendia nidos,
*b* Una *c* decem quoties ſecula vixit avis:
Taliter *d* exuta eſt veterem nova Roma ſenectam,
Et ſumpſit *e* vultus præſidis ipſa ſui.
*f* Jam precor oblitus noſtræ, Volcane, querelæ
Parce: *g* ſumus Martis tuba, ſed & Veneris.

*a* Ut Phœnix avis illa Aſſyria, ubi annos M. v xerit, conſtructo rogo cremans ſeſe renovare dicitur: ita Domitianus ſenio & incendio deformem urbem reſtituit. *b* Duo tamen viſi aliquando pater & filius. Pierius Hieroglyph. 20. l. *c* De numero annorum variant autores. Lactantius M. trialiſ aſtipulatur. vide Plin. 10. l. 2. c. *d* Eutropius. l. 7. & Suet. Domit. ca. 5. *e* Ep. præced. nota i. *f* Noli ulterius in nos nepotes & genus Martis, cui tu ob ac ulterium ejus cum Venere tua inſenſus es, flamma vindice furibundus grafari. Signantius ergo eſt quod præferunt MSS. *nota Volcano querelæ.* *g* Sumus, quidem proles Martis adulteri tui, a Romulo: ſed & Veneris uxoris tuæ, ab Æne, &c.

## *De Phaſide.* VIII.

*a* EDictum *b* domini, deique noſtri,
Quo ſubſellia certioia fiunt.

*a* De renovanda lege Roſcia, qua nulli in 14. gradibus ſedere licuit, niſi cui ſenſus equeſtris. Sueton. c. 8 Dom. *b* *Dominum te ac Deum* appellari inſtituit Domitianus. Xiphilinus & Sueton. in Domit. c. 13.

Et

Et *c* puros eques ordines recepit,
Dum laudat modò *d* Phaſis in Theatro,
Phaſis purpureis rubens lacernis,
Et jactat tumido ſuperbus ore:
*e* Tandem commodius licet ſedere,
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris;
Turbâ non premimur, nec inquinamur.
Hæc, & talia dum refert ſupinus,
*f* Illas purpureas, & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

*c* Plebi non admiſtos.
*d* Plebeius neſcio quis, qui ex veſtitu ſe equitem videri voluit.
*e* *Verba hæc Phaſidis ſe ex lacernis purpureis equitem gloriantis.*
*f* Phaſidem verbis & veſtibus ſe pro equite jactantem gradibus equeſtribus ejecit adveniens deſignator Lectius qui illum probe noverat. 3. l. ep. 65. g.

## *In Symmachum.* IX.

*a* LAnguebam: ſed tu comitatus protinus ad me
*b* Veniſti centum, Symmache, diſcipulis.
Centum me tetigere manus *c* Aquilone gelatæ.
*d* Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

*a* Non plane ægrotabam, inclinabam tantum in morbum.
*b* Veniſti, O medice, comitatus multis tuis diſcipulis (pro more viſendi illius temporis) qui ſinguli longo ordine venam meam tangebant, vel potius arteriam explorabant. **felt my pulſe.** *c* Frigidiſſimæ, tanquam Borea gelatæ. *d* Et latenti in me febris cauſæ προσυμπάθειᾳ frigidus veſter contractus adjecit extrinſecus περιαπτικῶς, ita plane acceſſit febris, in quam prius ſolum diſponebar.

## ¶ *Ad Regulum, de fama poetarum.* X.

ESſe quid hoc dicam, vivis quòd fama negatur,
Et ſua quòd rarus tempora lector amat?
Hi ſunt invidiæ nimirum, *a* Regule, mores,
Præferat antiquos ſemper ut illa novis.
*b* Sic veterē ingrati Pompeii quærimus umbram,
*c* Et laudant Catuli vilia templa ſenes.
*d* Ennius eſt lectus ſalvo tibi, Roma, Marone?
Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.
Rara coronato plauſere theatra Menandro:
*e* Norat Naſonem ſola Corinna ſuum,
Vos tamen ô noſtri ne feſtinate libelli:
*f* Si poſt fata venit gloria, non propero.

*a* De hoc Reg. v. 94. ep. 1. l.
*b* Sic novis Domit. ambulacris & porticibus pulcherrimis præferimus porticum Pomp.
*c* Et ſenes, laudatores temporis acti præconeſque vetuſtatis, Capito, magnificentiſſime a Domit. inſtaurato præferunt tamen illud prius a Luct. Catulo perfectum dedicatumque quod bellis nuper Vitellianis conflagrarat. Alii leg. *Julia templa.* *d* Neglectum erat opus Maronis, dum ipſe erat in vivis prælato Ennio; ſed hoc poetice amplificat, ut de Hom. & Ovid. *e* Ovidii amica falſo hoc nomine celebrata, vide Gyraldum in vita Ovid. *f* Mihi ſufficiet gloria poſtuma.

## *Ad Severum, de Stella.* XI.

SArdonychas, *a* ſmaragdos, adamantas, jaſpidas
Verſat in *b* articulo *c* Stella, Severe, meus. (uno
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies : *d* inde eſt hæc, puto, culta manus.

*a* Mediam hic corripit exemplo Græcorum. Nonnihil in Dionyſ. βίβλ. ε. Theocr. εἰδύλ. 17. Hom. Batrach. *b* Digito. *c* Ep. 8. l. 12. *d* Gemmeis annulis ornatur, quod elegantias & lumina in carmine ponere ſciat.

## *De eodem.* XII.

QUòd nutantia fronte *a* perticata
Geſtat pondera Maſthlion ſuperbus,
Aut grandis linus omnibus lacertis
Septem quod pueros lavat vel octo ;
Res non difficilis mihi videtur :
*b* Uno cum digito, vel hoc, vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

*a* P. Scriv. ex opt. Cod. autoritate, judicioq; opr. ſuo reponit *perticata* cum prius lectum eſſet *pertinaci*, cenſetq; Maſthlionа & Linum fuiſſe Ἀχμαστατοὺς, cujuſmodi fuiſſe Athanatum & Fuſium meminit Plinius, l. 7. c. 20. illum autem reſupinum ( quocirca in ſec. verſu legerim *ſupinus* loco *ſuperbus*) contum ceu perticam ſtipendæ molis erectam in area frontis geſtaſſe; hunc utroque brachio pueros multos. *b* Cum Stella uno digitulo portet 10. annulos totidem puellarum pignora, vel ora ceu effigies 10. puellarum ( forte 9. Muſarum & Hiantidis ſuæ, atq; alluſum ad Pyrrhi gemmam qua effingebatur Apollo cum 9. Muſis ) in unius annuli ceu plurium gemmis inſculptas portet.

## ¶ *In Caliſtratum.* XIII.

SUm, fateor, ſemperque fui, Calliſtrate, pauper,
Sed *a* non obſcurus, nec malè notus eques.
Sed toto legor orbe frequens, & *b* dicitur, hic eſt.
*c* Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et *d* libertinas arca *e* flagellat opes :
*f* Magnaque Niliacæ ſervit tibi gleba Syenes ;
Tondet & innumeros *g* Gallica Parma greges.
*h* Hoc ego, tuq; ſumus, ſed *i* quod ſum, non poteſ
Tu *k* quod es, è populo quilibet eſſe poteſt. (eſſe:

*a* Ingenio clarus, honore equitis & titulo, donatus. l. 2. ep. 66. & 67. non cenſu equeſtri. *b* Digito monſtror. *c* Ep. 1. l. 1. c. *d* Ingentes, quales poſſederunt liberti ditiſſimi, Chryſoponus, Narciſſus, Pallas, Calliſtus &c. quos enumerat Plinius. l. 36. c. 18. *e* L. 2. ep. 26. c. *f* Sunt tibi latifundia in terra Ægypto, cujus civitas *unam naſquam flexura Syene*. *g* Galliæ ciſalpinæ urbs lana nobilis. ep. 36. l. 2. b. & l. 14. c. 155. *h* Quod ſupra dixi, ego ſc. — *i* — Pauper doctus : tu — *k* — Dives indoctus.

## *De Nanneio.* XIV.

SEdere *a* primo ſolitus in gradu ſemper,
*b* Tunc cùm liceret *c* occupare, Nanneius ;

*a* Proximo Orcheſtræ. *b* Ante Domitiani edictum, de qua ſupra ep. 8. 2. *c* Præripere equitibus.

*d* Bis excitatus terq; transtulit castra,
Et inter ipsas penè tertius sellas
Post Caiumque, Luciumque consedit,
Illinc cucullo prospicit caput tectus,
*e* Oculoque ludos spectat indecens *e* uno.
Et hinc miser dejectus in *f* viam transit,
Subsellioque *g* semifultus extremo,
Et *g* malè receptus altero genu, *h* jactat
Equiti, sedere; *i* Lectioque, se stare.

*d* Bis terq; excitatus a designatoribus & coactus migrare in remotiorem locum cum sella sua (& hoc lepide dicit *ejecta transferre*) quam in ipsis gradibus posuit inter duos equites Ca. & La. etiam inde extractus est in viam, sellas autem inferre moris erat. *e* An quia luscus? an credo quod altero tantum oculo prospiceret cucullo obvolutus? *f* Interstitia in spectaculis inter ordines erant, inter cuneos & circa balthea quæ theatrum cingebant. *g* Semi-sedens & semi-stans. *h* Velut ipse eques. *i* Designatori, metuens ne & inde ejiceretur.

## *Ad Cæs. Domitianum.* XV.

QUinctus noſtrorũ liber eſt, Auguſte, jocorum,
*a* Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato ſed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamẽ hęc proſunt, quãvis venerantia multos?
*b* Non proſint: ſane me tamen iſta juvant.

*a* Neme queritur se lesum esse. *Heinsius.*

*b* MS. Bodl. *Quid tamen hæc prosunt? quamvis venerantia multis non prosunt. Sane me tamen ista juvant.*

## *Ad Lectorem.* XVI.

*a* SEria cùm poſſim, quod delectantia malim
Scribere, tu cauſſa es, lector amice, mihi.
Qui legis, & totâ cantas mea carmina Româ,
Sed neſcis, *b* quanti ſtet mihi talis amor.
Nam *c* ſi falciferi defendere templa tonantis,
Solicitiſque velim *d* vendere verba reis;
*e* Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet * vario ſordidus ære ſinus.
*f* At nunc conviva eſt, commeſſatorque libellus,
Et tantùm gratis pagina noſtra placet.
*g* Belle, inquis, dixti: ſatis eſt: laudabimur uſque,
*h* Diſſimulas? *i* facies me, puto, cauſſidicum.

*a* Res graves & serii argumenti. *b* Inopia sc. & rerum indigentia, dum enim amorem capto ex his nugis, mercedem amitto quam ex aliis studiis capere possem. Ita dum aliis placeo, mihi pereo. *c* Si velim patronus causas defendere in foro, ubi Saturni falcem ferentis ædes. Macrob. 1. 1. 8. *c*. *d* Locare linguam, & *voces prostituisse foro*. ep. 52. l. 7. g. *e* Mittentur mihi a clientibus quos defendi cadi vini Hispani, nummo æreo implebitur sinus, &c. * Scribend. *Phario* Rut. *f* Nunc tantum ad convivia admittitur, & inter compotationes lectitatur lib. meus, atque ipse ego adeo. *g* Acclamas mihi *Belle*, & laudas, quasi hoc satis sit. sed *Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?* vide Juv. 7. Sat. 80. v. & Dial. *Q.* intilini ceu Taciti. *h* Non vis intelligere, me aliud poscere præter laudem? inf. ep. 26 *i* Certe nihil largiendo coges me mutare studium & foro servire, ubi leges ampla. ep. 66. l. 1.

## *In Gellium.* XVII.

*a* Dum ſordet tibi maritus ex ordine equeſtri.

Dum proavos, atavoſq; refers, & nomina magna;
*a* Dum tibi noſter eques ſordida conditio eſt:
Dum te poſſe negas *b* niſi lato, Gellia, clavo
Nubere: nupſiſti Gellia *c* ciſtifero.

*b* Niſi ſenatori, cujus inſigne erat latus clavus veſtis cui attexti clavi aurei seu coccinei. *c* Abjectiſſimo Cybeles ſacrificulo, qui ferebat ciſtulam, in qua religionis Iſiacæ erant arcana. Turnebus 3. l. 21. c. & Baptiſt. Pii Annot. Prior. Calderinus de Judæo intelligit cui *cophinum fœnum que ſupellex.*

## ¶ *Ad Quinctianum.* XVIII.

*a* In Saturnalibus ep. 46. l. 2. 2.
*b* Dict. ep. 8.
*c* Gladioli argentei seu ſpathulæ. ep. 116. l. 14.
*d* L. 14. ep. 42.
*e* L. 14. ep. 10. & 11.
*f* Vaſe teſtaceo metæ seu turbinis formam habente,

QUòd tibi *a* Decembri mẽſe, quo volãt *b* mappæ,
Graciliſq; *c* ligulæ, *d* cereique, *e* charitæque,
Et *f* acuta *g* ſenibus *f* teſta cum *g* damaſcenis,
Præter libellos *h* vernulas nihil miſi:
Fortaſſe avarus videar, aut inhumanus.
Odi doloſas munerum & malas artes.
*i* Imitantur hamos dona: namque quis neſcit,
Avidum voratâ deciꝑi ſcarum muſcâ?
Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, *k* liberalis eſt pauper.

**a Jarre.** *turbine conditus vuenti Prunorum globus.* Papin. *g* Prunis rugoſis (ut ep. 29. l. 13.) a Damaſco Syriæ urbe. *h* Domi meæ natos, vel procaces, diſcaces, jocoſos æque ac vernas, vide ep. 36. l. 1. 2. *i* Ep. 45. l. 4. b. *k* Dona non ineſcat, non canonatur, infra ep. 57.

## *Ad Cæſ. Domitianum.* XIX.

*a* Immo adulationis?
*b* In ſpectaculis certe, non de hoſtibus niſi falſos, ut de Dacis & Cattis victoribus magis quam victis. vide Sueton. c. 6. & Dionem.
*c* Quando Palat. dei Jupiter, Juno, Minerva

SI qua fides *a* veri, præferri maxime Cæſar,
Temporibus poſſunt ſecula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit ſpectare *b* triumphos?
*c* Quando Palatini plus meruere dei?
Pulchrior & major quo ſub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe *d* tanta fuit?
Eſt tamen hoc vitium, ſed non leve, ſit licet unum,
Quòd colit *e* ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri, fidoque ſodali,
Aut quem proſequitur *f* non alienus eques?

beneficiis ſuis majorem cultum & plures meruerunt honores, quam hoc ævo? *d* Immo, quando minor? cum nemini de Rep. mutire quidem liceret. *e* Donis, beneficiis, officiis? *f* Qui nobilitate & cenſu eques eſt: non autem equo ſtipendia faciens, aut titulo equitis ab Imperatore honoratus.

Ad

## *Ad eundem.* XX.

*a* SAturnalitiæ *b* ligulam miſiſſe ſelibræ,
Et Flammatæve togæ ſcriptula tota decem,
*d* Luxuria eſt, *e* tumidiq; vocant hæc munera reges.
*f* Qui crepet aureolos, forſitan unus erit.
Quatenus hi non ſunt, eſto tu, Cæſar, amicus.
Nulla ducis virtus *g* dulcior* eſſe poteſt.
Jam dudum *h* tacito rides, Germanice, naſo:
*i* Utile, quod non vis, do tibi conſilium.

*a* Duo hæc ep. conjungit. P. Scrivenius. *In* Saturnalibus mitti ſolitæ. ep. 37. l. 4. 2.
*b* Supr. ep. 18. c.
*c* Aut mittere i togam purpura micantem & quaſi flammantem, quæ vix ſtetit 10. ſcrupulis, ſed auri, neque n. 10. ſcrupulis argenti veſtis purpurea emi poterat. vide ep. 75 l. 4. c. *d* Luxuriosæ & nimiæ largitionis videtur eſſe divitibus noſtris. *e* Et divites patroni vocant hæc magni munera. *f* Qui donet ultra unum numum aureolum, & qui agitati ſonent. ep. 32. l. 12. c. *g* Quam munificentia. * *pulchrior.* *h* Suboluit me tibi hoc in rem meam conſoluiſſe, idecque ſubrides. *i* Dum ſuadeo tibi munificentiam, quæ mihi uſui, tibi præſidio eſſe poſſit: ſed tibi non placet conſilium hoc impendioſum futurum, ſic infra ep. 26. l. Jan. Rutgerſ. legit, *quod nobis.*

## ¶ *Ad Julium Martialem.* XXI.

SI tecum mihi, care *a* Martialis,
Securis liceat frui diebus;
Si diſponere tempus otioſum,
Et *b* veræ pariter vacare *b* vitæ:
*c* Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumque triſte
*c* Noſſemus, nec *d* imagines ſuperbas:
Sed *e* geſtatio, fabulæ, libelli,
Campus, porticus, umbra, *f* virgo, thermæ;
Hæc eſſent loca ſemper, hi labores.
Nunc vivit ſibi neuter heu, bonoſque
*g* Soles effugere, atque abire ſentit;
*h* Qui nobis pereunt, & imputantur.
*i* Quiſquam vivere cùm ſciat, moratur?

*a* Vide ep. 53. l. 4. 2.
*b* Ep. 16. l. 1. d. & 65. ep. 2. l. c.
*c* Non curaremus noſſe.
*d* Vide ep. 65. l. 2. c.
*e* Ep. 13. l. 1. h.
*f* Virgo aqua quam adduxit Agrippa via Prænestina. Pl. 31. l. 3. c. Martian. 6. l. 15. c. noſt. 6. l. 34. ep. Ex. Weſt. legit *Villa.*
*g* Dies, quibus bene uti ad vitæ hilaritatem licuit. *h* Quod eos inutiles abire paſſi ſumus, non aliis nobis redditis pro eis quibus non viximus genialiter. *i* Sic ep. 16. l. 1.

## *De Appollonio.* XXII.

QUinctũ pro Decimo, pro Craſſo, Regule, *a* Ma-
Antè ſalutabat rhetor Appollonius. (crum
Nunc utrumque ſuo reſalutat nomine: *b* quantum
Cura, laborque poteſt! ſcripſit, & edidicit.

*a* Acutius legas *Macrum*, nam & hinc inepti rhetoris infelicem arguit memoriam qui *Decimum* ſalutaret dimidio nomine, *Quinctium*: *Craſſum*, contrario nomine, *Macrum*. *b Ironice & Sopotice.*

## *In Paullum.* XXIII.

a MAne domi ſi te * merui, voluique videre,
Sint mihi, Paullo, tuæ longiùs Exquiliæ.
b Sed Tiburtinæ ſum proximus accola pilæ;
c Qua videt antiquum ruſtica Flora Jovem.
d Alta ſuburbani vincenda eſt ſemita clivi,
Et e numquam ſicco ſordida ſaxa gradu:
Vixq; datur longas mulorum f vincere g mandras;
Quæque trahi multo marmora h fune vides.
Illud adhuc gravius, quòd te poſt mille labores,
Paulle, i negat laſſo janitor eſſe domi.
Exitus hic operis vani, togulæque k madentis:
l Vix tanti Paullum mâne videre fuit.
Semper inhumanos habet officioſus amicos:
m Rex, niſi dormieris, non potes eſſe meus.

* Scribendum *metui*, volebat amicum viſere, ſed metuebat ne Paulus vel domi non eſſet, vel negaretur eſſe.
a Si tanti fit tibi officium meum ut te videre mereatur, amor quidem meus is eſt ut ad te ire velim, etiamſi longius forent Exquiliæ, ubi tu habitas.
b Sed ego habito ad pyrum in via Tiburtina.
l. 1. ep. 99. b. c Prope Floræ deæ ruſticæ & florum præſidis templum atque vetus Capitolium Jovis. d Qua per ſuburram aſcenditur ad montem Exquilinum. e Perpetuo cœnoſa ſaxa. f Superare, præterire. **to paſs by.** g Proprie caulas, ſtabula, hic ut apud Juvenalem 3. Sat. v. 237. ſeries mulorum onera portantium. h Machinis, vel plauſtris, ut Juven. 3. Sat. 255. v. i L. 2. ep. 4. k Nimbo, imo, ſudore. l VIX ſuſcipiendus ſit labor tantus, etiam ſi certum eſſet te domi tuæ repertum iri. m Aut domi mane ſis, aut ego non ſubibo tantas itineris moleſtias tui ſalutandi gratia, innuit autem Paullum exire & ipſum alios ſalutatum, ut ep. 15. l. 2. a.

## *Ad Baſſum.* XXIV.

a HErbarum fueras indutus, Baſſe, colores;
b Jura theatralis dum ſilêre loci.
c Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci
Juſſit, & d Oceanum e certior audit eques.
Non niſi vel f cocco madidâ, vel f murice tinctâ
Veſte nites, g & te ſit dare verba putas.
h Quadringentorum nullæ ſunt, Baſſe, lacernæ:
Aut meus ante omnes Codrus haberet equum.

a Lacernas virides ceu galbaneas.
b Lex Roſcia, ſupra ep. 8. 2. & 14.
c At poſtquam Domitianus Imp. aſſumpta cenſura revocavit legem Roſciam, ibid. 8. ſupra. d Deſignatorem theatralem. e Non plebi immiſtus, ut ante. f Purpurea, piſcis muricis ſanguine, ceu flore quem ore habet morienſque exuit, tincta; vel cocco. **cochineal.** grano ſcapis aquifoliæ ilicis deraſo. Plin. 16. l. 8. c. g Et veſte equitem mentiri atque deſignatorem fallere credis. h Non qui habet lacernam purpuream, habet etiam cenſum equeſtrem, ep. 56. l. 4. 2. hac ratione Codrus pauper foret eques, nam & illi purpurea veſtis.

## *De Hermete.* XXV.

a HErmes a Martia ſeculi voluptas;
Hermes omnibus eruditus armis;

a Ævi hujus & Romæ Martiæ deliciæ & gloria propter eruditionem in omni genere armorum, ut mox.

Hermes

Hermes *b* & gladiator, & magiſter;
Hermes *c* turba ſui tremorque ludi;
Hermes *d* quem timet Helius, ſed unum;
Hermes *e* cui cadit Advolans, ſed uni;
Hermes vincere, *f* nec ferire doctus;
Hermes *g* ſuppoſititius ſibi ipſi;
Hermes *h* divitiæ locatiorum;
Hermes *i* cura, laborque ludiarum;
Hermes *k* belligerâ ſuperbus haſtâ;
Hermes *l* æqueo minax tridente;
Hermes *m* caſſide languidâ timendus;
Hermes *n* gloria Martis univerſi;
Hermes *o* omnia ſolus, & ter unus.

*b* Et ipſe gladiator & gladiatorum magiſter .i. laniſta.
*c* Quo arma tractante tota familia gladiatorum turbatur & timet.
*d* Quem ſolum nobilis gladiator Helius timet.
*e* A quo ſolo vincitur Adv. nobilis glad.
*f* Premendo & involvendo vincere ſine ictu, vel adverſario parcere, ubi poſſet ferire. *g* Pugnando non defatigatus ſed perinde ac recens gladiatoribus novis congreditur, nec indiget ut ſibi alius ſufficiatur, vide Lipſ. Saturnal. *h* Unde quæſtum faciant qui loca populo in ſpectaculis deſignant locantque. *i* Quem indiæ omnes (.i. gladiatorum uxores amicæve, vel etiam aliæ quæ gladiatoribus favent) certatim amant. *k* Gladiatoris Samnitis more valide vibrat haſtam. *l* Retiarii more movet fuſcinam directam in Mirmillonem, vide quæ ad verſ. 143. ſat. 2. Juven. & Lipſ. Saturn. l. 2. c. 8. *m* Andabatarum more pugnat, hi autem ex equis galea frontem oculoſque tecti pugnabant. Lipſ. Sat. 2. l. 12. c. *n* Ut ſupra 2. *o* Colligit quæ dixerat de Hermete, notis, 2. d. e. g. k. l. m. & poteſt alluſiſſe ad Hermetem Triſmegiſtum, cujus ſummam ſcientiam in Philoſophia æquat hujus in arena.

## ¶ *De Chæreſtrato.* XXVI.

* Quadringenta tibi nõ ſunt, Chæreſtrate, ſurge,
*a* Lectius ecce venit: *b* ſta, fuge, curre, late.
*c* Equis, iô, revocat? diſcedentemque reducit?
Equis, iô, largas pandet amicus opes?
Quẽ chartis famæq; damus, populiſq; loquendum?
Quis Stygios non vult totus adire lacus?
Hæc, rogo, non melius, quã *d* rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuſo permaduiſſe croco?
Quàm *e* non ſenſuro dare quadringenta caballo,
*f* Aureus ut Scorpi naſus ubique micet?
*g* O fruſtra locuples, ô *h* diſſimulator amice,
*i* Hæc legis & laudas? quæ tibi fama perit?

* Ep. 56. l. 4. 2. & 8. ep. ſupra. *a* Deſignator. *b* Verba deſignatoris excitantis Chæreſtratum ex 14. gradibus. *vel*, amici monentis, *vel*, poetæ. *c* Equis *inquit Poeta* tam honoris & immortalis nominis æmans, ut bonum virum! Chæreſtratum liberalitate ſua donatum in equitis honore ſervatum malit, quam majores ſumptus effundere in res inanes? — *d* — Aſperſiones adoratas croceas e tubis ejaculatas in Amphitheatro, ep. 3. lib. Spect. k. & — *e* — Statuas equorum atque aurigarum? ep. 56. l. 4. e. *f* Bulengerus emendat Æreus. Ærea ſc. Scorpi ſtatua. *Syncd.* *g* O qui neſcis uſum divitiarum. *h* Ep. 75. l. 4. l. & ſupra ep. 20. b. Al. *amice.* *i* Probe hæc & vere a me moneri fateris, & tamen famæ hujus & immortalitatis rationem inire non vis? ſupra ep. 20. i.

## *Ad Codrum.* XXVII.

QUòd alpha dixi, Codre, pænulatorum
Te nuper, *a* aliquâ cum jocarer in chartâ:

*a* Ep. 42. l. 2. f.

Si

Si fortè bilem movit hic tibi verſus,
Dicas licebit *b* beta me togatorum.

*b* Secundum vel non primum inter pauperes quorum toga eſt, & ſic me ultimum iveris, & jocus quæſitus eſt a ratione numerandi per literas.

## *In fictum equitem.* XXVIII.

INgenium, ſtudiumque tibi, moreſque, genuſq;
Sunt equitis, fateor: *a* cætera plebis habes.
*b* Bis ſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti,
Ut ſedeas viſo pallidus Oceano.

*a* Cenſum non habes equeſtrem.
*b* Cur autem adeo delectaris ſede equeſtri intra 14. gradus, ut opus habeas timere deſignatorem? ſupra ep.8. & 14.ep.

## ¶ *In Mamercum.* XXIX.

UT bene loquatur, ſentiatque Mamercus,
Efficere *a* nullis, Aule, moribus poſſis:
Pietate fratres *b* Curtios licet vincas,
Quiete *c* Nervas, comitate *d* Ruſones;
Probitate Marcos, æquitate *e* Mauricos,
Oratione *f* Regulos, jocis *g* Paullos:
*h* Rubiginoſis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forſan eſſe tu credas:
Ego eſſe *i* miſerum credo, cui placet nemo.

*a* Vel integerrimis. *b* Alii leg. *Curios.* *c* Intelligi credo de Nerva, qui ſucceſſit Domitiano, nam quæ is, teſte Xiphilino, quietus & mitis. *d* Al. *Druſones.* *e* Junium Mauricum ab æquitate laudat. Plin. Sec. 4. l. 22. epiſt. & l. 1. epiſt. 5. *f* Regulum inſinuat ad quem ſæpe ſupra, vide ep. 94. l. 1. *g* Forte, ad quem, ep. 48 l. 7. & 70. 9. l. & ſupra ep. 23. *h* Theoninis & livids, i. maledicentia. *i* Sic, l. 1 ep. 35. & infra, 58. ep. 6.

## *Ad Gelliam.* XXX.

SI quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis?
*a* Formoſus ſeptem, Marce, diebus eris.
Si non derides, ſi verum, *b* lux mea, narras:
*c* Ediſti numquam, Gellia, tu leporem.

*a* Ex opinione vulgi, cui perſuaſum pulchros eos in 7. dies ſequentes fore, qui leporinam ediſſent carnem. Plin. l. 28 c. 19. & Lamprid. in Alex. Severo. *b* Amica, deliciæ, ſuavium meum, φίλον ceu ἱερὸν φῶς. Hom. Il. π. γλυκερὸν φάος. Propertio frequens. *c* Tu enim nunquam formoſa videris.

## ¶ *Ad Varronem.* XXXI.

*a* VArro *b* Sophocleo non inficiande *b* cothurno,
Nec minus in *c* Calabrâ ſuſpiciende lyrâ;

*a* Nec Menippæus, nec Acinus hic Varro. *b* Ep. 19. l. 3. c. *c* Mire artifex carminis lyrici Græci & Latini, uterque enim ſermo Calabris familiaris, vel non minus cedens Horatio (qui Lucanus an Appulus anceps, Venuſinus ſc. Calabriæ vicinus ſat. 1. l. 2.) in ſcarmine lyrico, quam Sophocli in tragico.

Differ

Differ *d* opus: nec te facundi *e* ſcena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis.
Sed lege *f* fumoſo *g* non aſpernanda * Decembri
*g* Carmina mittuntur, quæ tibi menſe * ſuo.
*h* Commodius niſi fortè tibi, potiuſque videtur,
Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

*d* Seria tua & ſeveriora ſtudia.
*e* Catulli epigrammatum elegantia & venuſtas, quæ ſcenæ omnis voluptatem ſuperat.

ſorte mimos intelligit a Catullo mimographo ſcriptos, de cujus Phaſmate. Juvenal. 8. ſat. v. 186. utriuſque poteſt meminiſſe cum addat *elegiam*. *f* Calet enim hic menſis foco, hinc ſumus. *g* Mea hæc. * Læto Saturnalibus & libertate Decembri. proinde jocis his meis apto. *h* Niſi forte malis his Saturnalibus ludere talis & perdere nuces, quam mea hæc legere, quæ ipſorum eſt ineptia. *modeſte ho: de ſuis.*

## *De ludo puerorum cum juvencis.* XXXII.

ADſpice quàm *a* placidis inſultet turba juvēcis,
Et ſua quam facilis *b* pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet ſummis: vagus ille per armos
Currit, & *c* in toto ventilat arma bove.
* At *d* feritas immota riget, non eſſet arena,
Tutior, & poſſent fallere plana magis.
*e* Nec trepidant greſſus: ſed de diſcrimine palmæ
Securus puer eſt, ſolicitumque pecus.

*a* Quam intrepide in ſpectaculis pueri deſultoria quadam arte diſcurrant inambulentque per terga boum ludibundi & velitantes.
*b* Et quam patienter ſubmittant ſe percurrentibus pueris boves. *c* Tela vibrat, batuit, præludit, ab omni parte taurorum. * Al. *Ab feritas.* *d* Tauri dudum feroces ſtant immoti, & pueris ubi veſtigia ſiſtant, unde batuant, præbent terga ſua pavimentum atque firmum ac ſolidum atque planam arenam. *e* Ne interturbent puerorum ludos, impediantve victoriam. Al. *Nec trepidant greſſus.*

## *Ad Fauſtinum de Criſpo.* XXXIII.

QUadrantē Criſpus *a* tabulis, Fauſtine, *a* ſupremo
Non dedit uxori; cui dedit ergo? *b* ſibi. (mis

*a* Teſtamenti codicillis.
*b* Ventri ſuo.

ipſe enim vivus omnia decoxerat, nec quicquam moriens habuit, quod uxori relinqueret. De Hermocrate, qui moriens ſe ſibi heredem teſtamento ſcripſit, vide ep. Lucilii. 2. l. Anthol. c. 50.

## *In Cauſſidicum.* XXXIV.

CArpere cauſſidicus fertur mea carmina: qui ſit,
Neſcio: ſi ſciero, væ tibi cauſſidice.

## ¶ *De Erotio.* XXXV.

HAnc tibi, Fronto Pater, genitrix Flaccilla, Oſcula commendo deliciaſq; meas: (puellā.

*a* Erotion puellam ſexennem immaturo

extinctam fato, filiam veſtram O Fronto & Flaccilla ſervi dum viveretis mei, verſantem & delicias meas vobis commendo, ut excipiatis animulam ejus, deductamque defendatis a larvis illis, monſtris, terroribuſque Stygiis.

* Pallida

* Al. *Parvula*, aliis, *Pauxilli*.
*b* Cerberi tri-fauces.
*c* Quo minus sextum ætatis annum expleret, defuere illi sex dies.
*d* Vos parentes.
*e* Quod in tenellis & infantibus gratum est.

* Pallida ne nigras horreſcat Erotion umbras,
Oraque *b* Tartarei prodigioſa *b* canis.
*c* Impletura fuit ſextæ modò frigora brumæ ?
Vixiſſet totidem ni minus illa dies.
Inter *d* tam veteres ludat laſciva *d* patronos,
Et nomen *e* blæſo garriat ore meum.
*f* Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, nec illi
Terra gravis fueris : *g* non fuit illa tibi.

*f* Fauſta & ſolennis bene precandi mortuis (quos amabant) formula *Sit tibi terra levis*, tumulique inſcripta S. T. T. L. ut ſc. facilis pateret animæ reditio & iter ad ſepulchrum in parentalibus, ſepultos autem diris & incantationibus urgeri a terra graviori credebant, quibus itaque male volebant, terram gravem imprecabantur. vide quæ ad ultim. verſ. Hippolyti Senecæ adnotavimus. *g* Illa enim fuit parvula, nec tibi oneri. ep. 41. l. 6. c.

## *Ad Fabullum de Euclide.* XXXVI.

*a* Redditum eſſe annuum ex fundis. Patriæ autem non procul a Corintho, urbs Achaiæ.
*b* Supra ep. 24. f
*c* Græcus enim Euclides e Corintho.
*d* Jacta que ſe ducere genus ab equitibus Caſtore & Polluce filiis Ledæ e Jove. *e* L. 2. ep. 65. e.
*f* Deſignatori eum ex equeſtri loco excitanti reluctatur. *g* *Ironice*, hunc Euclidi.
*h* Quæ prodidit fortunas domini ſui, oſtenditque Euclidem *vel* ipſe eſſe ſervum, cui curæ aliena clavis, *vel* pauperem ſattem, cui nemo famulus, qui ipſe ſuam geſtaret clavem.

DUm ſibi *a* redire de Patrenſibus fundis
Ducenta clamat *b* coccinatus Euclides,
*c* Corinthioque plura de ſuburbano :
*d* Longumque pulchrâ *e* ſtemma repetit à Ledâ,
Et ſuſcitanti *f* Lectio reluctatur.
*g* Equiti ſuperbo, nobili, locupleti,
Cecidit repentè magna de ſinu clavis.
Numquam, Fabulle, *h* nequior fuit clavis.

## *Ad Fauſtinum.* XXXVII.

Carmine meo dedi illi nominis immortalitatem, neque (diſſimulante illo ſe neſcire me hinc munus captare, ep. 75. l. 4. l.) præmium accepi, adeoque ſpem meam falſam habuit.

LAudatus noſtro quidam, Fauſtine, libello,
Diſſimulat, quaſi nil debeat : impoſuit.

## ¶ *De Erotio puella.* XXXVIII.

*a* Erotion de qua ſupra, ep. 35.
*b* Qui cardore ſunt eximio, & morituri dulce canunt, ut placet nonnullis, licet id negent ſanioris judicii auctores. *c* Agna Tarentina mollior. Tarentum alluit fl. Geleſus, condidit Phalantus Lacon. 36. ep. l. 2. b. *d* Non quod oſtrea Lucrina gulonibus expetebantur, ut exponit Raderus. ſed quia, *Levior aſſiduo detritis æquore chonchis*. ut pingui ac rudi fiſtula canentem tacit Polyphemon Ovidius 13. Met. unde petitas has hyperbolicas laudes majori arte adumbravit noſter.

PUella ſenibus dulcior mihi *b* cycnis,
*c* Agnâ Galeſi mollior Phalantini,
*d* Conchâ Lucrini delicatior ſtagni ;

Cui

Cui nec lapillos præferas *e* Erythræos,
Nec modò politum *f* pecudis Indicæ dentem,
Niveſque primas, liliumque non tactum :
Quæ *g* crine vincit *h* Bætici gregis vellus,
*i* Rhenique nodos, *k* aureamque nitelam ?
Fragravit ore, quod roſarium *l* Pæſti ;
Quod *m* Atticarum prima mella cerarum ;
Quod *n* ſuccinorum rapta de manu *o* gleba :
Cui comparatus indecens erat pavo,
Inamabilis ſciurus, & frequens *p* Phœnix :
Adhuc *q* recenti repet Erotion buſto,
Quam peſſimorum lex avara fatorum
*r* Sextâ peregit hieme, *r* nec tamen totâ,
Noſtros amores, gaudiumque, luſuſque.
Et eſſe triſtem me meus vetat Pætus :
*s* Pectuſque pulſans, pariter & comam vellens :
*t* Deſlere non te vernulæ pudet mortem ?
Ego conjugem, inquit, extuli, & tamen vivo,
Notam, ſuperbam, nobilem, locupletem,
*u* Quid eſſe noſtro fortius poteſt Pæto ?
Ducenties acceptt, *x* & tamen vivit.

*e* Lapillos preciosos, gemmas, margaritas, &c. natas in mari Erythræo, quod vulgo dicitur *Rubrum mare*, ſed perperam, ut oſtendi ad Thyeſten Sen. c. v. 370.
*f* Elephantis dentem, i. ebur.
*g* Crinis colore.
*h* Oves Bæticæ nativo colore rutilabant. l. 14. ep. 129. & 2. l. 36. ep. 6.
*i* Germanorum, qui Rheni accolæ, flavos crines ceu rufos obliquabant & in nodum coegerunt. ep. 3. l. ſpect. l.
*k* Micas pulveris auri repertas in arenis ſcobem & ramentaurea, quibus conſperſam comam illuminarunt.
*l* Oppidi Lucaniæ roſas his in anno proferentis, Maio & Septembri. ep. 28. l. 12.
*m* Ep. 99. l. 13.
*n* Electrum manu tritum ſuave oler. ep. 55. l. 3. d. Dioſcorid. l. 1. 93.
*o* Succinum eſſe foſſile, & in duobus locis Scythiæ erui dixit Philemon.
*p* Quæ rara avis, &, ut quidam volunt, unica, hac tamen Erotion in genere ſuo rarior.
*q* Recens elata eſt & cremata. ep. 35. ſupra.
*r* Ep. 35. ſupra c.
*s* Qui afflictis lugendi mos erat, in funeribus præcipue.
*t* *Verba Pæti Martiali ludibrio modum ſuadentis, ſuo exemplo.*
*u* Reſp. Poeta Ironice collaudans Pæti fortitudinem, imo exprobans illi fictum dolorem ceu potius gaudium, cui e conjugis morte obtigerit dos tam ampla.
*x* Regerit Ironice in Pætum hæc ſua verba.

## ¶ *Ad Sextum, in Calliodorum.*
## XXXIX.

CAlliodorus habet cenſũ (quis neſcit ?) equeſtrẽ,
Sexte ; ſed & fratrem Calliodorus habet.
*a* Quadringenta *b* ſecat, qui dicit οὖκα μίεμζε ;
* Uno credis equo poſſe ſedere duos ?
Quid cum fratre tibi, quid cum *b* Polluce moleſto ?
*c* Non eſſet Pollux ſi tibi, Caſtor eras.
* Unus cùm ſitis ; duo, Calliodore, ſederis.
Surge : *d* ſoleciſmum, Calliodore, facis.

*a* *Seca*, legend. cenſet. Jan. Rutgerſ. l. 6. c. 11. var. lect.
*b* Et frater ille tuus qui hereditatem ad aſſem uſque & minima quæque ut & ficos dividi ex æquo poſcit, aufert tibi medium cenſum.
* Neque poteſtis ex uno cenſu eſſe duo equites & uno ſedere equo aut uno ſubſellio.
*b* Fratre (ut ille C ſtorius) qui officit tuo honori, dimidiatus eques.
*c* Elegans luſus in nominibus. Pollux enim pugil ; Caſtor, eques, frater ille tuus quaſi pugil tibi reluctatur ne poſſis eſſe eques.
*d* Nec enim fas dicere, *unus ſederim*.

Aut

Aut imitare e genus Ledæ; aut eum fratre ſedere
Non potes. alternis Calliodore ſede.

e E quibus Caſtor immortalitatem ſuam cum fratre partitus eſt, ut alternis vicibus morerentur & reviviſcerent, ita vos per vices eſſe equites, niſi alterum dicat oportere mori & ad inferos deſcendere ut ſuperſtes ſit eques.

## *In Carinum.* XL.

a Sæpius mutanti tabulas teſtamenti ut illicias captatores quos captes. Luciani dialog. Betron. &c.

b Poeta ſe captatorem fingit quo cautius imbrobas hæreditatum artes carpat.

c Melle opt.

a SUpremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carine, b miſi
c Hyblæis madidas thymis placentas.
d Defeci: miſerere jam, Carine.
e Signa rarius, aut ſemel fac illud,
Mentitur tua quod ſubinde tuſſis.
Exuſſi loculoſque ſaculumque.
f Croeſo divitior licet fuiſſem,
g Iro pauperior forem, Carine,
h Si conchen toties meam, comeſſes.

Hybla mons Siciliæ mellificiis clarus, thymo quippe abundat qui apibus gratus. d Exhauſtus ſum. non ſuppetit quod ultra mittam. e Vel noli ſpem noſtram eludere toties mutando teſtamentum; vel ſemel morere & præſta fidem tuſſi tuæ mendaci. vide ep.47.l.12. f Lydiæ illo rege ditiſſimo. Herodot.1. g Arnæo mendico. Hom.Odyſſ.17. h Si (non mellita placenta, ſed) vili cibo fabarum in filiquis coctarum te paſcerem quoties ſignas, vel tuſſiendo mihi ſpem mortis tuæ facis.

## *Ad Artemidorum.* XLI.

Auſterioris Philoſophiæ cliens & ſeverioris diſciplinæ ſtudioſus, non belle, non cum gratia & Venere aggrederis Veneris jocos & Muſas haſce leviores, quin Gratiis ſacra facis O Xenocrates? vide ep.86.l.1.

P Inxiſti Venerem; colis, Artemidore, Minervam!
Et miraris, opus diſplicuiſſe tuum?

## *In Didymum Spadonem.* XLII.

a Quaſi ad te ſpectent illa Equeſtria inſignia, ſedes & honores.

b Supra ep.8.2.

c Equites Rom. induti veſtes trabibus pannorum albis & purpureis intertextas tranſvehebantur Idibus Juliis.

d Sed fibulas illas in nobilitatis inſigne equitibus indultas, & Tribunis autem in trabea vel chlamyde geſtatas. Liv. Plut. Panciroli & alii. e Equeſtres 4. l. 56. ep.2. f Pumice levigata, quæ delicatorum erat molities. Plin.l.36.& 2.l. 11.c. Juven. Sat.6.& 8. Sidon. Apol. 7. epiſt.1.l.&c. g Per contemptum. h Utrum permiſerint te ſedere deſignatores ordinum equeſtr. b Quia ſpado es. Maritis autem in ſpectaculis proprii & honeſtiores loci aſſignati ab Auguſto. Suet.c.44. & Tacit.3.Annal.A.Gell.l.2.c.15.

THeatra a loqueris, & b gradus, & b edicta;
c Trabeaſq; & c Idus, d fibulaſque, e cenſuſque!
Et f pumicatâ pauperes manu g monſtras.
h Sedere in equitum lubeat an tibi ſcamnis,
Videbo Didyme: i non licet maritorum.

¶ *Quod*

## ¶ *Quod datur non perire.* XLIII.

CAllidus effractâ nummos fur auferet arcâ :
Proſternet patrios impia flamma lares :
Debitor uſuram pariter, *a* ſortemque negabit :
Non reddet ſterilis ſemina jacta ſeges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica :
Mercibus extructas obruet unda rates.
*b* Extra fortunam eſt quidquid donatur amicis.
Quas de deris, ſolas ſemper habebis opes.

*a* The Principal.

*b* Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxium. M.

Antonius apud Rabirium Poetam, *Hoc habeo quodcunque dedi, &c.* Senec. 6. l. de Benef. c. 3. Notum & illud Alexandri, interrogati ubi ſuos reconderet theſauros : *Apud amicos*, inquit. Plut.

## *De Thaide & Lecania.* XLIV.

THais habet nigros, niveos Lecania, dentes.
Quæ ratio eſt ? emptos hæc habet, illa ſuos.

Vide ep. 64. l. 1. b. & 21. ep. l. 12. & l. 2. Anthol. g. c. 13.

Ἡγόρασας πλοκάμους, σῦκον, μέλι, κηρὸν, ὀδόντας, &c.

## *In Dentonem.* XLV.

QUid factum eſt rogo, quid repentè factum ?
Ad cœnam mihi, *a* Dento, quòd vocanti
(Quis credat ?) quater auſus eſt negare.
Sed nec reſpicis, & fugis *b* ſequentem ;
Quem *c* thermis modò quæreie, & *c* theatris,
Et *d* conclavibus omnibus ſolebas.
Sic eſt : captus es unctiore cœna,
Et major rapuit *e* canem culina
Jam te : *f* ſed eiò cognitum & relictum
Cùm faſtidierit popina dives,
Antiquæ venies ad oſſa cœnæ.

*a* Nomen ex re natum, dente ſc. ſtrennus.
*b* Me ſequentem ut invitem te.
*c* Vide 12. ep. l. 2.
*d* Cœnationibus, cellis.
*e* Cœnipetam Dentonem inſtar canis odorantem lautiorem culinam.
*f* Sed agnitus faſtidituſque divitibus redibis ad tenuem menſam meam.

## *In Baſſam.* XLVI.

DIcis formoſam, dicis te, Baſſa, puellam,
Iſtud * quod non eſt, dicere Baſſa ſolet.

Negare ſoles & contrarium dicere (ut Gallia. ep. 22. l. 2.) hic ſane præter mentem tuam non es quod dicis, formoſa & puella, ſed anicula & γραῦς. * Al. *Iſtud, quæ non eſt, dicere Baſſa ſolet.*

## *De Philone.* XLVII.

*a* Nec pejerat. jejunat enim quoties non alio invitatur.

NUmquâ ſe cœnaſſe domi Philo jurat *a*: & hoc
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum. (eſt:

## *Ad Labienum.* XLVIII.

VIdiſſem modò fortè cum ſedentem
Solum te, Labiene: tres putavi.
*a* Calvæ me numerus tuæ fefellit.
Sunt illinc tibi, ſunt & hinc *b* capilli,
Quales nec puerum decere poſſint.
Nudum eſt in medio caput nec ullus
In longâ pilus *c* areâ notatur.
Hìc error tibi profuit Decembri,
*d* Tunc cùm prandia miſit Imperator;
Cum panariolis tribus rediſti.
*e* Talem Geryonem fuiſſe credo.
Vites cenſeo *f* porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, *g* periſti.

*a* Quæ a fronte & utroq; tempore capillata, & medio capite glabra, vila eſt mihi terna. vide ep. 78. l. 10.
*b* Promiſſi forte & cirrati quales aiunt pueri.
*c* Summa calva, ſic Petron. *Areaque attritis videt adusta pilis.*
*d* Ubi ex numero *calvæ* tuæ pro tribus numeratus accepiſti tria panaria (ſive panes illi, ſive corbes viminei pane referti fuerint) quæ in Saturnalitiis vel ut refert Suetonius, c. 4. in Septimontiali ſacro Domitianus Senatui equitique diſtribuit. *e* Tricipitem, namque illum tricorporem fingunt Poetæ. *f* Porticum & ædes Herculis atque Muſarum Martius Philippus Auguſti vitricus reſtauravit, & in iis imaginem Herculis. *g* Ex calva te tricorporem Geryonem creditum invadet. Geryon autem ab Heſiodo. τριϰέφαλον dictus, ab aliis ἀρτϰαρίνον.

## *In Charopinum.* XLIX.

*a* Gulæ ejus ratæ rabiem amplificat Poeta.
*b* Celare tuam gulam, & reſupinantem naſum, qui cœnam meam uſq; odorat.
*c* Lateat, fallat te. Al. *ſcus.*

COeno domi quoties, niſi te, Charopine, voco?
Protinus ingentes ſunt inimicitiæ: (vi;
Meque petis *a* ſtricto medium transfigere ferro,
Si noſtrum ſine te ſcis caluiſſe focum.
Nec ſemel ergo mihi *b* furtum feciſſe licebit?
Improbius nihil eſt hac, Charopine, gulâ.
Deſine jam noſtram, precor, obſervare culinam,
Atque aliquando meus det tibi verba *c* coquus.

## *Ad Rufum.* L.

*a* Supplicibus, accuſatoriis, ſeu judiciariis libellis onuſtam, captans hinc exiſtimationem apud populum periti cauſſidici, ut cui multitudo negotiorum. *b* Puerorum amanuenſium **Clerus**, qui ejus tanquam pluribus diſtricti negotiis dictata ſcribant.

HIc qui *a* libellis prægravem gerit lævam,
*b* Notariorum quem premit chorus levis,

Qui

Qui *c* codicillis hinc, & inde prolatis,
Epiſtoliſque commodat gravem vultum,
Similis *d* Catoni, *e* Tullioque, *f* Brutoque;
*g* Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non poteſt Græcum.
Si fingere me iſtud putas, *h* ſalutemus.

*c* Quibus teſtamentorum perfectiones, vel publice autoritatis mandata continentur. *d* Viro graviſſimo & max. autoritatis. *e* Patrono attentiſſimo. *f* Literis aſſidue affixo. percuſſorem Cæſaris intelligo. *g* Ita tamen inhumanus eſt, adeo indoctus & inſciens, ut adhibitis tormentis illi extorquere non poſſis *Ave Lat.* multo minus χαῖρε Græcum. *h* Specimen facturi & periculum hominis.

## ¶ *In Poſtumum.* LI.

QUæ mihi præſtiteris memini, ſemperq; tenebo
Cur igitur taceo? Poſtume, tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat; dixerat *a* ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt duo: *b* ſufficit unus
Huic operi: ſi vis, ut loquar, ipſe tace.
Crede mihi, quamvis ingentia, Poſtume, dones,
Auctoris, *c* pereunt garrulitate ſui.

*a* Poſtumus. *b* Vide Senec. de Benef. l. 2. c. 10. & 11. & lib. 7. c. 22. *c* Amittunt gratiam.

## *Ad Baſſum.* LII.

CUr ſumis tibi tragœdiarum argumenta ominis tuis carminibus negati? ſc. Medeæ
Colchida quid ſcribis, quid ſcribis, amice, Thyeſtem?
Quid tibi vel Niobe, Baſſe, vel Andromache?
Materia eſt, mihi crede, tuis aptiſſima chartis
Deucalion; vel, ſi non placet hic, Phaëthon.

per æthera volantis, Thyeſtæ contumacis, Niobes in ſaxum verſæ. Andromaches Trojæ flammis ſuperſtiti. hæc fata non manent tuas chartas. quin potius ſumis materiam tuis ſcriptis dignam. Deucaliona aut Phaethonta, quorum hic flammis periit, ille aquis, qui exitus tuis chartis convenit. Sic Leonidas, Anthol. 2. Γράψας Δευκαλίωνα μὴ γράφε μηδὲ Φαέθοντα, &c. ſic alias de ſuis jocatur noſter. ep. 6. l. 1. & 67. l. 3. *b* Quid tibi materia eſt Niobe vel Andromache? alii leg. *Nioben* & *Andromachen* atque ſubintelligunt *Scriptio eſt* ut Plautus, *Quid tibi meam taſtio eſt?* I. Gruterum ſecutus Scriverius, *Quo tibi vel*, nec ſine autoritate Cod. Palat. & al.

## *De Rhetore Appollonio.* LIII.

EXtemporalis factus eſt meus Rhetor?
Calpurnium non ſcripſit, & ſalutavit.

Apollonius qui modo (ep. 22. ſupra) ſcripſit & edidicit, nunc tantum profecit ut unum aliquem etiam duri nominis poſſit ſalutare nec tamen ſcripſerit. *Iron.*

## ¶ *Ad Lupum.* LIV.

CUi trada, Lupe, filium magiſtro,
Quæris ſolicitus diu, * rogaſque.

*Ita Gruterus, cum prius eſſet, *inquisitus*.

*a Quando artibus honestis Nullus in urbe locus*, &c. Juven. 3. Sat.
*b* Non, *Rutilium* ut vulg. ne ceſpitet verſus, peccantibus duabus primis ſyllabis. Videtur is eſſe quem laudat Cicero 1. de oratore,

*a* Omnes grammaticoſque rhetoraſque
Devites, moneo: nihil ſit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ *b* Tutilium ſuæ relinquat.
*c* Si verſus facit, abdices Poetam.
Artes diſcere vult pecuniоſas?
Fac, *d* diſcat *e* citharœdus, aut *f* choraules.
Si duri puer ingenî videtur,
*g* Præconem facias, vel *h* architectum.

& in Bruto. de quo Val. Max. l. 2. c. 3. & Sueton. in Auguſto. c. 89. alii leg. *Lucilium*. *c* A ſterili & inutili poetices ſtudio illum omni ratione averte. *d* Diſcat citharœdi artem, diſcat fieri citharœdus, *Helleniſm.* vide Joſ. Mercerum ad 19. epiſt. 1. l. Ariſtæneti. nec opus erit Jani Gulielmi lima qui 3. l. veriſimil. c. 19. legit *Fac, hiſcat*, &c. *e* Citharœdi hac tempeſtate in pretio. ep. 3. l. 3. f. *f* Quin in choro tibia canit. *g* Ep. 7. l. 6. *h* Præter privatorum enim in ædificiis hac tempeſtate luxum, & Domitianus templa & alia publica inſtauravit. ep. 3. l. 9.

## *Ad Cinnam.* LV.

*a* Sir.
*b* Ironice & Scoptice. P. Sariv. legit *tuum*.

CUm voco te *a* dominũ, noli tibi, Cinna, placere
Sæpe etiam *b* ſervum ſic reſaluto meum. (rei

## ¶ *Ad Poſtumum.* LVI.

*a* De præſentibus fruendis. ep. 16. l. 1. & 90. l. 2. Anthol. 2. l. 47. c.
*b* Et cras hoc comperendinat juvenis ignavus, apud Perſ. Sat. 5. v. 66.
*c* Ita protruſiſti horam ut hora fere jam protruſerit teſſenem factum. *d* Cras hoc tuum quod præterlit non poteſt redimi: fututum quantuli? facili ſane pretio immo nullo, quia ſponte venit, ſi velis uti. ſed vide Senec. epiſt. 12. *e* Ep. 16. l. 1.

*a* CRas te victurũ, *b* cras dicis, Poſtume, ſemper,
Dic mihi cras illud, Poſtume, quando venit?
Quã longè cras iſtud? ubi eſt? aut unde petendum?
Numquid apud Parthos, Armenioſque latet?
*c* Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.
*d* Cras iſtud quanti dic mihi poſſit emi?
Cras vives: te hodie jam vivere, Poſtume, ſerum eſt,
*Ille ſapit, quiſquis*, Poſtume, *vixit heri*.

## *Ad Stellam.* LVII.

*a* Vaſa argentea & aurea.
*b* In Saturnalibus. ep. 38. l. 2. a
*c* Ut tibi parcam ne majora ex more remittas. ut ſeq. verſu. vide & ep. 18 ſupra. *d* Liberatus onere remittendi muneri, quibus reſpondeas levibus & fictilibus his meis.

(*a* aurum,
QUòd nõ *a* argentũ, quòd non tibi *b* miſimus aurum,
Hoc facimus *c* cauſſa, Stella diſerte, *c* tuâ.
Quiſquis magna dedit, voluit ſibi magna remitti:
Fictilibus noſtris *d* exoneratus eris.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad detractorem.* LVIII.

ALlatres licet uſque nos & uſque,
Et *a* gannitibus improbis laceſſas :
*b* Certum eſt hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis,
Qualiſcumque legaris ut per orbem,
Nam te cur aliquis ſciat fuiſſe ?
Ignotus pereas, *c* miſer, neceſſe eſt.
Non deerunt tamen hac in urbe forſan
Unus, vel duo, treſve, quatuorve,
*d* Pellem rodere qui velint caninam,
*e* Nos hac à ſcabie tenemus ungues.

*a* Conviciis tuis & maledictis. gannire canum eſt, ut alii, vulpium.
*b* Non vivet, non notum erit poſteritati nomen tuum in carminibus meis vel infami nota inuſtum.
*c* Quia invidus, ep. 35. l. 1. & ſupra 29 l.

*d* Qui maledicos velint maledictis inſectari. Alluſum vult Eraſmus ad proverb. *canis caninam non eſt*. Varro lib. 6. LL. vide ep. 2. l. 13. c. Horat. epod. 6. *e* Eo ab hac libidine & contagio maledicendi me contineo, ſcabie ejus nolo me contaminare, nolo pruritum ejus ſcabendo levare.

## *Ad hoſpites.* LIX.

JUre tuo noſtris maneas licet, hoſpes, in hortis,
Si potes in nudo ponere membra ſolo :
Aut ſi portatur tecum tibi magna ſupellex :
*a* Nam mea jam digitum ſuſtulit hoſpitibus.
Nulla tegit *b* fractos nec inanis culcitra lectos :
*c* Putris & abruptâ faſcia teſte jacet.
Sit tamen hoſpitium nobis commune duobus :
Emi hortos ; plus eſt : inſtrue tu ; minus eſt.

*a* Meam enim ſupellectilem, lectos, ſellas, &c. alii jam hoſpites attigerunt, atque uſu tanquam ſuam factam & a domino alienatam conſumpſerunt. *Metaph. ſumpta. vel*, ab arena in qua victi tollebant digitum in ſignum ἥττης 28. ep. 1. ſpect. c. *Vel*, a licitationibus, in quibus digito ſublato ſe quis profitebatur emptorem ceu conductorem Cic. 3. in Verrem. *Junius patruus tollit digitum*, &c. vide Briſſoni form. 6. l. *b* Al. *farctos* c Et faſciæ cancellatæ, quibus lectus tenditur, cadunt putres, rapta teſte **the bed-coard.**

## ¶ *Ad Ponticum.* LX.

QUid ſentis, inquis, de noſtris, Marce, libellis ?
Sic me ſollicitus, Pontice, ſæpe rogas.
*a* Admiror ; ſtupeo : nihil eſt perfectius illis :
*q* Ipſe tuo cedit Regulus ingenio.
Hoc ſentis ? inquis ; faciat tibi *c* ſic bene Cæſar,
Sic Capitolinus Jupiter : *d* imo tibi.

*a* Reſpondet Martialis.
*b* Vide ep. 13. & 94. l. 1.
*c* Ut vir bonus es, O Martialis, & candidus judex. *d* Imo tibi, O Pontice, *reſpondit Martialis*. ſic faciant Domitianus & Jupiter bene, ut ego bene ſentio de tuis libellis .i. faciant male, neque enim vere & ex animo probavi, ſed ut tuæ ſubſervirem κλαυτίᾳ, ut qui male ſanus palpum malis quam judicium rectum. vide 72. ep. l. 8.

## *Ad Calliſtum & Alcimum, ſuos miniſtros.* LXI.

*a* Trientem 4 cyathos, ſextans duos continet cyathos, & eſt ſexta pars ſextarii. ep. 26. l. 1. b. * Miniſter poetæ.

*a* Extantes, * Calliſte, *a* duos infunde Falerni:
Tu ſuper *b* æſtivas *, Alcime, funde *b* nives.
*c* Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,
Laſſenturque *d* roſis tempora *d* ſutilibus.
Jam *e* vicina jubent nos *f* vivere *g* Mauſolea:
Cùm doceant, ipſos poſſe perire *h* deos.

*b* Aquam nivatam ceu gelidam e nivibus expreſſam, qua vina generoſiſſima diluebant. ep. 114. l. 14. vel decoctam & vitris demiſſam in nives ut refrigeretur. Neronis inventum. Gruterus, *ſolve nives*. *c* Unguentis delibuti, & floribus coronati convivabantur veteres, rationem vide annot. ad Thyeſten Senecæ, verſ. 942. & 945. *d* Coronas e roſarum foliis conſuebant. vide quæ ad 357. v. Agamem. Senec. *e* In valle Martia erat ſepulchrum Auguſti. *Vel*, propiora, quam illud Cariæ Mauſolum. *f* Vita uti, genialiter vivere. 16. ep. 1. l. 1. d. *g* Sepulchra Auguſti, Imperatorum atque cognatorum ab Auguſto extructa ad ſimilitudinem Mauſolei Artemiſiæ. 1. ep. 1. ſpect. m. vide ep. 44. l. 2. b. *h* Imperatores, qui ſe pro diis haberi volebant.

## *Ad Cæſarem.* LXII.

*a* Cœlo donavere Herculem geſta ſua, etiam ingratiis Junonis. *b* Leo in ſylva Nemæa interfectus ab Herc. ep. 25. lib. ſpect. c. *c* Et Antæi Libyci inſolentia in provocandis ad palæſtram hoſpitibus, ab Hercule caſtigata morte. de ceromate vide ep. 48. l. 3. nota 4. *d* Veneris filius ab Herc. cæſtuum certamine devictus. Virg. 5. Æneid. *e* Averſas per candam tractas. Virg. 8. Æneid. *f* Matutinum ſpectaculum, quo beſtiarii cum beſtiis depugnabant: poſt meridiem, qui ſupererant, inter ſe. *g* Interficit. *Metaph.* ab antiquo collocandi cadaverum more. *h* Geryonis tricorporis, Hiſpanorum regis. vide Mythologos. *i* Carpophorus, ceu quis alius. lib. ſpect. ep. 25. *k* Hydra, numeroſum (repullulat tibus quæ excidebantur capitibus) malum. ep. 25. l. ſpect. *l* Non tamen conferenda eſt cum Crocodilis Niligenis, qui in theatro interfecti ſunt. *m* Ut diu præeſſe & prodeſſe Reipub. poſſis, ſic ep. 38. l. 6.

*a* Aſtra, polumq; dedit, quamvis obſtante noverca
Alcidę. *b* Nemeæ terror, & Arcas aper; (câ-
*c* Et caſtigatum Libycæ ceroma palæſtræ;
Et *d* gravis in Siculo pulvere fuſus Eryx:
Sylvarumque tremor, tacitâ qui fraude ſolebat
Ducere *e* nec rectas Cacus in antra boves:
Iſta tuæ, Cæſar, quota pars ſpectatur arenæ?
Dat majora *f* novus prœlia mâne *f* dies.
Quot graviora cadunt Nemeæo pondera monſtro?
Quot tua Mænalios *g* collocat haſta ſues?
Reddatur ſi pugna triplex *h* paſtoris Iberi;
Eſt tibi, *i* qui poſſit vincere Geryonem,
Sæpe licet Graiæ *k* numeretur bellua Lernæ,
*l* Improba Niliacis quid facit Hydra feris?
Pro meritis cœlum tantis, Auguſte, dederunt
Alcidæ cito Di, ſed tibi *m* ſerò dabunt.

*In*

## *In Pontilianum.* LXIII.

SÆpè ſalutatus, numquam prior ipſe ſalutas :
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

Cum adeo ſis inhumanus, ut nec ſalutes nec reſalutes ( ut ep. 49. ſupra) quoniam tibi non placet *ſalve* illud vel *Ave* in congreſſu ſolenne : tibi inhumano & quaſi mortuo dicemus uſque *Vale*, vel *æternum vale*. Qui mos veteribus fuit ſalutandi mortuos ( Virg. Æneid. 11. *Salve mi maxime Palla, Æternumque vale.*) qui reſalutare non poterant. & Lucian. ὁ δὲ τὴν πρόσ-αγορεύσῃ πτάλαμαι.

## *De hirundine.* LXIV.

*a* HIbernos peterent ſolito cùm more receſſus
*b* Atthides, *c* in nidis una remanſit avis.
Deprendêre *d* nefas ad tempora verna reverſæ,
Et profugam volucres diripuere ſuæ.
*e* Serò dedit pœnas, diſcerpi noxia mater
Debuerat : ſed tunc, cùm laceravit Itym.

*a* Cum hirundines, appetente jam hyeme, a nobis advolarent Africam ( teſte Plinio) unde verno viſunt. *b* Hirundines, a Progne Pandionis Atticæ regis filia in hirundinem converſa. *c* Hoc forte ſub tegulis, uoi ſcalis habitavit tribus, in contubernalibus ſuis hirundinibus animadvertera: Martialis. *d* Miniſſe, contra morem & naturam hanc hirundinem deprendere cæteræ vere reverſæ. *e* Alludit ad fab. Prognes, quam dicit tum diſcerpendam fuiſſe ubi ipſa ſuum filium Itym diſcerpebat. ſimulque ludit in verbis *diſcerpi* & *lacerare*. vide fab. 6. Met. Ovid. & apud Mythologos.

## *Ad Lesbiam.* LXV.

*a* ARctoâ de gente comam tibi, Lesbia, miſi :
*b* Ut ſcires quanto ſit tua flava magis.

*a* E Germania quæ ad Arctum. Germani autem flava Cæſariæ ſpectabiles. *b* Ut videas quam impudenter fucum facias meretricium, cui placet caliendrum ceu coma empta & factitia quæ vel Germanos flavo colore ſuperet. Matronæ aurem nigra, lupæ flava gaudebant coma. Videtur hujus ep. argumentum deſumptum ex Ovid. 1. lib. Amo. el. 14.

*Nunc tibi captivos mittit Germania crines*, &c.

## *In M. Antonium.* LXVI.

ANtoni *a* Phario *b* nil objecture *a* Pothino,
Et *c* levius tabulâ quàm Cicerone nocens :
Quid gladium demens *d* Romana ſtringis in ora ?
Hoc admiſiſſet *e* nec Catilina nefas.
*f* Impius infando miles corrumpitur auro ;
Et *g* tantis opibus vox tacet *h* una tibi.
Quid proſunt ſacræ pretioſa ſilentia *h* linguæ ?
*i* Incipient omnes pro Cicerone loqui.

*a* Vide ep. 56. lib. 3. unde hunc fas. *b* Nihil habes quod illi exprobes. *c* Minus rora proſcriptorum tabula nocens, quam uno Cicerone. *d* In Ciceronis os. *Quod tibi Roma datur cum loquereris, erat*, ep. 56. l. 3. *e* Si revixiſſet, cui tamen major odii cauſſa Ciceronis, quam tibi. *f* Popilius Lenas percuſſor Ciceronis qui illum capitis reum defenderat. *g* 250000. drachmis Atticis. Appian. l. 4. *h* Ciceronis, qui te Philippicis exagitavit. *i* Omnes jam in crudele hoc tuum facinus invehentur. ſic ep. 60. l. 2.

## *De Syriſco.* LXVII.

a Donatum. b Juſtum, integrum centies. ep.31.l.4 d, e Ganeis & tabernis, ubi non honeſte accumbebant, ſed ventri indulgebant ſedentes. f Comeſſationibus abſumpſiſſe. g Atqui id non juſtis convivis & cœnis, ſed jentaculis, prandiolis, repotiis, &c. in quibus non accubuit.

INfuſum ſibi nuper à patrono
*b* Plenum, Maxime, centies Syriſcus
In *c* ſellariolis vagus popinis
Circa balnea *d* quatuor *e* peregit.
O quanta eſt gula, centies *f* comeſſe!
*g* Quanto major adhuc, nec accubare!

de Sellaria item vide quæ Torrentius ad 43. cap. Sueton. Tib. *d* Neronis, Galbi, Titi, Agrippæ. *e* Conſumpſit, decoxit. *f* Comeſſationibus abſumpſiſſe. *g* Atqui id non juſtis convivis & cœnis, ſed jentaculis, prandiolis, repotiis, &c. in quibus non accubuit.

## *Ad Fauſtinum.* LXVIII.

a Oppidum convicus in Sabinis. b Julio menſe quo Cancer ſolem accendit, & Auguſto quo Leoms fervent ſect ora. ep.46. l.4.e.l.g.

HUmida quâ gelidas ſũmittit *a* Trebula valles,
Et viridis *b* Cancri menſibus alget ager;
* Rura Cleonæo numquam temerata leone,
Et *c* domus Æolio ſemper amica Noto,
* Te, Fauſtine, vocant: *d* longas his exige meſſes
Collibus; *e* hibernum jam tibi Tibur erit.

c Villa Auſtro expoſita, venti in Æoli ditione eſſe perhibentur: Notus autem propriè ab Æolia Italiam adflat. * Rura Trebulæ te invitant. *d* Æſtatem longam, dies æſtivos longos. *e* Tibur frigidiſſimum habitum, ſi Trebulæ conferatur, videbitur hyeme fervere. ep.46.49.& 51.l.4.

## ¶ *De origine Bacchi.* LXIX.

Qui in monſtroſo Bacchi διμήτορα & διθύρα Jovis ſc. femore perfecti & renati partu, monſtroſo ludit ingenio Jovem Bacchi matrem vocans, cur non æque ἀτοκπῶς & Semelen appellat patrem Bacchi? verum non tam rationem & analogiam hic vel ignoravit vel non examinavit Martialis, quam jocum affectavit. vide Mureti var. lect. 19 c. 1.

QUi potuit Bacchi matrem dixiſſe Tonantem,
Ille poteſt Semelen dicere, Rufe, patrem.

## *Ad Theodorum.* LXX.

Vide lib. 7. ep.2. quod huic conſonat.

NOn donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris, Theodore? magna cauſſa eſt:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

## ¶ *De Pompeio & filiis.* LXXI.

a Cnæus Pompeii Magni filius interiit in Europa victus a Cæſ. ad Mundam in Hiſpania: Sextus periit a militibus Antonianis interceptus Mileti in Aſia. *b* Pomp. Magnus occiſus, ut ep. 56. l. 3. 2. in Attica ad Peluſium Nili oſtium ſepultus eſt. Strabo lib. 16. in monte Caſſio ſepultum refert. *c* Neque enim conſtat an ſepulcrus fuerit. *Jacet ingens litore truncus* dixit Virg. de Priamo ſed reſpexit Pompeium. 2. Æn. & illud *Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo.* *Quis putat eſſe Deos?*

POmpeios juvenes Aſia, atq; Europa *b*, ſed ipſũ
Terra tegit Libyes; *c* ſi tamen ulla tegit.

Quid

Quid mirum *d* toto ſi ſpargitur orbe? jacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

*d* Per tres orbis partes quæ tum notæ, nondum inventa America, de his autem 3 partibus Pompeius triumpharat. *Et quaſ non poſſet tellus toſ ferre ſepulchra, Diviſit cineres.* Petronius antea, de Craſſo, Pompeio, Jul. Cæſare.

## *Ad Quinctum.* LXXII.

QUæ * legis cauſſa nupſit tibi Lælia, Quincte,
Uxorem potes hanc dicere * legitimam?

* Quæ lege & jure nupſit, ſed ludit Poeta cum a notatione *legis* & *legitimæ*, tum ab homonymia τῶ *legitimam*, q. d. adultera Lælia nupſit Quincto mœcho: idque metu legis Juliæ in adulteros latæ & a Domitiano revocatæ. vide ep. 7. l. 6. lege & 88. Anſonii.

## *Ad Cinnam.* LXXIII.

PRofecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.
Tu quoque caviſti cœnando tam malè ſemper:
Ne poſſes unquam, Cinna, perire, fame.

*a* Vide Plin. nat. hiſt. 25. l. 2. c. & A. Gell. 17. l. 16. c.

## *Ad Marullum.* LXXIV.

NArratur bellè quidam dixiſſe, Marulle,
Qui te *a* ferre oleum dixit in *b* auriculam.

*a* Aſſentationem & blanditias potentiorum antibus inſtillare. vide adag. *ferre ore oleum.* *b* Al. *auricula*, i. te eſſe aure ſupina, qui alios audire adverſeris, inverſo adagio, *oleum ore geſtare*, quod de eo dicitur qui loqui cavet. vide ep. 34. l. 6.

## *Ad Turanium.* LXXV.

*a* SI triſti domi cœnio labora,
Turani; potes eſurire mecum.
Non deerunt tibi, *b* ſi ſoles ὀψοπίνειν,
*c* Viles Cappadocæ, *d* graveſque porri,
Diviſis *e* cybium latebit ovis.
Ponetur digitis tenendus *f* unctis
Nigrâ coliculus virens patellâ,
Algentem modò qui reliquit hortum:
Et *g* pultem niveam premens botellus,

*a* Ne triſtis & ſolus domi cœnes, poteris apud me cœnare frugali & parabili menſâ contentus, ad ejuſmodi cœnam invitat Perſicum Juvenalis, Sat. 11. & Septitium Plinius, epiſt. 15. l. 1. *b* Apponentur tibi in libationem, promulſidem, antecœnium, guſtationem ceu guſtum, de quo, l. 10. ep. 30. & l. 11. ep. 19. b. & 45. l. *c* Lactucæ Cappadocæ. l. 13 ep. 14. *d* stomacho, capiti, oculis. *e* Piſcis e pelamidum genere conciſi truſta ovis ruptis frixa & tecta. Plin. lib. 32. c. 11. & Athenæus l. 3. c. 52. *f* Propter oleum cauliculis ſuperfundi ſolitum. Lipſ. 5. epiſt. quæſt. 1. lib. Gruterus retinet *uſtis* propter ἀντίφρασιν τῶ *Algentis horti*. quod. ſcq. *g* Pulti ex alicæ farina impoſitus botellus qui confici ebatur ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis conciſis, cepa, porro, thure, pipere, liquamine & vino, quibus inteſtinum farciebatur. a pudding or ſauſage. Apic. l. 2. c. 5. erat & χοιρὴ αἱματάτις. Athenæus, l. 3. c. 36.

Et

Et pallens faba cum *b* rubente lardo,
Menſæ munera ſi voles ſecundæ,
*i* Marcentes tibi porrigentur uvæ,
Et *k* nomen pyra quæ ferunt Syrorum;
Et quas *l* docta Neapolis creavit
Lento caſtaneæ vapore * toſtæ.
*m* Vinum tu facies bonum bibendo,
*n* Poſt hæc omnia fortè ſi movebit
Bacchus, quam ſolet, eſuritionem,
Succurrent tibi nobiles olivæ,
Piceni modò quas tulere rami,
Et *o* fervens cicer, & *p* tepens lupinus.
Parva eſt cœnula. (quis poteſt negare?)
*q* Sed finges nihil audieſve fictum,
Et vultu placidus *q* tuo recumbes;
*r* Nec craſſum dominus leget volumen.
Sed, quod non grave ſit, nec infacetum,
*ſ* Parvi tibia condyli ſonabit.

*b* Fumoſo, vel raucidulo.
*i* Maturæ, vel duracinæ. ep. 44. l. 1.
*k* Pyra Syra, ex Syria allata.
*l* Studiis literarum & gymnaſiis celebris: Neapolitanæ autem caſtaneæ laudatæ.
* MS. B. coctæ.
*m* Vinum qualecunque ſapiet tibi non ante ſitim bibenti.
ita Socrati πατὴρ πᾶν ἡδὺ ἦν, δεῖ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ δι' ἡδονήν. Xenoph. Apomnem. α.
*n* Poſt hæc omnia fortè ſi movebit
*o* Fervens, ſi ignem ſpectes, ſed tepens, ſi tangas.
*p* Aqua maceratus tepente.
*q* Sed cœnæ tenuitatem compenſabit libertas & ſyncerita, ubi non erit opus ſimulatione & diſſimulatione ut in menſis divitum.
*q* Non ficto non ad alterius gratiam compoſito.
*r* Ep. 33. l. 11. t. Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κατακείμενος. Anthol. 2. l. 47. c.
*ſ* Parvi foraminis tibia inſtar condyli, qui pars eſt digiti imminens in communſura pugni.

## *In Zoilum.* LXXVI.

UNdecies una ſurrexti, Zoile, cœnâ;
Et mutata tibi eſt *a* ſyntheſis undecies:
Sudor inhæreret madidâ ne veſte retentus,
Et *b* laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non ſudo, qui tecum Zoile, cœno?
*c* Frigus enim magnum ſyntheſis una facit.

*a* Veſtis cœnatoria. vide ep. 38. l. 2. c.
*b* Ex ſudore porioſam.
*c* Quia mihi non ea veſtium copia quæ tibi. qui ſudare te fingis ut ſyntheſes oſtentes. ſic ep. 14. l. 2 g.

## *Ad Severum.* LXXVII.

NOn totam mihi, ſi vacabis, horam,
Dones, & licet *a* imputes Severe,
Dum noſtras legis, *b* exigiſque nugas,
*c* Durum eſt perdere ferias: *d* rogamus,
Non eſt æquum me ocia mea perdere nugis tuis impenſa.

*a* Me tibi debitorem ejus facias.
*b* Ad examen judicii caſtigas.
*c* *Objectio ex perſona Severi.*
*d* *Reſp. Poetæ.*

Jacturam

Jacturam patiaris hanc, feraſque.
Quòd ſi legeris ipſe cum diſerto,
(Sed numquid ſumus *e* improbi?) *f* Secundo;
*g* Plus multo tibi debiturus hic eſt,
Quàm debet domino ſuo libellus.
Nam ſecurus erit, *h* nec inquieta
Laſſi marmora Siſyphi videbit;
Quem cenſoria cum meo Severo
Docti *i* lima momorderit Secundi.

*e* Qui tibi adjungimus comitem æque gravibus, ac tu, diſtrictum negotiis. *f* Libertus hic Lucenſis ille? de quo l. 1. ep. 2. e. An Plinius Junior qui noſtro amicus, ut teſtatur ipſe Plin. epiſt. ult. l. 3. qui & ſecundus cognominatus eſt, diſertumque eum vocat Martialis, ep. 19. l. 10. *g* Plus tibi caſtigatori quam mihi auctori. *h* Effugiet mortem, non interibit, ad inferos, ubi ſaxum ingens volvit Siſyphus, damnatus. ſic ep. 2. l. 10. *i* Caſtigatio, expolitio, Metaph. a fabris.

## *Ad Æmilianum.* LXXVIII.

SEmper eris pauper, ſi pauper es, Æmiliane,
Dantur opes *a* nulli nunc niſi divitibus.

*a* Al. *nullis*.

## *In Gaurum.* LXXIX.

(centa:

*a* QUid *b* promittebas mihi millia, Gaure, duSi *b* dare non poteras millia Gaure, decem?
*c* An potes, & non vis? rogo, non eſt turpius iſtud?
I, tibi diſperdas, Gaure: *d* puſillus homo es.

*a* In denegando quis pudor eſt paulùm: poſt ubi tempus eſt promiſſa jam perfici. Charinus apud Terent. *b* Mutuo, fœnore vel gratis. *c* Quæ noluiſti mihi dare, ea tibi habeas, male iis utaris, quæ nec bene tibi vertant. Ita emendavit Scriv. de conſilio Scaligeri; cum antea legeretur *diſpereas*. *d* μικρολόγῳ parvi animi. **a baſe fellow.**

## *Ad Dindymum.* LXXX.

*INſequeris, fugio; fugis, inſequor: hæc mihi mens
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo. (eſt.

* Diſparia nobis ſtudia, voluntates diverſæ. Sic ep. 40. l. 12.

## *Ad Gallam.* LXXXI.

JAm triſtis *a* nucibus puer relictis
Clamoſo revocatur à Magiſtro:
Et blando malè *b* proditus *c* fritillo
*d* Arcanâ modò raptus è popinâ,
Ædilem *e* rogat *f* udus aleator.

*a* Pueris nucum luſus indultis fuit in Saturnalibus, viris alea; finitis vero Saturnalibus, revocabantur in ſcholam pueri a magiſtris. *Plin. epiſt.* 7. l. 8. alea viris inhibita, cujus animadvertendæ cura ad Ædiles ſpectabat. *b* A rotati concuſſique fritilli ſono proditus Ædili ganeas perquirenti. *c* Ep. 11. l. 4. i. *d* Palam ludere poſt Saturnalia nefas erat. *e* Ut ſibi parcat, nec in jus trahat. *f* Vino madens.

Saturnalia

*g* Ep.75.l.4 b.

*g* Saturnalia tranſiere tota,
Nec munuſcula parva, nec minora
Miſiſti mihi, Galla, quæ ſolebas.
*h* Sanè ſic abeat meus December,
Scis certè puto veſtra jam venire
Saturnalia, Martias Kalendas.
Tunc reddam tibi, Galla, quod dediſti.

*h* Nihil mihi miſiſti noſtris Saturnalibus Decembr. nihil tibi mittam Calendis Martiis. Quæ vobis tanquam Saturnalia ſunt, & in quibus celebratus erat natalis Veneris, miſſaque mulieribus munera a maritis & amatoribus. vide tit. Apophoreton.l.14.*.

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

## LIBER VI.

### *Ad Julium Martialem.* I.

*a* Ad quem, lib.5.ep.21. *b* Si acri digiti, auris, judicii cenſura caſtigatis. *c* Cæſareas, ſic ep.7.l.4.k.

SEXTUS mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi care *a* Martialis:
Quem *b* ſi terſeris aure diligenti,
Audebit, minus anxius tremenſque,
*c* Magnas Cæſaris in manus venire.

### ¶ *De* * *filio Domitiani.* II.

* Ex Domitia uxore, cujus meminit Sueton 3.c. Neque enim placet hoc de conceptu Juliæ, quem ipſe pater & patruus abortivum eſſe volnit, intelligi: ut vult Calderinus. *a* Imitatio Virgiliana, *Julius a magno demiſſum nomen Iulo.* 1. Æn. &— *b*— *Chara deum ſoboles*, &c. hæc a vera, Domitiani ſc. Dei ac Domini. ep.8.l.5.b. *c* Imperium Rom. *d* Imii Ovidiana. *Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes*: *& olim imperium regat hoc cum ſeniore ſenex*, 2. Triſt.v.165.

*a* NAſcere Dardanio promiſſum nomen Iülo,
*b* Vera deûm ſoboles: naſcere magne puer,
Cui pater æternas poſt ſecula tradat *c* habenas,
*d* Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.

*e* Ipſa

*e* Ipſa tibi niveo trahet aurea pollice fila,
Et totam *f* Phryxi Julia nebit *f*ovem.

*e* Parcæ Deæ dabunt patruelis tuæ Juliæ filiæ Titi, parentes ſuas: atque Iulia pro amore ſuo tibi nebit pollice niveo (qui longævitatem figurat) fila aurea, quæ ſummam portendunt felicitatem, namque ex diſciplina Hetruſcorum aries inſolito colore indutus regi, vel Imperatori omnium rerum largitionem portendebat. vide quæ ad v. 228. Thyeſt. Senecæ. *f* Vellus aureum, quale erat arietis illius quo Paryxus vectus e Bœotia in Colchos transfretavit.

## *Ad Domitianum.* III.

*a* CEnſor maxime, *b* principumque princeps,
Cùm tot jam tibi debeat *c* triumphos,
*d* Tot naſcentia templa, tot renata,
*e* Tot ſpectacula, *f* tot deos, tot urbes:
Plus debet tibi Roma, quòd pudica eſt.

*a* Cenſuram ſibi aſſumpſit maximam. Suet. c. 8. perpetuam Dio. *b* Imperator. *c* Ex Dacis ſc. Cattis & Sarmatis. ep. 2. l. 2. c. & ep. 119. l. 5. b. *d* Suet. c. 5. Eutrop. l. 7. Caſſiod. Chron. *e* Suet. 4. c. vide ep. 19. l. 5. b. *f* Novos Deos, ſeipſum patrem, fratrem & Iulium, cum an iquis Iove cuſtode, Hercule, Fortuna reduce, Iano, &c. Xiphilin. & Suetou. vide ep. 19. l. 5. c.

## *Ad Cæcilianum.* IV.

RUſtica mercatus multis ſum prædia nummis.
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi reſpondes? *a* tacitum te dicere credo:
Non reddes. *b* ideo, Cæciliane, rogo.

*a* Tacendo videris dicere me non redditurum.
*b* Ut non reddam, rogo gratis & dono, non mutuo.

## *De Theleſina.* V.

*a* JUlia lex populis ex quo, Fauſtine, renata eſt;
Atque intrare domos juſſa Pudicitia eſt:
*b* Aut minus, aut certè non plus triceſima lux eſt,
Et nubit decimo jam Theleſina viro.
Quæ nubit toties, *c* non nubit: adultera lege eſt.
Offendor *d* mœchâ ſimpliciore minus.

*a* Ex quo tempore Domitianus revocavit legem Juliam a C. Julio Cæſ. Octaviano contra adulteros latam. vide Suet. Domit. 7. & 8. c. & ſupra ep. 4. primum hoc diſtichon in ed. Scriveriana deſideratur conſilione ſuo? an incuria Typographica? hoc videtur ex lemmate. ubi Fauſtini mentio. *b* Intra menſem vel 30. dies Theleſina nupſit decies. *c* Fraudem facit legi conjugii nomine præ ſe fert adulterium, vim legis eludit, neque ſe jam uxor eſt ſed adultera legitima. ep. 72. l. 5. vide & 20. ep. infra. *d* Quæ ſimpliciter mœcha eſt, ne jus legem ipſaſque nuptias adulterat. ep. 74. l. 8. &

## *Ad Severum.* VII.

PRætores duo quatuor tribuni,
Septem cauſſidici, decem Poetæ,
Cujuſcam modi [illegible] perebant.

A quodam ſene, non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam.
*e* Immo ſapienter fecit, pro more hodierno locandi filiarum : qui tenuioris conditionis hominibus prælatum elegit generum artis pecuniosæ. ep.54.l.5. Al. *Dic nunc quid fatue, Severe, fecit?*

*e* Dignum quid fatuo, Severe, fecit ?

## *Ad Lævinum.* VIII.

*f* Vel, ſimulas ſomnum ne ejiciaris a deſignatore Oceano.
*g* Ludit in ambiguitate ſi *ſuſcitat*, quod ſignificat, excitare e ſomno & ex e. queſtibus tedibus. ep.65. .3.8. & 8.ep.l.5.

IN Pompeiano *f* dormis, Lævine, theatro.
Et quereris, ſi te ſuſcitat Oceanus ?

## *Petit latenter à Domitiano pecuniam.* IX.

*a* Domitianus.
*b* Suet. Domit. c. 5. vide & ep.1.l.5.l.
*c* Al. *Pudet heu, pauca v.*
*d* Carmen tamen vel libellum ſupplicem legit vultu non minus ſereno, quam quo jura victis dat, quam quo triumphat.
*e* Ep.3.l.5.
*f* Capitolium aſcendit triumphans per viam ſacram.

PAuca Jovem nuper cùm millia fortè rogarem:
*a* Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
*b* Templa quidem dedit ille Jovi: ſed millia nobis
Nulla dedit : *c* pudeat pauca rogaſſe Jovem.
*d* At quàm non tetricus, quàm nullâ nubilus irâ,
Quam placido noſtras legerat ore preces !
Talis ſupplicibus tribuit diademata *e* Dacis :
Et *f* Capitolinas itque reditque vias.
Dic precor, ô noſtri dic *g* conſcia virgo tonantis:
Si negat hoc vultu, quo ſolet ergo dare ?
*h* Sic ego: ſic breviter: poſitâ mihi Gorgone Pallas:
*k* Quæ nondum data ſunt, ſtulte, negata putas ?

*g* O Pallas, familiare Domitiani numen, quam eximie colit, & cujus ſilium ſe eſſe vult. ep.1.l.4.f. *h* Sic ego quærebam inquit Martialis, ſic autem Pallas reſpondit. *i* Pertinax ſc. induca mitem. ita Silius, *Jam bellica virgo Ægide depoſita, &c.* vel alluoit ad ſtatuam Palladis in Capitolio poſitam ſine ægide, ut quam Domitianus habet. ep. 169. l. 14. *k* Expecta modo, dabit, neque enim negavit quia non ſtatim dedit.

## ¶ *In Marcum.* X.

*a* Quod nullum homo reperiatur amicorum par, non eſt mirum: cum nulla inter eos qui amici eſſe volunt, inveniatur conditionum paritas, rerum communio, aut ſtudiorum ſimilitudo. Oreſtis cum Pylade amicitia vel pueris audita. *b* Vide ep.36. l.2. & 50. l. 3. E Codd. P. Scr. reponit, *rhombus*, Alii habent *parvo*. *c* Oſtrea Lucrina, quæ in laude erant & pretio. *d* Flaccida concha & ſine collo, a Peloro Siciliæ promontorio dicta. *e* Non mihi minus exacta eſt tenuis ſaporum ratio, nec minus delicatum cupido quam tibi.

*a* Quòd nõ ſit Pylades hoc tempore, nõ ſit Orestes,
Mirari? Pylades, Marce, bibebat idem.
*b* Nec melior panis, turdúſve dabatur Oreſti :
Sed par, atque eadem cœna duobus erat.
Tuc Lucrina voras : me paſcit *d* aquoſa *d* Peloris?
*e* Non minus ingenua eſt & mihi, Marce, gula.

Te

Te *f* Cadmea Tyros, me *g* pinguis Gallia veſtit :
Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem ?
Ut præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſten.
Hoc non fit verbis, Marce : *h* ut ameris, ama.

*f* Ep. 36. l. 2. *g.* Sagum Gallicum craſſioris villi, vide ep. 14. l. 4. 2. & Juven. 9. Sat. 30. v. *h* Ego tibi demonſtrabo, inquit Hecaton, referente Seneca epiſt. 9. *amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine; Si vis amari, ama.*

## *De Fabulla.* XI.

JUrat capillos eſſe, quos emit, *a* ſuos
Fabulla : numquid, Paulle, pejerat ? *b* nego.

*a* Mentali quidem reſtrictione ambigui *ſuos*, ademptitios, ſc. non nativos, ſic ep. 17. l. 2. & 28. ep. 1. l. *k* Supplet e duob. codd. Scriverius, cum antea cladicaret lanibus, monſtroſe vulg. quinarius.

## *De ſtatua Juliæ.* XII.

*a* QUis te Phidiaco formatam, *b* Julia, * cœlo :
Vel quis Palladiæ non putet artis opus ?
Candida *c* nõ tacitâ reſpondet imagine *d* Lygdos,
Et placido fulget vivus in ore * decor.
*e* Ludit *f* Acidalio, ſed non manus aſpera, nodo,
Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo.
*g* Ut Martis revocetur amor ſummiq; Tonantis ;
A te Juno petat *b* ceſton & ipſa Venus.

*a* Quis ſtatuam tuam finxit tanto artificio ut Phidiæ eximii toreutis ſuperaſſe, ipſiuſque Palladis artem æquare videatur. * Stilo ſculptorio. *b* Filia Titi Imp. & Murtiæ Furvillæ, cui impenſius amatæ Domitianus patruus inſignem ſtatuam tenentem manu ceſtum, quo ſe percuſſum innueret, erexit. *c* Ad vivum ita expreſſit, ut loqui videatur. *d* Marmor Lygdinum. *e* Tauro & Arabia, ep. 34. infra t. * MSS. quidam præferunt *ligor*, ſplendor ſc. reſultans ex ſtatua Juliæ, & fulgor deſtillans oculos præſtringens. *e* Ludibunda & velut tenera ac molli manu gerit ceſtum, i. baltheum amoris potentem, Cupidini ereptum, quo Martem Venus, Jovem Juno tactum ad amorem accendere fertur. vide Giraldi Syntag. 13. de Venere. *f* Venus Acidalia dicta eſt ab ἀκίδας, i. curas quas injicit, vel ab Acidalio fonte in Orchomeno Boeotiæ quo ſe lavare Gratiæ ferebantur. in hoc autem cingulo omnes ineſſe Gratias & Veneres canit Hom. Il. Ξ. *g* Juno & Venus tanquam minores Deæ a te (ubi conciliatos volunt Jovem & Martem) petant cingulum hoc, quo tu incendia Domitianum Deum & Dom. noſtrum. *h* Modo, uot. e.

## *In Laberium.* XIII.

VErſus ſcribere poſſe te diſertos
Affirmas, *a* Laberi : quid ergo non vis ?
Verſus ſcribere qui poteſt diſertos,
Non ſcribat Laberi ; *b* virum putabo.

*a* Alius hic a Laberio mimorum ſcriptore. *b* Qui poſſit famam & gloriam contemnere, non oſtentando artem ſuam ac ſcientiam.

## ¶ *De formicâ ſuccino incluſâ.* XIV.

*a* Populea, vide ep. 19. l. 4. b.
*b* Formicam.
*c* Simile de vipera, ep. 48. l. 4. a.

DUm *a* Phaëthonteâ formica vagatur in ũbrâ,
Implicuit tenuem ſuccina gutta *b* feram.
Sic modò quæ fuerat vitâ contempta manente,
*c* Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.

## *In Cinnamum.* XV.

*a* Ut habeatis nobilis & Cinna conſulari quidem ſed crudeli viro orundus.

*a* CInnam, *b* Cinname, te jubes vocari,
Non eſt hic, rogo, Cinna, barbariſmus?
Tu ſi Furius antè dictus eſſes,
Fut *c* iſtâ ratione dicereris.

*b* Tonſor. de quo ep. 52. l. 7. *c* Barbara hac Apocope.

## ¶ *Ad Priſcum, de Salonino.* XVI.

*a* Manes enim ranêti habiti.
*b* In Hiſpania.
*c* Qua umbra non eſt alia apud inferos ſanctior.

*a* SAncta Salonini *b* terris requieſcit *b* Iberis,
*c* Qua melior Stygias nõ videt umbra domos;
*d* Sed lugere nefas, nam qui te, Priſce, reliquit
Vivit, quâ voluit vivere parte magis.

*d* *Abſint inani funere næniæ*, &c. Hor. 2o. ode 2. l. quia *multa pars mei Vitabit Libitinam. uſq; ego poſtera Creſcam laude recens*: in quâ idem ode 30. l. 3. Magna quidem ejus pars eſt ſuperſtes, cui ſupereſt gloria ex claris factis & ex bene meritis nominis celebratas, ſed alia hic mens Poetæ noſtri & ratio Pythagorica: φίλτερον σώματος μὴ δύο, ψυχὴ ἡ μία. vivit itaque melior Salonini pars in eo quod te ſuperſtitem reliquerit, quem vel anima ſua charioremhabuit.

## ¶ *In Poſtumum cauſſidicum.* XVII.

*a* Ineptos hujuſmodi & umbraticos cauſſidicos qui figurarum tumore & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu crepantes nihil ex iis quæ in uſu ſunt aut vident aut loquuntur, exagitat Petronius ſtatim ab initio Sat. Ita hic Poſtumus vel ex alia oratione (ut ait Cicero pro Roſcio Amerino) quam in aliam reum ſuerat commentatus hæc declamavit: vel arceſſitos hos artis colores & purpureum, qui late ſplendeat, pannum aſſuit cauſſæ levi quam actam oportuit de tribus capellis. vide Lucilli epigr. lib. 2. c. 46. Amphol. unde hoc expreſſum. vide & Lucianum in Πρὸς τὸν διδάσκαλον. *b* Tu neſcio quid grande ſonas de clade Cannenſi, bello cum Mithridate, Hannibale, Porſenna quem Mutius Scævola adortus eſt, ep. 22. l. 3. & bellis civilibus Marii & Syllæ, extra chorum quidem, & mira de lente. *c* Omni geſtu & actionis viribus, ita magno conatu magnas nugas agis.

*In*

## *In Phœbum.* XVIII.

MUtua te centum ſeſtertia, Phœbe, rogavi :
*a* Cum mihi dixiſſes, exigis ergo nihil ?
*b* Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus
Teq; decem cruciasſ jam rogo, Phœbe, *c* nega,

*a* Cum ipſe me ſæpe hortatus fueris prius ut aliquid a te peterem. Jam tamen dubitas, cunctari, &c. *b* Al. *anquiris*. *c* Amarum eſt diu pendere. æquius erat mihi ſpem præcidi, tibi metum ; quam utrumque ſic trahi, ſic cruciari. vide Senec. de Benef. l.c.1. & epigr. 27. infra, & l.7.ep.36.

## *De Stella & Ianthide.* XIX.

*a* PEtetuam Stellæ dum jungit *b* Ianthida vati
Læta Venus, dixit plus dare non potui.
Hæc coram *c* dominâ: ſed nequius illud in aurem,
Tu ne quid *d* peeces, exitioſe, vide.
Sæpe ego laſcivum Martem furibunda *e* cecidi,
Legitimos eſſet cum *f* vagus ante toros.
Sed poſtquam meus eſt, nullâ me pellice læſit :
*g* Tam frugi Juno veller habere Jovem.
Dixit, & *h* arcano percuſſit pectora *h* loro.
*i* Plaga juvat : ſed tu jam dea cæde duos.

*a* Cum Venus Violantillam duram diu & inexorabilem jungeret tandem connubio ſtabili. Stellæ Poeta, dixit, cape munus quo non potui dare majus Papin. ſylv. 1. *b* Diminutiv. ab ἴον. ut Violantilla a viola. *c* Violantilla. *d* Amore furens & Zelotypia. *e* Ceſſo, illum mihi conciliatura, ep.12. ſupra e. *f* Adulteriis. *g* Tam continentem & thalamo ſuo fidelem. *h* Arcanæ virtutis baltheo. de quo ſupra, ep.12.c. *i* Ut illam amem. *k* Illam æque ac me, ut me mutua amoris fide amplectatur.

## *In Proculinam.* XX.

QUòd nubis, Proculina, concubino,
Et *a* mœchum modò, nunc facis maritum ;
Ne *b* lex Julia te notare poſſit :
*c* Non nubis, Proculina, *d* ſed fateris.

*a* Qui modo mœchus erat
Μοιχὸν μὲν φίλεσκε
ἐν λαφάγνοις χρόνοις, γαμεῖν δ' ἂς ἐμοιχᾶτο, ὅταν ἐπ' ἀνδρὶ λαφᾷ. Apollonius apud Philoſtratum. l.8. *b* Supra ep.3.2. & ep.5. *c* Supra ep.5 c. & ep.72. l.5. *d* Illum fuiſſe mœchum.

## *In deformem candidatum.* XXI.

TU licet & manibus, blandis & vocibus inſtes:
Contra te facies imperioſa tua eſt.

Σύσχεσοι ſuere Tum Martialis & Juvenalis, acumen ſæpe convenit, & vel Philo Platoniſſat vel Plato Philoniſſat, uter utri acceptum ferat utriuſque interpres non dico. verum hoc ep. vide expreſſum Sat.6. Juv. v.196. ibidemque expoſitum.

## *De Cariſiano.* XXII.

Laſciviæ id eſſe in Cariſiano jocatur quod revera paupertatis erat: ut cui non erat veſtis cœnatoria quam ſumeret in Saturnalibus; ubi Senatores & equites poſitis togis induebant ſyntheſes. vide ep. 136. l. 14. & Lipſ. 1. Sat. 1. atque, inquit, laſcivum eſt gravitatem inducere ubi cæteri pro ritu civitatis laſciviunt, ut laſcivire ubi cæteri cives gravia agunt.

NIl laſcivius eſt Cariſiano;
Saturnalibus ambulat togatus.

## ¶ *Ad Marcellinum.* XXIII.

a Vera, ingenua, ingenuo, moribus, pectore patrem referens. fortis fortes create. purum aurum a puro auro.

b Qui mereris ayro in Dacia quæ ſpectat ad Septentrionem, militaſſe eum in Dacis & Getis teſtantur, ep. 35. l. 9. & 64. l. 7. de Parrhaſia urſa, vide notam c. ep. 9. l. 4.

MArcelline boni ſoboles a ſincera parentis,
Horrida b Parrhaſio quem tegit urſa jugo:
c Ille vetus pro te patriuſq; quod optet amicus,
Accipe, & hac memori pectore vota tene:
Cauta ſit ut virtus, nec te temerarius ardor
In medios enſes, ſævaque tela ferat.
d Bella velint, Martemq; ferum rationis egentes:
e Tu potes & patriæ miles, & eſſe decus.

c Ego. d Temere pugnent furioſi, tu cante & uti fortem decet; qui *non timebit, cavebit tamen.* Sen. epiſt. 85 & Ariſt. Eth. 3. l. c. habes enim in te artium ornamenta quibus togatus non minus quam armatus patriam cohoneſtare poſſis. *licet eminus eſſe fortibus, Antico nocuit temeraria virtus.* e Al. leg. *Tu potes & patris miles & eſſe duces.* Vide Turneb. 25. l. 27. c. non placet.

## ¶ *Ad Nepotem.* XXIV.

a Duplici modo ait Nepotem ſibi eſſe vicinum: primo in urbe Roma circa Floræ templum: tum in Sabinis, Ficellarum oppido inter quod & Nomentum Martialis prædium habuit. Cluver. Ital. 2. l. 9. c.

b Ep. 23. l. 5. c. c Sic Catullus in nuptiis Juliæ & Terentiati: *Sit ſuo ſimilis patri* &c. mox, *Et pudicitiam ſuæ matris ingenerit ore.* & Horat. *Laudantur ſimili prole puerperæ,* Al. *Patria.* d Ne parce veteri vino, verum bibe uti ante natum filium, nec reconde vina ſed nummos illi relit quandos. 121. ep. 113. e Non vinum a te reconditum, ſed quod ipſa levit, & quod cum ipſa ſimul conſenecat. f Non orbis tantum, ſed & is qui liberos habent liceat geniliter vivere & cæcubi cuniculos exhaurire.

BIs vicine nepos (nam tu quoq; b proxima Flo:
Incolis, & veteres tu quoq; Ficelias) [ræ
Eſt tibi, quæ c patrii ſignatur imagine vultus,
c Teſtis maternæ nata pudicitiæ.
d Tu tamen annoſo nimium ne parce Falerno:
Et potius, plenos ære relinque cados.
Sit pia, ſit locuples, ſed potet filia e muſtum;
Amphora cum dominâ nunc nova fiat anus.
f Cæcuba non ſolos vindemia nutriat orbos:
Poſſunt & patres vivere, crede mihi.

¶ *Epitaphium*

## ¶ *Epitaphium Glauciæ.* XXV.

LIbertus *b* Melioris ille notus,
Tot à qui cecidit dolente Româ,
Cari deliciæ *c* breves *d* patroni,
Hoc ſub Marmore Glaucias humatus
Juncto *e* Flaminiæ jacet ſepulchro:
Caſtus moribus, *f* integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bis ſenis modò *g* meſſibus peractis
*h* Vix unum puer applicabat annum.
*i* Qui fles talia, nil fleas viator.

*a* Lege epicedion Glauciæ a Melioris lib. 2. Syiv. Statii. quod huic concinit ac facem præfert.
*b* Mel. Attedii.
*c* Puer enim extinctus.
*d* Melioris Attedii, qui Glauciam etiamnum infantem propter formam & ingenium manumiſerat. epigr. ſeq.
*e* Viæ Flam. in qua tumuli frequentes.
*f* Al. *innocens pudore*.
*g* Alii, *menſibus*, vitioſiſſime unde enim bimulo ingenium, mores caſti, pudor, &c. prædicta?
*h* Prope erat tredecennis.
*i* Qui Glauciæ fatum immaturum atque Melioris miſeram orbitatem deſles, ſis precor felix, neq; habeas ex tuo quod fleas. ut l. 15. ep. 57.

## ¶ *De eodem.* XXVI.

NOn de plebe domus, nec *b* avarę *c* verna dea-
Sed domini ſancto dignus amore puer:
*c* Munera cùm poſſet nondum ſentire patroni,
Glaucia libertus jam Melioris erat.
Moribus hoc formæque datum, quis blandior illo?
Aut quis *f* Apolineo pulchrior ore fuit?
*g* Immodicis brevis eſt ætas, & rara ſenectus.
Quidquid amas cupias *h* non placuiſſe nimis.

*a* Non pars Niliacæ plebis aut Alexandrinæ, non e familia plebeja, *vel*, non e grege atque turba domeſticorum ſervorum. ſic l. 8. ep. 49.
*b* Avarorum magnorum quibus hinc quæſtus.
*c* Ep. 36. l. 2.
*d* Pegmatis lignei, quo venales exponebantur ſervi. ἀπὸ καταβαίνω.
*e* Ep. præced. nota d.
*f* Formoſo, inſtar Apollinis.
*g* Pulcherrima quæque brevis ævi ſunt, præcox indoles immaturi pleruq; fiti. τὰ γὰρ θεῖα σώματα πλέον βαρείας ὁρᾷς ἡλικίας, ἔφαν' ὁ μάντις. Calchas ſc. referente nuncio Sophocleo in Ajace μαστιγοφ. ex optimone impia? Deos invidere eximiæ & enormiori gloriæ. nunc & laicini adhibiti, ſputum, ſanvæ aliæque res turpiculæ quibus gloriam temperari arcerique invidiam credebant.
*h* Ne cito pereat teque jactura cruciet.

## *In Pœtum.* XXVII.

SEx ſeſtertia ſi ſtatim dediſſet,
Cum dixti mihi; ſume, tolle, dono:
Deberem tibi, Pœte, *a* pro ducentis.
At nunc cùm dederis diu moratus,
Poſt ſeptem puto, vel novem *b* Kalendas,
Vis dicam tibi veriora veris?
Sex ſeſtertia, Pœte, *c* perdidiſti.

*a* Ac ſi donaſſes mihi ducenta ſeſtertia. nam quod expo nunt, *ſex ratione fœnoris ducentorum* non placet.
*b* Menſes.
*c* *Bis dat, qui citò dat minimi gratia tarda preti eſt.* Alciat. emb. 162. vide 18. ep. ſupra.

¶ *De*

## ¶ *De morte Othonis.* XXVIII.

CUm dubitaret adhuc belli civilis *a* Enyo,
Forſitan & *b* poſſet vincere *c* mollis Otho:
Damnavit multo *d* ſaturum ſanguine Martem,
Et fodit certâ pectora nuda manu.
Sit Cato, dum vivit, ſanè *e* vel Cæſare major:
Dum moritur, numquid *f* major Othone fuit?

*a* Bellona, furor bellicus. 5. ep. lib. ſpect. c. *b* Neque enim ſe Galbæ oppoſuiſſet, niſi atque ubi jam a Vitellianis ad Bedriacum trande ſuperato ſatis ſupereſſet ſpei integræque ſere copiæ, ſupervenientibus & aliis; odio tamen civilium armorum, & ne periret populus, ſe pugnæ transfodit. Sueton. Dio, & Tacit. 2. Hiſt. *c* De mollitie ejus. Suet. c. 12. & Juven. Sat. 2. v. 102. *d* Alii, *ſaturum jam*, alii, *ſaturatum*. ego *ſaturum* probo, ut mox. b. *e* Quo vel victore majorem ſe & meliorem affirmavit Cato. *f* Minor certe. Cato ex iis rebus fractis & deſperatis, Otho ſalvis jam & integris: ille tædio, hic odio belli civilis ſe interfecit. vitam mollem forti morte conſervavit. *alii* (inquit Tacitus) *diutius imperium tenuerunt, nemo tam fortiter reliquit.*

## ¶ *Ad Diadumenum.* XXIX.

*a* BAſia* da nobis, Diadumene,† pretia, quot in Oceani fluctus me numerare jubes. (quis?
Et maris Ægei ſparſas per litora conchas,
Et quæ *b* Cecropio monte vagantur apes:
Quæque ſonant pleno voceſque, manuſq; theatro,
*c* Cum populus ſubiti Cæſaris ora videt.
Nolo *d* quot * arguto dedit exorata Catullo
Lesbia: *e* pauca cupit, qui numerare poteſt.

*a* Vide ep. 55. * *Munera*, l. 3. ex. Weſt. † *Ianga*, *b* Hymetto monte prope Athenas Cecropi regnatas, Hyino, apibus & melle celebri. *c* Ubi plauſu & fauſtis acclamationibus excipitur in ſpectaculis Cæſar. *d* *Mille, deinde centum, Dein mille altera, dein ſecunda centum, &c.* Catul. 5. ep. ad Leſbiam. * *Gemmas*. *e* *Pauperis eſt numerare pecus*. & Horat. *numerabilis*, *utpote paucus*, ep. ad Piſones.

## *Ad Cæcilianum.* XXX.

SEptem *a* clepſydras *b* magnâ tibi voce petenti
*c* Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.
At tu multa diu dicis: vitreiſque *d* tepentem
Ampullis potas ſemiſupinus aquam.
*e* Ut tandem ſaties vocemque ſitimque; rogamus
Jam de clepſydra, Cæciliane, bibas.

*a* Horologia aquaria, phialas e vitro, cupro, argento, &c. è κλέπτω & ὕδωρ. per quæ guttatim defluit aqua ad temporum ſpatia dimetienda priſcis in uſu, ut hodie horologia aremria. **hour-glaſſes.** clepſydra autem tertiam fere horæ partem continebat. vide Plin. l. 2. epiſt. 11. & 7. ep. l. 6. & Budæum in Pandect. pag. 371. Lucianus in Ἀλεκτρυών ſimpliciter ὕδωρ pro clepſydra ponit. *b* Tanquam gratum tibi faceret judex longum dicendi ſpatium concedendo. *c* Judex. *d* Mora egelidam, an a ſole veligne calidam? quam ſupino ore bibis ad vocem & vires reficiendas, ſimulque, ut tempus protrahas. bibendi autem inter agendum morem hunc a ſuo oratore procul abeſſe vult Fabius, l. 11. c. 11. *e* Ut exhauſta tandem clepſydra finias, tuaque voci ac neſtris auribus parcas.

¶ *De*

## ¶ *De filio Reguli.* XXXI.

ADſpicis ut *a* parvus, *b* nec adhuc trieteride ple-
*a* Regulus auditum laudat & ipſe patrē? (nâ
Maternoſque ſinus viſo genitore relinquat,
Et patrias laudes ſentiat eſſe ſuas?
Jam clamor, *c* centumque viri, denſumq; *d* coronâ
Vulgus, & infanti *e* Julia tecta placent.
Aeris equi ſoboles magno ſic pulvere gaudet;
Sic vitulus molli prœlia fronte cupit.
Dî ſervate, precor, matri ſua vota, patrique:
Audiat ut *f* natum Regulus, illa *g* duos,

*a* Filiolus Reguli, de quo vide Plin. epiſt. 2 l. 4.
*b* Nondum trimulus. Δεκὰ τῶ τριετῆς trieteris, ſpatium 3. annorum & teſtum Baccho ſacrum propter expeditionem ad Indos triennio exactam.

*c* Cauſæ actæ coram Centum viris, qui tamen erat 105. cum ex 35. tribuum ſingulis terni eligerentur ad judicandum de hæreditatibus. vide Acir. Dialog. de Oratorib. & Plin. epiſt. 14. l. 2. & mox nota e. vide & ep. 51. l. 7. e. *d* Tribunalia circumſtante. *e* Julia Baſilica, Julii Cæſ. templum, in quo cogebuntur C. virorum quatuor conſilia ad cauſſas de teſtamentis audiendas. vide Plin. epiſt. 21. l. 5. & 6. l. 5 epiſt. 33. vide & Juni Parrhaſii epiſt. 57. *f* Filium, paternæ eloquentiæ æmulum. *g* Maritum & filium. Irritum. a. hoc fecerunt Parcæ vocum. vide 2. epiſt. 4. Plin.

## *In Cinnam.* XXXII.

PAter ex Marullâ, Cinna, factus es ſeptem,
Non liberorum: namque nec tuus quiſquam,
Nec eſt amici, filiuſve vicini:
*a* Sed in grabatis tegetibuſque concepti
Materna produnt capitibus ſuis *b* furta.
Hic qui retorto crine *c* Maurus incedit,
Sobolem faterur eſſe ſe *d* coci Santræ.
At ille ſimâ nare, turgidis labris,
Ipſa eſt imago Pannici *e* palæſtritæ.
Piſtoris eſſe tertium, quis ignorat
Quicunque *f* lippum novit & vidit Damam?
Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ ſic moventur ut ſolent aſellorum,
Quis morionis filium neget Gyrthæ?
Duæ ſorores, illa nigra, & hæc rufa,
Croti *k* choraulæ, villicique ſunt Carpi,
Jamque *g* hybridarum *i* grex tibi foret *i* plenus,
Si *k* ſpado Coreſus, Dindymuſque non eſſet.

*a* Sed a ſervis tibi geniti vel in grabatis quæ humiliorum ſervorum lecti ſunt, vel ſuper tegetibus quas lupæ, ut & ſervi, pro lectis habent. Juven. Sat. 6. v. 118.
*b* Adulteria.
*c* Maurum referens. vide ep. 3 lib. ſpectac. Ariſtot. l. 5. generat. anim. c. 3.
*d* Ab. *Cogitantæ*, ſervi ſc. Mauri.
*e* Qui familiam ad palæſtram ungit atque exercet. ep. 48 l. 3. & 62. *f* Piſtorem ab igne lippum. *g* Ep. 45. l. 3. f. *h* ſervi-liberorum, ingenua matre & ſervis hominibus natorum. Probe itaq; videtur lectio quam præfert MS. Bodleianus; *Jam Vernularum grex*. Hybrida eſt fœtus ex imparibus parentibus, ut canis ex venatico & gregario.

**a mungrel.** vide ep. 22. l. 8. *i* Ut muſarum e numero novenario, qui Pythagoreis numerus perfectiſſimus, nempe ab impari unitate primo quadratus, tribuſque conſtans ternariis. *k* Qui teſtibus evulſis ad impregnandum impotens ſit, coit tamen *J. C. Scal.* Exerc. 275.

In

## *In raucum Poetam.* XXXIII.

*a* Vide ep. 34. l. 4.

*b* MS. noster, *Et tempora vinctus*, & mox, *posse tacere*, quod vulg. *nosse*.

*c* Allusere videtur ad illud Epicharmi, Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν δεινότατος. Citat. A. Gell. l. 1. c. 15.

*a* QUi recitat lanâ fauces *b* & colla revinctus,
*c* Hic se posse loqui, posse tacere negat.

## *De Ethruſci thermis.* XXXIV.

*a* Claudii Etruſci balneis, quas & Papinius laudat. 1. Sylv. & Neque enim aliæ thermæ habes tuas & malum colorem (ep. 3. l. 7.) eluere valent. vel ludit in homonymia Φ illo us, ut opponatur *lauto*. i. ſordidus liberali. Herald.

*b* Illotus morieris, Oppiane.
Nullæ ſic tibi blandientur undæ:
Nec fontes *c* Aponi *d* rudes puellis,
Non *e* mollis Sinueſſa, ſervidique
Fluctus *f* Paſſeris, aut *g* ſuperbus Anxur,
Non *h* Phœbi vada, *i* principeſque Baiæ.
Nuſquam tam nitidum * micat ſerenum:
Lux ipſa eſt tibi longior, dieſque
Nullo tardiùs à loco recedit.
Illic *k* Taygeti virent *k* metalla,
Et *l* certant vario decore ſaxa
Quæ Phryx, & Libys *m* altiùs cecidit.
Siccos pinguis *n* onyx anhelat æſtus,
Et flammâ tenui calent *o* Ophitæ.
*p* Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
*q* Crudâ *r* virgine, *s* Martiâve mergi;
Quæ tam candida, tam ſerena lucet,
Ut nullas ibi ſuſpiceris undas.
Et credas vacuam nitere *t* Lygdon.
Non attendis, & *u* aure me ſupinâ,
Jam dudum quaſi negligenter audis.
*x* Illotus morieris, Oppiane.

*c* Patavio vicini, quem celebrat Claudianus epig. 3.

*d* Intacti puellis. ſcribit enim Theodoricus rex eſſe in aquis Aponi ſtupendam quandam continentiæ diſciplinam: nam in undam quæ viri reficiantur ſi mulier deſcendat, incenditur, & calore exuritur. vide Caſſiodor. ep. 32. l. 2. & Cluver. Ital. l. 1. c. 18. vel ad verecundiam forte Patavinarum reſpexit. vide Plin. ep. ſt. 14. l. 1.

*e* Mollitie cœli & ſalubritate aquarum laudata Sinueſſa Campaniæ urbs. Tacit. Annal. 12.

*f* Loci Campaniæ ad interum mare.

*g* *Impoſitus ſaxis late candentibus Anxur*. Horat. 5. Sat. 1. l.

*h* *Aquæ Apollinares*, calidæ & nobiles, olim *Cæretanæ Aquæ* ceu *Cærites*. juxta *Cære* opp. Etruriæ. Cluv. Ital. 2. l. 2. c.

*i* Nobiliſſimæ aquæ Baianæ.

* Al. *vocat*.

*k* Marmor viride ex Taygeto monte Laconiæ. *Catachreſis metalli pro lapide*.

*l* Marmor Sinadicum e Phrygia purpurei coloris certat marmori Numidico e Lybia ſtivo.

*m* E terra, e lapicidina, vel propter moles marmorum majores.

*n* Onychium marmor (de quo Plin. 36. l. 7.) æſtu ſicco anhelat, ſudat tamen.

*o* Marmor maculis diſtinctum inſtar ſerpentis. ab ὄφις.

*p* Sudare ſicca ſella, frigida lavare. &c. ut ſeq. vide Mercurial. c. 10. l. 1. & Plin. epiſt. 17. l. 2. & 6. ep. 5. l.

*q* Frigida, gelida.

*r* Ep. 21. l. 5. l.

*s* Aqua, quæ olim Anceia, ab Anco Martio rege, poſtea a Q. Martio prætore in urbem invecta & inſtaurata.

*t* Marmor candidiſſimum ex Lygdo in Tauro monte.

*u* Vide ep. 74. l. 5. b.

*x* Supra nota *b*.

Ad

## *Ad Caſtricum.* XXXV.

DUm tibi *a* felices indulgent, Caſtrice, Baiæ :
*b* Canaq; ſulphureis nympha natatur aquis :
Me *c* Nomentani *d* confirmant *c* otia ruris,
Et *e* caſa jugeribus non onerosa ſuis.
*f* Hîc mihi Bajani Soles, molliſq; Lucrinus ;
Hîc *g* veſtræ mihi ſunt, Caſtrice, * divitiæ,
Quondam *h* laudatas quocunq; libebat ad undas
Curtere, nec longas pertimuiſſe vias.
*i* Nunc urbi vicina juvant, *k* facileſque receſſus,
Et ſatis eſt, pigro ſi liceat eſſe mihi.

*a* Nobiles aquis, amœnæ, ſalubres.
*b* Quia ſulphurea, vel ob reverentiam numinis aquarum.
*c* Secceſſus in Nomentanam villam meam, de qua, ep. 31. l. 2.
*d* A morbo recreant.
*e* Villa non ultra modum & rationem ægri exædificata. *f* Non ultra Nomentanum agrum quærto balnea & delicias (* legerim itaque *celitiæ* pro *divitiæ* in ſeq. verſu) quas olim Baiis & in lacu Lucrino quærere ſolebam. *g* Al. *noſtræ*. *h* Bai. s. Lucrinum lacum, Tiburtinam Marciam, &c. ep. 49. l. 4. *i* Me ætate provectiorem, ita valudum, & pigrum juvant vicina. *k* Subuibani, & quaſi ad manum.

## *In Catliodorum.* XXXVI.

FEſtivè credis te, Calliodore, jocari ;
Et ſolùm multo permaduiſſe *a* ſale.
Omnibus adrides, dicteria dicis in omnes ;
*b* Sic te convivam poſſe placere putas.
*c* At ſi ego non bellè, ſed verè dixero quiddam :
Nemo propinavit, Calliodore, tibi.

*a* Leporum, jocorum.
*b* Et dicteriis inſtructus tanquam facetus ſcurra menſas alienas petis.
*c* At ſi ego non falſe ſed vere dixero te eſſe impuri oris φοινικόρρυτα nemo te ad poculum ſuum invitabit, vide ep 13 l. 2.

## *Ad Catianum.* XXXVII.

VApulat aſſiduo Veneri quadriga flagello,
Nec currit : magnam rem, Catiane, facit.

Ex quatuor aurigarum factionibus Veneta Domitiano erat inviſa. Aurigæ itaque Venetæ factionis inſultat Poeta, Ironice collaudans eum quod aſſiduo conatuine moliretur, nec tamen metam contingeret victor. Lucilius 2. l. Anthol. c. 23. pigrum cujuſdam equum comparat Duraeo illi Trojano.

## *Ad * Ianthida nympham.* XXXVIII.

*a* NYmpha, * mei Stellæ quæ fonte *b* domeſtica
Laberis, & *c* domini *d* gemmea tecta ſubis :
*e* Sive Numæ conjux *f* Triviæ te miſit ab antro :
Sive Camœnarum de grege nona venis :

(puro.

* Ita nympham aquæ vocat ab uxore Stellæ, ep. 19. ſupra a & b.
*a* Numen fontis, Lympha, & aqua.
* Al. *meo*.
*b* Intra parietes. *c* Stellæ. *d* E vario marmore nitentia ac ſi gemmea forent. *e* Sive e ſpecu Nymphæ Egeriæ conjugis Numæ in valle Dianæ Aricinæ, ſive ex fonte Muſarum, quibus amica Egeria, vel (ut quidam volunt) una e Muſis. Ovid. 3. Faſt. *f* Alii leg. *Trivia te miſit ab Anna*. & intelligunt Dianam Aricinæ cultam. vide ep. 47. 53. l. 4. de Trivia vide 52. ep. l. 9. Jan. Rutgerſius legi vult *Tyria te miſit ab Anna* quæ Didonis Tyriæ ſoror.

Exſolvit

Exſolvit votis hac ſe *g* tibi virgine porcâ
Marcus, *h* furtivam quòd bibit æger aquam.
Tu contenta meo jam crimine, *i* gaudia fontis
Da ſecura tui: ſit mihi ſana ſitis.

*g* Nymphæ quam clam hauſerat, furti piaculum porcam immolat Martialis, ut hædum Blandusiæ fonti Horatius, ode 13. l. 3. *h* Cur furtivam maluit quam ab amico donatam? an ex ſuperſtitione? an quia dulcior aqua furtiva? *i* Uſum aquæ furtivæ non inſalubrem.

## *In Pomponium.* XXXIX.

QUòd tã grande *a* ſophos clamat tibi *b* turba (togata,
Non tu, Pomponi; *c* cæna diſerta tua eſt.

*a* Ep. 3. l. 1. *b* Laudicœnæ & σοφο-κλεῖς qui in recitationibus ſolent Θαυμαζ' ὀρθῶς, Σοφῶς, &c. Theophraſt. Charact. περὶ κολακείας. *c* Suffragia hæc & acclamationes a blandientibus & cœna vel trita veſte corruptis exagitat Horat. ſub fine epiſtolæ ad Piſones. & Perſ. 1. Sat. v. 54. & Plinius quem vide de hujus rei origine, modo, fœditate, epiſt. 14. l. 1.

## ¶ *Ad Lupercum.* XL.

QUòd convivaris ſine me tam ſæpe, Luperce;
Inveni, noceam qua ratione tibi.
Iratcar licet uſque voces, mittaſque, rogeſque,
Quid facies? inquis. quid faciam? *d* veniam.

*d* Expectarat ex præcedentibus Lupercus dictum Poetam ſe vocatum non venturum, reſpondet autem ἀντεισδοκήτως ſe venturum. quod male urat avarum convivatorem.

## ¶ *Epitaphium Pantagathi.* XLI.

HOc jacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, *a* domini *b* cura, *b* dolorq; ſui,
*c* Vix tangente vagos ferro reſecare capillos
Doctus, & hirſutas excoluiſſe genas.
Sis licet inde ſibi Tellus placata, leviſque;
Artificis levior non potes eſſe manu.

*a* Forte ipſius Martialis. *b* Amor deliciæ cum viveret, dolor ex morte. *c* Propter facilem & levem in tondendo radendoque manum, tu ſis illi levis O terra. vide ep. 35. l. 5. f. Alii leg. *Sit licet*, vel *debes*, *tellus*, &c.

## *De Andragora.* XLII.

LOtus nobiſcum eſt, hilaris cœnavit; & idem
Inventus mâne eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitæ mortis cauſſam, Fauſtine, requiris?
*a* In ſomnis medicum viderat Hermocratem.

*a*, Pernicioſum mehercule medicum! cujus imago vel per ſomnium viſa faceret ad mortem. Quid ipſe ſerio facturus ſua inerti? habes ejuſdem ingenii epigr. Græc. l. 12. c. 21. Ἑρμοκράτην τὸν ἰατρὸν, &c. Lucillii. & Nicharchi Οὐκ ἐκλυσεν, &c.

¶ *In*

## ¶ *In Coracinum.* XLIII.

QUòd ſemper *a* caſiâque, cinnamoque,
Et *b* nido niger *c* aliris ſuperbæ
Fragras *d* plumbea Niceroriana,
Rides nos, Coracine, nil olentes?
*e* Malo, quàm bene olere, nil olere.

*a* S. nec doch. pro quovis aromate. de caſia vide quæ adnotatim ad 36. v.6. Sat. Perſii. *b* Ut ſus thure quod aque ac cinamomum & caſiam in nidum congerit Phœnix, atque inde diſcutitur. Plin. l.10.c.2.& 12.l.c.19.refert, negatque. *c* Phœnicis, ep.7.l.5.2. *d* Unguenta a Nicerote (ep.37.l.10.) aromatopola confecta. & in vaſis plumbeis cocta in umbra ut docet. Plin.13. l.2.c. alii referunt ad ſagittas plumbeas, quibus cinamomum ex Phœnicis nido decuſſum tradit Ariſtot. 6. l. de Nat. Animalium c. 13. Papin.2. ſyiv. *Pharia q; exempta volucri Cinnama.* *e* Vide ep.10.l.2.

## *In Phœbum.* XLIV.

*a* MEntiris fictos unguento, Phœbe, capillos.
Et tegitur pictis ſordida calva comis.
Tonſorem capiti non eſt adhibere neceſſum:
Radere te melius *b* ſpongia, Phœbe, poteſt.

*a* Calvitiem diſſimulare vis unguento perfuſus quod fila capillorum imitetur. vide Turneb. Adverſ. l.25.c.27. & ep.56. infra. *b* Quæ pictos crines abſtergeat.

## ¶ *Ad Aulum Pudentem.* XLV.

*a* CErnere Parthaſios dũ te juvat, Aule, Triones
Comminus & * Scythici ſidera † pigra poli;
O *b* quàm pæne tibi Stygias ego raptus ad undas
Elyſiæ vidi nubila fuſca plagæ!
*c* Quamvis laſſa tuos quærebant lumina vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens,
*d* Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſoro es
Stamina, *e* nec ſurdos vox habet iſta deos:
Soſpite me ſoſpes Latias revehêris *f* ad urbes,
Et *g* referes pili præmia clarus eques.

*a* Dum tu centurionis ſt pendia mereris, apud Getas in Sarmatia, quæ ad Septentrionem, de Parthaſiis urſis. vide quæ ep.9. l.4.c. & ep.23. ſ. pra l. * Al. *Getici ſidera pigra poli.* † Ferre. *b* Quam pene mortuus ſum. ſic Horat. 13 od. 2. l. *Quam pæne furvæ regna Proſerpinæ* &c. *c* Oculi mei quaſi in morte graves & nantes deſiderabant tuum conſpectum. *d* Si Parcæ vitam mihi diuturniorem indulſerint. vide notam ad ep. 61. l.4. *e* Audientes. *f* MS. noſter. *ad oras.* *g* Redibis prim pili ceu primi centurionis honore & ornamentis equeſtribus ornatus.

## *In Baccaram.* XLVI.

ET dolet, & queritur, *a* ſibi non contingere fri-
Propter ſexcentas Baccara gauſapinas: (gus
Optat & *b* obſcuras luces, ventoſque, niveſque:
Odit & hibernos, ſi tepuere, dies.

*a* Ut detur illi occaſio rerendi eſtivi quidque gauſapinas penulas crebras & villo as **mantles.** vide ep.14.l.2. Zoilum pari morbo laborantem, propter ſtraguli. *b* Uccanum ſit nubilum, &c.

*c* Sic ep.19.l.1. *Quid tantum fecere boni*, &c? *d* *A, ſeve*, ut Baccara ſit nomen viri. *e* Leves nimium & tenues. *f* *Simplicius*, oſtentationis tuæ morbum confeſſa gauſapinas vel per ſummum æſtatis ardorem geſtando; *humanius*, non imprecata frigus tibi quibus tenues ac tritæ lacernæ.

*c* Quid fecere mali noſtræ tibi, *d* ſæva, lacernæ,
*e* Tollere de ſcapulis quas levis aura poteſt?
Quantò *f* Simplicius, quantò eſt *f* humanius iſtud?
Menſe vel Auguſto ſumere gauſapinas?

## ¶ *De Pompillo.* XLVII.

*a* Famam & nominis, quam deſiderivit, celebritatem: eadem phraſis, ep. 26. l. 1. & 23. 2. l. *b* Sic valeant Uſipi *Germanice pop. & quicunque nominis Romani hoſtes ſint, ut vivat Pompilli ſcripta. i. Utinam ſic pereant hoſtes P. R. ut peribunt Pompilli chartæ. Et hoc reſpondet Poeta priori diſticho e perſona vulgi. *c* Quod a Romanis deficiſſent. Tacit. in vita Agricolæ. *d* *Inſtat vulgus.* *e* *Reſp. Poeta.* *f* Scribunt, quæ, nemine legente, tineis ac blattis relinquantur eſcæ. ep. 1. l. 13. *g* Quæ togæ ſunt cordylis & pueris cuculli, ep. 2. l. 3. c. & ep. 73. l. 4. 8. *h* Æternitatem. *i* Nativam quandam vim & ingenuam facultatem: non ingenium coactum, quod male reſponde. *k* *l*, felicitatem quandam & quaſi genii favorem cujus patrocinio libris æque opus eſt ac viris, urbibus, &c. Henr. Steph. Schediaſm. 1. l. 19. c. genium famæ, ut ep. 11. l. 7.

*a* Rem facta Pompillus habet, Fauſtine, legetur,
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
*b* Sic *c* leve flavorum valeat genus * Uſipiorum,
Quiſquis & Auſonium non amat imperium.
*d* Ingenioſa tamen Pompilli ſcripta feruntur;
*e* Sed famæ non eſt hoc, mihi crede, ſatis.
Quàm multi *f* tineas paſcunt blattaſq; diſerti!
Et redimunt ſoli *g* carmina docta coci!
Neſcio quid plus eſt, quod donat *h* ſecula chartis:
Victurus *i* Genium debet habere liber.

## *In Invidum.* XLVIII.

*a* Mihi favens & amica. *b* Fatuitas. vide ep. 5. l. 2. c. *c* Ut invidis diſpliceant mea carmina, namque hoc felicitatis argumentum.

Laudat, amat, cantat noſtros *a* mea Roma libellos:
Meq; ſinus omnes, me manus omnis habet. (los:
Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, *b* oſcitat, odit.
*c* Hoc volo: nunc nobis carmina noſtra placent.

## *Ad Oppianum hæredipetam.* XLIX.

*a* An ceſſas capere hanc prædam, O hæredipeta? *b* Quæ unicum Silani filium fuſtulit. *c* Cui heredipetæ contingit hæc præda? *Qui, ut hæres ſcribatur, eo ſtatur aut reſidet: vultur eſt, cadaver expectat.* Senec. 95. epiſt. vide Pierii Hier. glyph. 18. l. de Vulture.

Miſit pater unicum Silanus:
*a* Ceſſas mittere munera Oppiane?
Heu crudele nefas, malæque *b* Parcæ!
*c* Cujus vulturis hoc erit cadaver?

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Marianum.* L.

SCis te *a* captari: ſcis hunc, qui captat avarum?
Et ſcis, qui captat, *b* quid, Mariane, velit:
Tu tamen hunc tabulis heredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, & *c* eſſe tuo vis, furioſe, loco.
*d* Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo:
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit vero tua fata dolore?
Si cupis, ut ploret: *f* des, Mariane, nihil.

*a* Muneribus & officiis allici & oppugnari ab iſto ut ſcribatur heres.
*b* Mortem tuam, quo citius fruatur bonis tuis.
*c* In locum, jus, & bona tua ſuccedere.
*d* Ep. 45. l. 4. 2. & ep. 18. l. 5. i. *f* Deceptam ſibi ſpem plorabit veris lachrymis. *Heredis autem fletus riſus eſt.*

## ¶ *In detractorem.* LI.

*a* CUm ſis nec *b* rigidâ Fabiorũ *b* gente creatus,
Nec qualẽ *c* Curio, dum prandia portat aran-
Hirſutâ peperit rubicunda ſub ilice conjux; (ti
Sed patris *d* ad ſpeculum tonſi, matriſq; *e* togatæ
Filius, & *f* ſponſam poſſit te ſponſa vocare:
Emendare meos, quos novit fama, libellos,
Et tibi permittis *g* felices carpere, nugas:
Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totã
Non aſpernantur proceres urbiſque, foriſque!
Quas & perpetui dignantur ſerinia *h* Silj,
Et repetit toties facundo *i* Regulus ore;
*k* Quique videt propiùs magni certamina Circi
Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ:
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terque revolvere Cæſar.
*l* Sed tibi plus mentis, *m* tibi cor limante Minervâ
Actius, & *n* tenues finxerunt pectus Athenæ.
*o* Ne valeam, ſi non multo ſapit altius iſtud,
Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et *p* rubro pulmone vetus, naſiſque timendum.

*a* Tu, quem neque majores ornat, neque propriæ virtutes: audes? O viriſſime & mollißime tui criticæ arrepta virga mea carpere carmina, itaque a laudatis laudata.
*b* Studiis belli aſperrima.
*c* M. Curio Dentato, agriculturæ ſtudiis non minus quam victoriis & triumphis apud authores celebri.
*d* Mollis effœminati, parbici, qualis erat Otho, cui *ſpeculum civilis ſæpe cinæ belli.* Juv. 2. Sat. 100. v.
*e* Famoſæ adulteræ, adulteri enim convictæ cogebantur toga indutæ in publicum procedere. *f* Usque adeo effœminatus es & mollis. *g* Dictorum calculo & præconio nobilia atque victrica carmina. *h* Silii Italici poetæ, vide ep. 11. l. 4. 2. & 51. l. 7. *i* Ad quem ſæpe ſupra, vide ep. 13. & 94. l. 1. &c. *k* Quæ carmina laudet Clariſſ. orator Palfurius Sura, qui habitat in Aventino monte ubi Diana colitur, unde deſpicere poteſt in Circum max. ſubjectum. *l* *Ironice*, tu tamen tibi arrogas plus judicii, &c. *m* Et tibi artium atque Athenarum (quæ ſapientiæ magiſtra perhibetur) præſes Minerva poliit ingenium & exacuit judicium. *Iron.* *n* Subtiles, acutæ. *o* Diſpeream, ſi non cor pecudis jam putridum, quod cum inteſtinis, pedibus, jecore & pulmone lanius circumfert per compita venale, plus ſapiat quam tuum. *p* Jam corrupto pulmone putre & fœtens.

Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea, q quos nullus noverit, in me
Scribere versiculos, q miseras & perdere chartas:
r At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor,
Viver, & hærebit, toroque legetur in orbe:
s Stigmata nec vafrâ delebit t Cinnamus arte.
Sed miserere tui, u rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.
Sit placidus licet, & lambat digitosque, manusque:
Si dolor, & bilis, si justa coëgerit ira,
Ursus erit: vacuâ dentes in pelle fatiges,
* Et tacitus quæras, quam possis rodere carnem.

q Carmina quæ nemo legat. ep. 9. l. 3.
r At si ego in te scripsero carmen.
s Inustam tibi ex meis epigrammatis infamiam. Metaph. a punctis corpori inustis, quæ lepide Petronius *epigrammata* dixit.
t Tonsor. l. 7. ep. 52.
u Nihil latratu tuo ad iram irritare me quem comperies ursum vivum & in iras pronum, ubi dabitur occasio. quin potius O timide ac imbecillis catule pellem ursi fœno fartam mordicus lacessis, unde tibi nihil impendet periculi? me vivum senties, cave canis, & quære aliam carnem quam tacitus rodas. vide ep. 58. l. 5. & Horat. epod. 6. * MS. Bodl. *Et tacitam quæres.*

## *Ad Tuccam.* LII.

* Propter superiora forte epigramma.
a Respondet Poeta.
b Ex pacto inter nos ita dispertiamus munia: ut mihi liceat longa ep. scribere, tibi tranfire.

* HExametris epigrăma facis, scio dicere Tuccă,
a Tucca solet fieri; denique, Tucca, licet.
Sed tamen hoc longum est, solet hoc quoq; Tucca,
Si breviora probas, districha sola legas. (licetque;
b Conveniat nobis: ut fas, epigrammata longa
Sit transire tibi; scribere, Tucca, mihi.

## *De morte Eutychi pueri.* LIII.

a Quod sit hoc neras, docebit tertius versus.
b Emissa quasi per lacrymas toto lecu Lucrino & in mare profluente ut Thetis in mari luctum sentiat.
c Nymphæ aquarum.
d Latero, qui lateri tuo semper hærebat, qui latus tuum usque tegebat, sic ep. 38. l. 2. k. vide Jani Gulielmi Versimil. 3. l. 17. c.
* *Deus.*
e Ep. 35. l. 5. l.

FLete a nefas vestrum, sed b toto flete Lucrino
c Naiades, & luctus sentiat ipsa Thetis.
Inter Bajanas raptus puer occidit undas
Eutychus, ille tuum, Castrice, dulce d latus*.
Quidquid id est, subitæ quæcunq; est caussa rapinæ:
e Sit precor & tellus mitis, & unda tibi.

## ¶ *Ad Martianum.* LIV.

a LXII annos natus est Cota, neque unquam lecto cum affixit unius dieculæ febris ardens.

a SExagesima, Martiane, messis
Acta est, &, puto, jam secunda Cottæ;
Nec se tædia lectuli calentis
Expertum meminit die vel uno.

Ostendit

*b* Oſtendit digitum, ſed impudicum,
* Alconti, * Dacioque, *Symmachoque.
At noſtri bene computeptur anni,
*c* Et, quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vitâ meliore ſeparentur:
Infantes ſumus, & ſenes videmur.
Ætatem Priamiq; Neſtoriſque
Longam qui putat eſſe, Martiane,
Multum decipiturque, falliturque.
*d* Non eſt vivere, ſed valere, vita.

*b* Per contemptum & deriſionem oſtendit medicis medium unguem, infamem & impudicum digitum.
* Medico.
*c* E. a melioris vitæ ſtatu ſubducatur quantum temporis ſit impenſum animi vel corporis infirmis, facile apparebit nos diu fuiſſe, parum vixiſſe. *d* Imo, *Valere eſt Philoſophari*, inquit Seneca, *Sine hoc æger eſt animus*, &c. epiſt. 15.

## *De Ciliee fure.* LV.

FUr notæ nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum:
Ingenti ſed erat, Fabulle in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacuâ manu redire;
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

Egregium ſane cuſtodem, de quo exclamare habet; *ſed quis cuſtodiet ipſum Cuſtodem?* ut Juv. Sat. 6. 348. v. de fœminarum cuſtodibus. Statuis autem aureis & argenteis addebantur cuſtodes; ligneæ & lapideæ incuſtoditæ erant, lepide itaque cum Apollinis ſtatua, quam ſurripturus erat, jocatur Eutychidas. Anthol. l. 2. c. 25.

## *Ad Eſculanum.* LVI.

*a* MEdio recumbit imus ille qui lecto,
Calvam *b* trifilem ſemiractus unguento,
*c* Fodirque tonſis ora laxa lentiſcis;
*d* Mentitur, Eſculane: non habet dentes.

*a* De more & ordine, Rom. diſcumbendi in lectis ad menſam, vide Lipſ. 3. Antiq. lect.
Ciacon. de triclinio & Stuk. convival. 2. *b* Sulcis unguento ductis & pictis in calva tripili ceu trifili, tres ſc. vel paucos admodum habenti capillos. Semiractus autem ἡμιξύρητος, *tangere* quippe *oleo*, eſt *ungere*, Joſ. Scal. & P. Steriv. vide & ep. 44. ſupr. *c* Qui videtur dentes purgare lentiſco, de quo ep. 22. l. 14. *d* Simulat, ne appareat edentulus. Janus Gruterus dicit legi in Palatino: *Calvam ſimilem*, unde J. Rutgerſius legendum putat, *Calvam ſilani*.

## *In Pontiam.* LVII.

CUm mittis turdumve mihi, quadrâve placentæ
Aut femur leporis, ſive quid his ſimile;
*b* Buccellas miſiſſe tuas te, Pontia, dicis.
Has ego *c* nec mittam, Pontia, ſed nec edam.

*b* Noſcis.
*c* Nec amicis mittam, multo minus ipſe edam, ut qui ſcim tua venefi-

## *Epitaphium Fusci.* LVIII.

ILle *a* sacri lateris custos, *b* Martisque togati,
*c* Credita cui summi castra fuere ducis:
Hic situs est *d* Fuscus. *e* licet hoc, fortuna, fateri:
Non timet hostiles jam lapis iste minas.
*f* Grande jugum domitâ Dacus cervice recepit,
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

*a* Imp. Domitiani præfectus prætorii. *b* Prætorianæ cohortis, quæ in urbe ceu ad muros urbis erat, præfectus. *Vel*, legatus Domitiani, qui ipse in urbe propter auspicia & imperia residens bella gerit per duces. *c* Cui Dom. commiserat belli Dacici summam. Suetou. Dom. c. 6. Tacit. 2. & 3. l. hist. *d* In Dacia bello oppressus interiit. Eutrop. 7. l. Juven. 4. sat. 111 v. *e* Etsi ipse victus ceciderit, jam tamen securus est tumulus ejus, Dacis postea victis a Juliano. *f* Victi jam Daci retulerunt inferias umbræ Fusci, cui quasi victrici sacratur tumulus cum agello & luco in ipsa Dacia redacta in deditionem, vide ep. 97. & 98. l. 1.

## *In Afrum.* LIX.

CUm sis tã pauper, quàm nec miserabilis *a* Irus;
Tam juvenis, quàm nec *b* Parthenopæus erat;
Tam fortis, quàm nec, cũ vinceret, *c* Artemidorus;
*d* Quid te Cappadocum sex onus esse juvat?
Rideris, multoque magis *e* traduceris, Afer,
Quam nudus medio si spatiere foro.
*f* Non aliter monstratur Atlas cum cõpare ginno,
Quæque vehit similem *g* bellua nigra Libyn.
*h* Invidiosa tibi quàm sit lectica, requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

*a* Arnæus mendicus. Hom. Odyss. 18. *b* Pulcherrimus juvenis, unus e septem ducibus ad Thebas profectis. Æschylus in Θήβαις, & Papin. Theb. *c* Art. Trabianus nobilis, sub Imp. Gordiano & Vitellio. vide quæ Scriv. e Pausoniæ Eliac. posteriore. *d* Cur tu perinde ac dives esses senex vel æger gestaris hexaphoro, lecticam subeuntibus sex servis e Cappadocia, gente ad servitutem nata? *e* Vide quæ ad ep. 4. lib. spectac. 2. *f* Pro hac lectione ex variis bonis libris pugnat Ang. Politianus cap. 23. hoc sensu. Si quando Atlas manus (Juver. Sat. 8. v. 32.) molo pumilo & compare utatur, vulgo ridetur, ut & Maurus ubi concolorem sibi elephantum conscendit: sic Afer merito ridetur qui pauperi, juvenis & fortis ab aliis juvenibus suæ prope conditionis gestatur. Ex intima quidem Poetæ mente. Quando tamen (vel ipso fatente) in MSS. venerandæ vetustatis prope omnibus legatur *gibbo*, primatem palmarem: q; conciliandi restituendiq; hujus, inter alia plurima loci gloriam retulit sagacissimus P. Scriverius, qui in animadversionibus suis reponit *ginno*, h. e. parvo mulo, quod ex interlineari glossa vel margine in textum irrepsisse videtur. vide ep. 183. l. 14. *g* Elephas. *h* Vel mortuo tibi invideretur hexaphorum, nedum vivo, tam pauperi cui efferendo magis conveniret sandapila. vide ep. 59. l. 2.

## *Ad Aulum, de Phryge luscо.* LX.

POtor nobilis, Aule, lumine uno
Luscus Phryx erat, alterоque lippus:
Huic *a* Heras medicus, bibas caveto
Vinum: si biberis, nihil videbis.

*a* J. Grot. e Palat. cod. restituit, cum in vulg. sit, *Huic dicit medicus.*

Rideas

Ridens Phryx, *b* oculo, valebis, inquit.
Miſceri ſibi protinus deunces,
Sed crebros jubet. exitum requiris?
Vinum Phryx, *c* oculus bibit venenum.

*b* Ita Gallus quidam inſcus excuſſo ſibi in ludo gladiatorio punctim battuenti amico oculo exclamavit, *adieu mon oeil, & bon nuict meſſieurs*, & ep. Lucillii 11. l. Anthologiæ, amiſſarus oculum dixit, χαῖρ' ἐτέων φῶς. *c* Extinctus enim eſt bibendo oculus.

## *Ad Lupum.* LXI.

TRiſtis es & felix; ſciat hoc fortuna caveto:
*c* Ingratum dicit te, Lupe, ſi ſcierit.

*c* Nec uſu, nec vultu, nec animo læto munera ejus agnoſcentem. unde irata levis dea inſtar Scyriæ capræ rem tibi diſturbarit.

## *Ad Cæſarem de roſis hibernis.* LXII.

*a* UT nova dona tibi, Cæſar, Nilotica tellus
Miſerat hibernas, *b* ambitioſa roſas:
*c* Navita deriſit Pharios Memphiticus hortos,
Urbis ut intravit limina prima tuæ.
Tantus veris honos, & odoræ gratia *e* Floræ,
*f* Tantaque Pæſtani gloria ruris erat.
Sic quacumq; vagus, greſſumq; oculoſq; ferebat
*g* Textilibus ſertis *h* omne rubebat *h* iter.
At tu Romanæ juſſus jam cedere brumæ,
*i* Mitte tuas meſſes; accipe, Nile, roſas.

*a* Ubi tibi allatæ ſunt ex Ægypto Roſæ hybernæ. *b* Ex hibernis roſis laudem captans. *c* Ipſe nauta ceu mercator Ægyptius viſus eſt contemnere Ægyptios hortos præ noſtris, in quibus magnam roſarum hybernarum copiam invenit. 13. l. 122. ep. *e* Deæ florum. *Metonym.* *f* Tanta erat roſarum copia, quarum ferax Pæſtus. ep. 38. l. 5. l. & 12. l. 28. ep. *g* Coronis & ſertis textis e roſis. vide quæ ad Senec. Agamem. v. 357. Al. *Sertilibus*. *h* Urbs vicus omnis. *i* Habe tibi roſas, mitte nobis frumentum.

## ¶ *Ad Rufum.* LXIII.

*a* QUidam me modò, Rufe, diligenter
Inſpectum, velut emptor, aut laniſta,
Cùm vultu, digitoque ſubnotaſſet,
Tune es, tune, ait, ille Martialis,
Cujus *b* nequitias, jocoſque novit
Autem qui modò non habet *c* Batavam?

*a* Tanquam emptionis quis ſervum, aut gladiatorem, mancipia autem venalia empturi diligenter inſpiciebant, dev. ſtiebant etiam & contrectabant. *b* Epigrammata laſciva & jocoſa. *c* Lectionem hanc, loco motam, ſed opt. MSS. autoritate vindicatam, recipiunt aut certe agnoſcunt tres Batavi clariſſima Martialis lumina, Hadr. Junius, J. Gruterus, Petr. Scriverius. & ſentiunt aliquanto clementius quam magnus ille Eraſmus & patriotæ alii, exponunt ſc. gratulari ſibi Poetam, quod legatur ab omnibus Romæ, præterquam a Batavis; qui armis & duriori vitæ aſſueti, corporis Auguſti cuſtodes, non ita curabant jocos iſtos. Prætereunt quippe (juxta Veranium Poetam) poemata Rhamnes, neque ſapit Centurionum genti nequior iſte ſal. Nam quod in vulg. legitur *feveram*, e gloſſa vide ur huc tranſmigraſſe.

Subtiſi

Subrisi modicè: levique nutu
Me, quem dixerat esse, non negavi.
d Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
Respondi: quia sum malus Poeta.
e Hoc ne sæpiùs accidat Poetæ,
Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

d Ego Poeta sum, & ut spero, non humillimi spiritus, &c. Quare ergo inquit, tam male vestitus es? Propter hoc ipsum, amor ingenui neminem unquam divitem fecit. Petronius. e Ne sæpius cogar me malum fateri Poetam.

## Ad Cæsarem Domitianum. LXIV.

a QUantum solicito fortuna parentis Etrusco;
Tantum, summe ducum, debet uterq; tibi.
Nam tu missa tuâ revocasti b fulmina dextrâ:
c Hos cuperem mores ignibus esse Jovis.
Si tua sit summo, Cæsar, natura Tonanti,
Utetur d toto fulmine rara manus.
Muneris hoc utrumque tui testatur Etruscus,
e Esse quod & comiti contigit, & reduci.

a Quantum Etruscus in exilium sed non extra Italiam missus debet filio qui patrem in exilium accomitatus est, & cujus pietate & precibus Domitianus permotus eum revocavit: tantum & pater & filius tibi O Cæsar. vide Papinii sylv. 3. & ep. 33. l. 7. b Exilii decretum. c Ut sint revocabiles. d Tota vi emisso. Heralnus legit torto. e Supra nota a.

## De Philippo. LXV.

a OCraphoro b sanus portarur, Avite, Philippus:
Hunc tu c si sanum credis, Avite, furis.

a Lectica ab octo servis gestata. b Corpore. c Animo. quod ipse non sani esse hominis, non sanus juret Oreste. Pers. 3. sat. init. vers.

## In mortem Rufi Camonii. LXVI.

a EDitus est sextus sine te mihi, Rufe Camoni,
b Nec te Lectorem sperat, amice, liber.
c Impia Cappadocum tellus, & d numine lævo
Visa tibi, cineres reddit, & ossa patri.
Funde tuo lachrymas, orbata Bononia, Rufo:
Et resonet totâ planctus in e Æmiliâ.
Heu qualis pietas, heu quàm brevis occidit ætas!
f Viderat Alphei præmia quinque modò.
Pectore tu memori nostros, evolvere lusus;
Tu solitus g nostros, Rufe, tenere jocos.
Accipe cum fletu mœsti breve carmen amici,
h Atque hæc absentis thura fuisse puta.

a Te in Cappadocia peregre, vel etiam satis functo, sextum hunc edidi lib. Al. leg. Editur en (eu vel heu) sextus sine te mihi, Rufe Camoni. cujus familiæ meminit & l. 9. ep. 60. 62. & 78. neque enim legenda lectio vulg. camœnis. b Quia jam mortuum. c Propter ingenia sua mala & servilia. Vel propter mortem tuam a pestilitate ejus aeris. d Aversante Deo. fidere non fausto. e Ep. 3. l. 3. 2. f Quin quinquatrus, vel Olympiadas, quinque Olympica certamina ad Alpheum amnem celebrata. vide quæ ad v. 840. Herc. Eu. Senec. g J. Gruterus totos. h Vice thuris, quod ipse præsens rogo injecissem, cape hoc carmen absentis. ep. 26. l. 10. h.

Pro

*Pro vino gelidâ temperato.*

## LXVII.

SEtinum, *b* dominæq; *nives, denſiq; trientes,
Quando ego vos, medico nõ prohibente, bi-
*c* Stultus, & ingratus, nec tãto munere dignus, (bã?
Qui mavult hæres divitis eſſe Midæ.
*d* Poſſideat Libycas meſſes, Hermumque, Tagũque,
Et potet calidam, qui mihi laudat, aquam.

*a* Vinum nobile e Setia Campaniæ opp. *b* Nobiles, vel quæ temperant calorem vini. * Vide ep. 61. l. 5. *c* Demens eſt & fortunæ ingratus, qui ex voto Midæ aurea ſiti mavult perire, quam delicata vina & nobilem decoctam bibere. *d* Medicus vel alius quiſpiam poſſideat quantum metit Africa, habet auriſluos amnes dum aquam bibat calidam: mihi vel papperi liceat vinum bibere. *tanti mihi non ſit opaci Omnia arena Tagi*, &c. ut caream nobili vino nivibus diluto. vide ep. χθιζὸν ἅμιδι νοσοῦντι. 2. l. Anthol. c. 47. Scriv. ex ſcriptura in ora Ed. Junianæ proſtante *libet*. quam & agnoſcit Turnebus eſſe in ſuo MS. ſuſpicatur legendum *livet*. i. qui mihi invidet aquam frigidam.

*Ad Cæſarem.* LXVIII.

DI tibi dent, & *a* tu Cæſar, quæcunq; mereris:
Dî mihi dent, & tu, quæ volo, ſi merui.

*a* Qui tibi potes dare, nec opus habes ab alio quam a Diis & teipſo quicquam expectare. ep. 32. l. 10.

*Ad Cæcilianum.* LXIX.

MAne ſalutavi *a* vero te nomine caſu:
Nec dixi Dominum, Cæciliane, meum.
*b* Quanti libertas conſtet mihi tanta, requiris?
Centum quadrantes abſtulit illa mihi.

*a* Mero tuo nomine, nec appellavi te dominum ceu patronum, ex more clientum ſalutantium. *b* Vis ſcire quanti me aſſeruerim in hanc libertatem ut domino carerem? mulcta certe & jactura ſortulæ.

*Ad Rufum de Panareto potore.*

## LXX.

CUm peteret ſeram mediâ jam nocte matellã
Arguto *b* madidus pollice Panaretus:
*c* Spoletina data eſt, ſed quam ſiccaverat ipſe
Nec fuerat ſoli tanta lagena ſatis.
*d* Ille fide ſummâ teſtæ ſua vina remenſus,
Reddidit œnephori pondera plena ſui
Miraris, quantum biberat, cepiſſe lagenam?
Deſine mirari, Rufe: merum biberat.

*b* Vino. *c* Fictilis lagena, quam prius vino Spoletino plenam exſiccarat, etiamſi capacior fuiſſet, exhauſturus. *d* Convenit ratio accepti ac reddiri, non vexit vinum adhibita ad diluendum aqua, quod vel ex ratione redditæ ad juſtum menſuram urinæ jocatur Poeta conſtare Panaretum bibiſſe merum.

## *In Ammianum.* LXXI.

CÆlatus tibi cùm ſit, Ammiane,
Serpens in paterâ *a* Myronis arte;
*b* Vaticana bibis: bibis venenum.

*a* Sculptoris nobilis. ep.32. l.4. b.
*b* Pulchre convenit ſerpenti expreſſo in poculo cum vino Vaticano, quod omnium peſſimum eſt, & (ut dixit ep.19 l.1.f.) ſævum toxicum.

## *De Thaide.* LXXII.

TAm malè Thais olet, quàm non fullonis avari
*a* Teſta vetus, mediâ ſed modò fracta viâ,
Non *b* ab amore recens hircus, non *c* ora leonis,
Non *d* detracta cani Tranſtiberina cutis,
*e* Pullus abortivo nec cum putreſcit in ovo,
Amphora corrupto nec vitiata *f* garo,
*g* Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Depoſitâ quoties balnea veſte petit:
*h* Pſilotro * viret, aut *i* acidâ latet oblita *k* cretâ?
Aut tegitur *l* pingui terque quaterque fabâ,
Cum bene ſe *m* tutam per fraudes mille putavit:
Omnia cùm fecit; *n* Thaida Thais olet.

*a* Quæ urinam (camelorum maxime teſte Plinio l. 28. c.8.) ad purgandarum veſtium uſum excipiebant fullones, hæc autem dolia ſtabant in publico.
*b* Sic ep.4.l.4.
*c* Animæ leonis virus grave. Plin.11. l.53.c. vide Annot. prior. Baptiſtæ Pii. c.15.
*d* Urbis pars trans Tiberim viliori plebeculæ celebratur, & in ea exercebantur ſordida & fœtida opera, ut excoriationes, ſulphurata, &c. vide ep.36. l.1.b. Juven.14.Sat.v.203.
*e* Nec pejus olet ovum putidum.
*f* Ex inteſtinis & tabe ſcombrorum confecto, ſed corrupto.
*g* Graveolentium ut lorum diſſimulet. vide ep.88.l.1.
*h* Ep.25.l.2.5. * 2. vulg. *nitet.*
*i* Aceto macerata.
*k* Cimolia, Chia ceu Samia, qua utebantur fœminæ ad cutem emendandam.
*l* Oleo, unguento ceu farina fabarum quæ & faciem commendant.
*m* A graveolentia & fœditate.
*n* Impuram impam & olidam capram.

## *De Calpetiano.* LXXIII.

POnuntur ſemper *a* chryſendita Calpetiano,
Sive foris, ſeu cùm cœnat in urbe domi.
Sic etiam in *b* ſtabulo ſemper, ſic cœnat in agro.
*c* Non habet ergo aliud? non habet imo ſuum.

*a* Ep.36.l.2.
*b* Diverſorio, πανδοχείῳ.
*c* Itane tu us es, ut gemmeis aureiſque bibas? *d Reſp. Poeta,* immò hæc non ſunt ipſius, ſed mutuo ſumpta.

M. VAL.

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

## LIBER VII.

### *Ad Domitianum, de loricâ.* I.

*a* ACcipe belligeræ *b* crudũ thoraca Minervæ
*c* Ipſa Meduſææ quẽ timet ira comę (væ,
*d* Dum vacat hęc, Cæſar, poterit lorica vo-
Pectore cùm *e* ſacro ſederit, Ægis erit. (cari:

*a* Domitianus in expeditione quam ſuſcepit adverſus Sarmatas ceu Dacos infra, *b*, videtur ſibi fieri curaſſe loricam inſtar Ægidos Minervæ quam peculiariter coluit & cujus se filium eſſe volujt, lorica autem hæc & Minervæ ægida ex ſquammoſo draconum corio contextam repreſentavit: vel Sarmaticum thoraca de quo infra nota 1. *b* Militaremne & crudum, ut volunt? an reſpicit primos thoracas e crudis loricque confectos? *c* Quem vel ipſa Minervæ ægis *Meduſæ* capite formidabilis timeat. Vulg. edd. ira *Deæ*. Calderin. & MS. Bodl. *quo jumet ira Deæ*. *d* Quam, ubi non geſtatur a Domitiano, loricam voces: cum autem induerit eam Cæſar, jam ægis erit. *e* Domitiani, æque Dei ac Minervæ & Jovis, quorum peculiaris Ægis. ſupra a.

### *Ad ipſam loricam.*

*g* INvia Sarmaticis domini *h* lorica ſagittis,
Et *i* Martis Getico tergore fida magis;
Quam vel ad *k* Ætolæ ſecuram cuſpidis ictus
* Texuit innumeri lubricus *l* unguis apri.
*m* Felix ſorte tuâ, *n* ſacrum cui tangere pectus
Fas erit, & noſtri mente calere *n* Dei.
I *n* comes, *o* & magnos illæſa merere triumphos,
Palmataque ducem, ſed citò, redde togæ.

*g* Diſtinctum hoc a priore teraſticho epigr. præfert Calderina Ed. quam alii ſecuti.
*h* Supra nota a.
*i* Qui loricatus tergore colitur a Getis, vel qui e Getis oriundus eſt. *k* Ab Ætolis inventæ lanceæ, *vel*, Meleagri Ætoli lanceæ impenetrabilem. *l* An lorica hæc ſquamis æneis aprinas unguias imitantibus conſerta fuit? an ex veris unguibus ad imitationem Sarmatarum, (qui teste Pauſania lib. 1.) ex unguibus collectis loricas inſtar draconum ſquammeas conſuebant. *m* O lorica. *n* Domitiani. *o* Et Domitianum incolumem reſtitue, urbi triumphantem palmata ſibi tum tega, cui intexentur victoriæ cum ramulis palmarum.

Ad

## ¶ *Ad Pontilianum.* II.

Sic l.5.ep.70.

CUr non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

## *De Oppiano.* III.

*a* Valetudinarius & morbo pallidus, ep.42. l.6.b.

ESſet, Caſtrice, cùm *a* malo coloris,
*b* Verſus ſcribere cœpit Oppianus.

*b* Vel hinc nomen pretium que poetæ accupatus quos palleat, ut credatur ſtudio crudus ac pallidus. *Decipit exemplar Vitiis imitabile, quod ſi Pallerem ſtudio, biberes exangue cuminum.* Horat.19.ep.1.l.

## *Ad Cæſarem de reditu.* IV.

*a* Gentis togatæ, Romanæ.
*b* Te O Domit.
*c* Quod tua fruuntur præſentia.
*d* Eſſi magnam referres victoriam laureatis literis ſignificatam, &c. ut ep. ſeq. lauream ſimul de Sarmatis Domitianus intulit Jovi Capitolino. *e* Hoſtis. *f* Vultu hoſtis & victoris. *g* Vultu ſpecioſo & auguſto Dei.

SI deſiderium, Cæſar, populique patrumque
Reſpicis, & Latiæ gaudia vera *a* togæ;
Redde *b* deum votis poſcentibus; *c* invidet hoſti
Roma ſuo, *d* veniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propiùs videt *e* ille, tuóque
*f* Terretur vultu barbarus, & *g* fruitur.

## *De eodem.* V.

*a* Sarmatis qui Septentrioni finitimi.
*b* Italas, ab Ausone Ulyſſis & Calypſus fil.
*b* Autorem certum non habemus, fama tamen conſtans eſt. & famæ fidem habere lubet.
*c* Laureatæ literæ ad ſenatum miſſæ victoriæ indices. *d* Pila & haſtæ militum victoriam teſtantur laureata.. *e* V. X triumphi ſolennis. *Ipſe gerens lauros, lauro devinctus agreſti Multa Io magna Voce triumphe canet.* Tibul.2.l.6.ep. *f* Tu ipſe O Domit.

ECquid *a* hyperboreis ad nos converſus ab oris
*b* Auſonias Cæſar jam parat ire vias?
*b* Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nunciat omnis,
Credo tibi; verum dicere, Fama, ſoles.
Publica *c* victrices teſtantur gaudia chartæ:
Martis *d* laurigerâ cuſpide pila virent.
Rurſus *e*, iô, magnos clamat tibi Roma triumphos,
Invictuſque tuâ, Cæſar, in urbe ſonas.
Sed jam lætitiæ quò ſit fiducia major,
Sarmaticæ laurus *f* nuncius ipſe veni.

## *De eodem.* VI.

*a* Quamvis te deameant a nobis bella in regionibus ſeptentrionalibus. *b* Inſula ad primum Iſtri oſtium. *c* Cujus *unda Frigore concreta ungula pulſat equi.* Ovid.3.Triſt.el.10.

*a* HIberna quamvis Arctos, & rudis *b* Peuce,
Et *c* ungularum pulſibus calens Iſter,

*d* Fractuſque

*d* Fractuſque *e* cornu jam ter improbo Rhenus,
Teneat domantem regna *f* perfidæ gentis,
Te ſumme mundi rector, & parens orbis,
*g* Abeſſe noſtris non tamen potes votis.
Illic & oculis & animis ſumus, Cæſar,
Adeóque mentes omnium tenes unus,
*h* Ut ipſa magni turba neſciat Circi
Utrumne currat *i* Paſſerinus, an *i* Tigris.

*d* Et Rheni accolæ Germani, Batavi, & Catti tribus expeditionibus victi. *e* Alludit ad fluviorum cornua. Ælian. c. 33. l. 2. Var. hiſt. *f* Rebellis & contumacis. *g* Animis tamen & votis te conſequimur. *h* Ut mentes noſtræ quondam Circenſibus ludis attentæ, jam tibi peregrinatæ neſciant quid in circo agatur. *i* Equus, habet enim tabula equorum Circenſium, apud Onuphrium, nomen Paſſerini equi Circenſis.

## *De eodem.* VII.

*a* Nunc hilares, ſi quādo mihi, nunc ludite muſæ:
Victor ab *b* Othryſio redditur orbe Deus.
*c* Certa facis populi tu primus vota, December:
Jam licet ingenti dicere voce; Venit.
Felix *d* ſorte tuâ, poteras non cedere Jano,
Gaudia ſi nobis, quæ dabit ille, dares.
*e* Feſta coronatus ludet convicia miles,
Inter *f* laurigeros cum comes ibit equos.
Fas audire *g* jocos, levioraque carmina, Cæſar,
*h* Sit tibi: ſi luſus ipſe triumphus amat.

*a* Si unquam aliis carminibus loſi, nunc potcit tempus ut læta canam. *b* Septentrionali, ubi Othryſæ Thraciæ urbs verſus Exinum. *c* Menſe tandem Decembri certum accepimus nuncium de Cæſaris reditu. *d* Eo quod nuncius es redicus Domitiani, quod ſi eodem menſe urbem ingreſſurus eſſet Cæſar, nec ipſi Januario cederet December. *e* Vide ep. 4. lib. 1. b. *f* In triumphis & ipſi equi laureati incedebant. *g* Mea hæc jocoſa epigr. *h* J. Rutgerſius leg. *Et tibi ſit. Luſus ipſe.*

## ¶ *De Caſſelio.* VIII.

CUm ſexaginta numeret Caſſelius annos,
Ingenioſus homo eſt: *i* quando diſertus erit? *i* Diſertus ſc. futurus poſt ducentos annos, & actorus cauſas apud inferos, in quo tandem ſexagenario ingeniim ad doctrinam naturam eluere incipit.

## *In Olum.* IX.

*b* IN lucem cœnat Sertorius: Ole quid ad te.
Cùm liceat totâ ſternere nocte tibi.
Septingenta Tito debet Lupus: Ole quid ad te?
Aſſem ne dederis, crediderifve Lupo.
Illud diſſimulas, ad te quod pertinet, Ole,
Quódque magis curæ convenit eſſe tuæ.

*b* Pernox in comeſſationibus, compotationes in lucem protrahit. ſic ep. 27. l. 1.

Pro togula debes: hoc ad te pertinet, Ole,
Quadrantem nemo jam tibi credet: & hoc.
Uxor mœcha tibi est: hoc ad te pertinet, Ole.
Poscit jam dotem filia grandis: & hoc.
Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?
c Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

c Sed neqs ego in aliena rep. curiosus, neqs tu aut tua tanti.

## *Ad Aulum Pudentem.* X.

COgis me calamo, manuque nostrâ
Emendare meos, Pudens, libellos.
O quàm me nimiùm probas, amasque,
d Qui vis archetypas habere nugas?

d Qui vel in nugis, qualia sunt mea carmina, primogenias probas ab ipso autore exaratas vel emendatas.

## *Ad Faustinum.* XI.

SIc me fronte legat a dominus, Faustine, serena,
Excipiatque meos b qua solet aure jocos:
Ut mea nec justè quos odit, pagina lædit,
Et c mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest, * cupiant cùm quidam nostra videri,
Si qua d Lycambeo sanguine tela madent?
* Vipereumque vomant nostro sub nomine virus,
e Qui Phœbi radios ferre diemque negant?
f Ludimus innocui. scis hoc bene. juro potentis
Per f genium Famæ, g Castalidumq; gregem:
Perque tuas aures magni mihi numinis instar,
Lector, inhumanâ liber ab invidiâ.

a Domitianus, quem maxime lectorem velim. b Benigna. c Non famam capto ex aliena infamia, epist. 1. lib. 1. ubi *rudet auditor cui frigida mens est.* * Clanculariis aliquis Poeta famosa quædam & virulenta carmina sub persona Martialis ediderat. ep. 5. & 32. l. 10. d Mordaci & rabido Iambo, quali armatus Archilochus Lycamben locerum, quod sponsam sibi negasset filiam, ad suspendium adegit. e Non ausi nomen suum prodere. f Sic MS. Bodl. sic Scriv. ed. at vulg. *Ludimus innocui verbis hoc juro.* g Ep. 47. l. 6. h Musarum chorum.

## *De Lycoride.* XII.

DUm Tiburtinis albescere *k* collibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
Aura valet? parvo tempore nigra redit.

Vide consonum huic ep. 51. l. 4. *k Solibus* ex Palatino G. uterus.

## ¶ *Ad Regulum.* XIII.

*Call'da evendicatio.* Dum inopiæ suæ unicum remedium dicit esse venditionem munerum sibi a Regulo missorum, quæ erat dominum non redempturum, donatur. m pretium ipsorum.

ÆRa domi nō sunt, supereſt hoc, Regule, tantū,
Ut tua vendamus munera: numquid emis?

*Ad*

*Ad bibliothecam Julii Martialis.*

## XIV.

*a* QUis bibliotheca delicati,
*b* Vicinam videt unde lector urbem;
Inter carmina ſanctiora ſi quis
*c* Laſcivæ fuerit locus *e* Thaliæ:
Hos *d* nido licet inferas vel imo,
Septem quos tibi miſimus libellos:
Auctoris calamo ſui notatos:
*e* Hæc illis pretium facit litura.
At *f* tu munere dedicata parvo,
Quæ cantaberis orbe *g* nota toto:
Pignus pectoris hoc mei tuere
Iuli bibliotheca Martialis.

*a* Ruis ſuburbani Julii Martialis, quod deſcripſit ep. 53. l. 4.
*b* Sic ep. 53. l. 4. *e*.
*c* Meis his carminibus jocoſis floridæ & conviviis aptæ.
*e* Hæc illis pretium facit litura. Ad Θαλείους ſortibus, ut ep. 7. l. 4. m.
*d* Ep. 99. l. 1. *h*.
*e* Quid autoris aut typographi ſuum, & quos ep. 9. ſupra dixit archetypos.
*f* Cui conſecro & dono hos libellos meos.
*g* Carmine meo.

*De fragmento Argus.* XV.

*a* FRagmentum, quod vile putas & inutile lignū,
Hæc fuit *b* ignoti prima carina maris.
Quam nec *c* Cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici triſtior *d* ira freti.
*e* Secula vicerunt: ſed quamvis ceſſerit annis,
*f* Sanctior eſt ſalvâ parva tabella rate.

*a* Quod Romæ extabat tempore Martialis, ut videtur.
*b* Non prius tentati mortalibus, *nullaque mortales præter ſua litora novarent.* Argonautas primum tentaſſe mare volunt poetæ.
*c* Duæ inſulæ in Ponti Euxini oſtio, quæ & Symplegades, quas tranſmiſere Argonautæ non ſine periculo, vid. quæ ad ver. 1210. Herc. Fu. & v. 341. Medeæ Senecæ notavimus.
*d* Al. *unda*.
*e* Fluctus, ſcopulos, ſyrtes prætervectam & ſuperantem vicit tandem æras.
*f* Fragmentum hoc religione & antiquitatis veneratione vel ipſam integram vel alias quaſvis naves ſuperat.

*In Sanctram.* XVI.

NIhil eſt *a* miſerius, nec *b* guloſius Sanctrâ.
*c* Rectam vocatus cùm recurrit ad cœnam,
Quam tot diebus, noctibuſque captavit;
Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum,
Et utramque coxam leporis & duos armos:
Nec erubeſcit *e* pejerare de turdo;
Et *f* oſtreorum rapere lividos circos.
*g* Buccis placentæ ſordidam linit *h* mappam.

*a* Tum labore & officiis quibus cœnam captavit: tum maxime avaritia, qui analecta vendidit.
*b* Rapacius qui taurum ſuffuratus eſt.
*c* In qua accumbit.
*e* Jurare ſibi turdum non appoſitum, cum plures appoſitos ſubduxiſſet.
*f* Circos oſtreorum Ruderus opinatur dici purpureos crines qui fibras oſtreorum ambiunt, cum vero oſtreæ proprie cirris careant, cum Brodæo l. 9. Miſc. c. 29. ſentio per oſtrea intelligi oſtracoderma: utpote locuſtas, ſquillas, cancros, aſtaces.
*g* Ut, *improbi panis buccas* ep. 5. l. 10. & *ſectæ quadra placentæ* ep. 60. l. 3. Vulg. *Dulci placenta*.
*h* Dum mappæ involvit placentam ſubductam, vel ſimpliciter, ſordidam.

*g* Dum mappæ involvit placentam ſubductam, vel ſimpliciter, fordidam.
*h* Quæ in oſſa ſervabantur. Platina l.2. & Plin.l.5.c.17. Columell.c.43. l.12.
*k* Granatorum mal.
*l* Exeſis carnibus.
*m* Ejectitiæ. Apitii l.7.c.1.
*n* Et qua lacteus fluit humor.
* Non optimi.

Illic & uvæ collocantur *i* ollares,
Et punicorum pauca grana malorum,
Et *k* excavatæ pellis indecens *l* vulvæ,
Et *m* lippa ficus, * debiliſque boletus.
Sed mappa cùm jam mille rumpitur furtis,
Roſos tepenti *n* ſpondylos ſinu condit,
*o* Et devorato capite turturem truncum.
Colligere *p* long*g* turpe nec putat dextrâ
*q* Analecta, quicquid & canes reliquerunt.
*r* Nec eſculenta ſufficit gulæ præda,
*ſ* Miſto lagenam replet ad pedes vino.
Hæc per *t* ducentas dum domum tulit ſcalas,
Seque obſeratâ clauſit anxius cellâ,
Guloſus ille poſtero die *u* vendit.

*o* Vertebraſne animalium? an piſces, cum Macrobio & Seneca, qui vulgo *ſchimoli*? an fuſamenta, cum Athenæo? *p* Porrecta, *q* Quæ ſub menſam cadebant, vel projiciebantur, erantque miniſtris relegenda. *r* Nec cibos tantum rapit, *ſ* Aqua temperato, quod ſervi ad pedes biberent. *t* Multas ſcalas, ut ep.99. lib.1. vel per multas ædes. *u* ἀποδοχήτως, expectabitur ut rapax & guloſus ſanctra voraret: ille vero avarus & miſer vendidit.

## *Ad Pollam, de natali Lucani.* XVII.

*a* Lucani, poetæ.
*b* Polla Argentaria uxor Lucani.
*c* Nullius cædeinviſior quam Lucani.

HÆc eſt illa dies, quę *a* magni conſcia *a*, partus
Lucanum populis, & tibi, *b* Polla, dedit.
Heu Nero crudelis, nullâque inviſior umbrâ:
Debuit hoc ſaltem *d* non licuiſſe tibi.

ſic de Cicerone ep 66.l.5.c. *d* Reſpexit id, quod multis a ſe occiſis dixit Nero, *Neſciſſe haſtenus Cæſarem, quantum imperatori liceret.*

## *De eodem.* XVIII.

*a* Lucani poetæ ſub Apollinis præſidio.
*b* Clarus & celebrandus natali.
*c* Al. *turma* vide Jan. Gulielm. in Pſeudolum Plauti quæſt.c.6. *d* Hæc dies vel propter te O Lucane editum meruit, ut Bætis patrius Lucani fluvius numeraretur inter fontes Muſarum.

*a* VAtis Apollinei magno *b* memorabilis ortu
Lux redit: Aonidum *c* turba favete ſacris.
*d* Hæc meruit, cùm de terris, Lucane, dediſſet,
Mixtus Caſtaliæ Bætis ut eſſet aquæ.

## *De eodem, ad Phœbum.* XIX.

*a* Ad ſacra hæc quibus celebramus natalem Lucani, cui tu ipſe dediſti ſecundam carminis epici a Virgilio gloriam. *b* Diu vivas ut quotannis colas hunc mariti tui natalem.

*a* PHœbe veniſſed quantus eras cũ bella canenti
Ipſe dares Latiæ plectra ſecunda lyræ.
Quid tantâ pro luce precer? tu, Polla, maritum
*b* Sæpe colas, & ſe ſentiat ipſe coli.

*In*

## *In maledicum amicitiæ peſtem.* XX.

*a* Cum Juvenale meo quę me cõmittere tentas,
Quid non audebis, perfida lingua, loqui?
Te fingente nefas, * Pyladen odiſſet Oreſtes:
* Theſea Pyrithoï deſtituiſſet amor.
Tu *b* Siculos fratres, & majus nomen * Atridas,
Et *c* Ledæ poteras diſſociare genus.
Hoc tibi pro meritis, & talibus imprecor auſis;
Sit tecum mihi, quod cum Juvenale velis.

*a* Quæ tentas contentionis & diſſidii ſemina ferere inter me & Juvenalem meum, egregium illum proculdubio Syrographum. vide Lipſ. 2. ep. quæſt. lib. 1. * Vel pueris

nota hæc amicorum paria. *b* Amphinomum & Anapiam Catana Siciliæ oppido ortiundos, fratres invicem charos, erga parentem pios, de quibus Seneca 3. de Bene. 17. c. Strabo l. 6. Plutarch. orat. ad Apollonium, Silius, &c. *c* Caſtorem & Pollucem.

## ¶ *In blandum poëtam.* XXI.

DUlcia cùm tantùm ſcribas epigrãmata ſemper,
Et *a* ceruſſatâ candidiora cute:
Nullaq; mica *b* ſalis, nec amari *c* fellis in illis
Gutta ſit, ô demens, vis tamen illa legi.
*d* Nec cibus ipſe juvat morſu fraudatus aceti:
*e* Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.
*f* Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas:
Nam mihi, *g* quæ novit pungere, Chia ſapit.

*a* Ceruſſa expoſita. *b* Ingenti, argutiæ, urbanitatis. *c* Amarulentiæ, acerbitatis. *d* Ut acida irritant ſtomachum; ita acriter dicta invitant lectorem.

*e* Qualem ori gratiam addunt rugæ illæ inter ridendum contractæ: tale epigrammati decus addunt, quæ riſum movent. *Vel*, Ut minus grata eſt facies cui ridenti deeſt deus Galenus: ita & epigrammati perit venuſtas, ſi abſit mordacitas. *f* Infantibus mellita cera muſtea poma date & propter dulcedinem inſipidas ficus. q. d. Inſulſis placeant epigrammata dulcia & nec ingenio nec acerbitate condita: mihi placet epigramma ſalſum, acre mordax, & piperatum, *g* Ficus Chia quæ ſalem & vinum ſapit, ep. 23 l. 13.

## *Ad Apollinarem.* XXII.

*a* APollinarem conveni meum, *b* Scazon,
*c* Et ſi vacabit (ne moleſtus accedas)
Hoc qualecunque, *d* cujus aliqua pars ipſe eſt,
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte videris *e* rotâ,
Noto rogabis ut favore ſuſtente.
Quanto mearum ſcis amore nugarum
Flagret: nec ipſe plus amare te poſſum.
Contra malignos eſſe ſi cupis tutus.
Apollinarem conveni meum, Scazon.

*a* Ad eundem ep. 73. l. 4. *b* Ep. 80. l. 1. *c* Sed captato oportuno tempore. *d* Limam adhibens, emendans, interpolans partem habet in hoc quilibet operę. *e* Prę lætâ & benigna.

## *De Apro sibi à * Dextro missō.* XXIII.

* Al. *Dextro.* vide notam c. infra.

*a* Glande paſte in agro Tuſcano.

*b* Sagina & pinguedine a glande.

*c* Magnitudine proxime apro illi quem irata Diana in Ætolorum agros immiſit, lib. ſpect 23.

*d* Venabulo.

*a* TUeſę glandis aper populator, & *b* ilice multâ
Jam piger, *c* Ætolæ fama ſecunda ferę,
Quē meus intravit ſplendenti *d* cuſpide *e* Dexter;
Prǽda jaces noſtris *f* invidioſa ſocis.
Pinguescant madidi lǽto nidore *g* Penates,
Flagret & exciſo feſta culina *h* jugo.
*i* Sed coquus ingentem piperis conſumet acervum,
Addet & *k* arcano miſta Falerna garo.
Ad dominum redeas: noſter te non capit ignis,
*l* Conturbator aper, *m* viliùs eſurio.

*e* Al. A quo occiſum & poetæ miſſum arguit ſupremum diſtichon. *f* Opima, cui vel invideri poſſit utpote majori quam mea ferat conditio. *g* Qui juxta focum, *vel* ædes, *Metonymice.* Al. *madido tetri nidore Penates.* *h* Silva, *Hyperbolice.* *Vel* lignis *Synecdochice* e montis jugo. *i* Sed impenſa condiendi ſuperabit facultates meas, ſatius itaque eſt ut remittam Dextro, niſi forte & ille mihi hos ſumptus ſuppediter. *k* Interiori meliorque garo quod admiſto Falerno dicebatur cœnogarum, vide ep. 72. l. 6. f. & l. 13. ep. 77. & 97. *l* In quo condiendo conturbabuntur rationes meæ, & decoquentur opes. *m* Minoris coſtat fames mea, viliori cibo contenta eſt, minore ſumptu cœnam mihi conſtare velim.

## *Ad Fuſcum.* XXIV.

*a* Sic tibi omnia feliciter cedant, precor, ſic ſylva, quam Tibure habes, cæſa revireſcat.

*b* Nemorum præſidis ac deæ.

*c* Nec olivetum tuum fertilitate oleæ rum aut olivi copia cedat Hiſpanis olivis, Tarteſſius Stradoni fluvius eſt, qui aliis Bœtis, unde Bœtica Hiſp.

*a* SIc Tiburtinæ creſcat tibi ſylva *b* Dianæ,
Et properet cæſum ſæpe redire nemus.
*c* Nec Tarteſſiacis *d* Pallas tua, *e* Fuſce, *f* trapetis
Cedat, & *g* immodici dent bona muſta *g* lacus,
Sic fora mirentur, ſic *h* te Pallatia laudent,
Excolat & geminas plurima *i* palma fores:
*k* Otia dum medius prǽſtat tibi parva December,
Excipe, ſed *l* certâ quos legis aure *m* jocos.
*n* Scire libet verum: res eſt hæc ardua: ſed tu
Quod tibi vis dici, dicere, Fuſce, pores.

*d* Olei inventrix, quæ, reliquis Diis ſterües ad ſpeciem eligentibus arbores, oleam cum forma tum fructu inſignem ſumpſit. *e* Videtur hic eſſe, ad quem Plin. Sec. ep. 9. l. 7. *f* Prelis oleariis ſic Papin. 2. Sylv. in Genethliaco Lucani: *Quæ Tritonide fertilis Athenæ Unctæ Bœtica provocas trapetis.* *g* Pleni, immo redundantes muſto lacus qui excipiunt vinum trapeti expreſſum. ep 35. l. 4. b. *h* Agentem cauſas. *i* Palma affigebatur januis cauſſidicorum qui in cauſis viciſſent, quam Auſonius vocat *palmam forenſem*, vide Sat. 7. Juven. ver. 117. & quæ nos ibi. *k* A cauſis & foro, Juſtitium in his ſaturnalibus. *l* Critica & cenſoria. *m* Epigr. hæc mea. *n* Al. *Scire libet verum? res eſt hæc ardua.* ex perſona Fuſci verum pronunciare ſubtimentis, ne odium pariat, reſpondet poeta: *ſed tu mihi dic, quod tibi in parte dici velis*, &c. vide epiſt. lib. 12. & Horatii epiſt. ad Piſones ſub fine, vide epiſt. 76. l. 8.

Ad

## *Ad Regulum.* XXV.

*a* RAucæ *b* cortis *c* aves, & ova *d* matrum,
Et *e* flavas medio vapere Chias,
Et *f* fœtum *g* querulæ rudem capellæ,
*h* Nec jam frigoribus pares olivas,
Et canum gelidis olus pruinis
De noſtro tibi rure miſſa credis?
O *i* quàm, Regule, diligenter erras!
Nil noſtri, niſi me, ferunt agelli.
Quidquid villicus umber, aut colonus,
Aut *k* rus marmore tertio notatum.
Aut Tuſci tibi, Tuſculiſve mittunt;
*l* Id totâ mihi naſcitur Suburâ.

*a* Ab avium domeſticarum rauco cantu.
*b* Pluribus tectis ſive muris ſeptæ, inſtar mapalii. Peſtus.
a court or barton.
*c* Gallinæ anſeres, anates, columbæ, &c.
*d* Gallinarum, anatum.
*e* Moderato calore ficcatas ficus Chias. ſupra 22. g. & 13. l. 23. ep. vel hibernas & gelatas. ep. 35. l. 4.
*f* Hœdum. *g* De fœtu abrepto quiritantis. *h* Gelatas & corrugatas frigore, cui non ſunt ferendo. *i* Quam dedita opera erras & diſſimulas te neſcire ſterilitatem agelli mei. *k* Suburbanum tuum, ad tertium ab urbe lapidem. *l* Id ego emo in foro olitorio in urbe, quod tamen in Subura non erat de Subura, vide ep. 48. lib. 3.

## *Ad Atticum.* XXVI.

ATtice, *a* facundæ renovas qui nomina gentis,
*b* Nec ſinis ingentem conticuiſſe domum:
*c* Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ,
*d* Te ſecreta quies, te *ſophos omnis amat.
*e* At juvenes alios fractâ colit aure magiſter,
*f* Et rapit immeritas ſordibus unctor opes.
Non *pila, non *follis, non te *paganica *g* thermis
Præparat, aut nudi *h* ſtipitis ictus *i* hebes:
*k* Vara nec injecto *l* ceromate brachia tendis;
Non *harpaſta vagus pulverulenta rapis:
Sed curris niveas tantùm prope *m* Virginis undas,
Aut *n* ubi Sidonio taurus amore caler.
*o* Per varias artes, omnis quibus area ſervit,
Ludere, cùm liceat currere, pigritia eſt,

*a* Qui doctiſſimi ac diſertiſſimi viri T. Pomponii mores & doctrinam exprimis.
*b* Nec degener pateris ut conticeſcat familiæ tuæ & ortus gloria.
*c* Tu habes ſemper comitatum Græcorum philoſophorum.
*d* Receſſus ab ambitu, magiſtratu & turba.
* Sapiens.
*e* At alii juvenes vacant pugillatui, quem docet Gymnaſtes, cujus aures, ut & aliorum athletarum contuſæ plerunque ſunt a plagis concertatorum. vide Turnebum 24. l. 28. c. & Mercurialem lib. 5. de re gymnaſt. 6. c. *f* Et aliptes non neceſſario ungendi miniſterio præſtito emungit juvenum marſupia. * Vid. ep. 14. l. 4. * *g* Ante cœdam lavabant priſci, ante lavationem corpus exercebant. *h* Exercitatio ad palum, contra quem in terra defixum tanquam adverſarium tirones ſe exercebant. vide quæ nos ad 248. ver. 6. ſat. Juven. vide & Vegetium, Stewechium, Mercurialem, & Lipſ. *i* A ſudibus vel rudibus, ligneis gladiis & clavis. *k* Nec lucta obtorques brachia & lacertos quaſi varos ſic Lud. Carion. emendat. l. 2. c. 9. alii leg. *Rara*. illa lectio melior. *l* Ep. 48 l. 3. not. 4 *m* Ep. 21. l. 5. f. *n* Ad porticum Europæ ep. 12. l. 2. b. *o* Literato viro conveniunt magis exercitationes facites & breves, quæ corpus & ſine mora laxant & tempori parcant, quarum præcipua eſt curſus; quam pigri iſti indi quibus Campus & gymnaſium ſervit, legitur & area *ſirvet*. P. Scriv. *arem* intelligit, *vias ſparias*, ut ep. 24. l. 10. ſed vide 15. ep. Senecæ.

## *In Cinnam.* XXVII.

SOrdidior cœno cùm ſit toga, calceus autem
*a* Candidior primâ ſit tibi, Cinna, nive;
*b* Dejecto quid inepte, pedes perfundis amictu?
*c* Collige, Cinna, togam; calceus ecce perit.

*a* Calcei albi Romanis elegantioribus in uſu.
*b* *Negligis.*
Grut. ex Palat. & Bodl. MS. *c* Tolle, ne inquinet album calceum cui male convenit cum ſordida toga.

## *Ad Severum de balneis Charini.* XXVIII.

QUo poſſit fieri modo, Severe,
Ut vir peſſimus omnium Charinus
Unam rem benè fecerit, requiris?
Dicam, ſed citò. *a* quid Nerone peius?
Quid thermis melius Neronianis?
*b* Non deeſt protinus ecce de malignis,
Qui ſic rancidulo loquatur ore:
*c* Ut quid tu domini, deique noſtri
Præfers muneribus Neronianas?
Thermas præfero balneis cinædi.

*a* Ut Nero peſſimus extruxit optima thermas, ita cinædus hic Charinus balneas excitavit nobiles. *b* Quod ſi quis malignus mihi hic obſtrepat, perinde ac ſi præferam Neronis thermas aut Charini balneas publicis Domitiani ædificiis: reſpondeo me id non facere, ſed conferre tantum inter ſe Neronis & Charini opera. *c* Janus Rutgerſius leg. *Quid? tu tot domini.* Scriv. *Ecquid tu.*

## *Ad Stellam.* XXIX.

*a* CUm pluvias, madidumq; Jovẽ perferre negaret,
Et rudis hibernis villa nataret aquis.
Plurima quæ poſſet ſubitos *b* effundere nimbos,
Muneribus venit tegula miſſa tuis.
Horridus ecce ſonat boreæ ſtridore December:
Stella tegis villam, non tegis agricolam.

*a* Cum perplueret villa, miſiſti mihi tegulas, ecce horreo frigore, cur non mittis mihi togam? *b* Alii *defendere*, arcere. vide Jani Gulielm. Veriſimil. l. 3. c. 25.

## ¶ *Ad Caſtricum, de quæſtoris nota damnatoria.* XXX.

NOſti mortiferum quæſtoris, Caſtrice, ſignum?
Eſt operæ pretium diſcere theta novum.
Exprimeret quoties gorantem frigore naſum,
Lethalem juguli juſſerat eſſe notam.

*a* Alii leg. *Noſti*, Senſus eſt. Pro veteri illa condemnatione & mortis Θανάτῳ litera, Quæſtor noſter novam habet notam, emuncto ſc. naſo dat carnifici ſignum occidendi hominis. huic al quando opus erat diſtillantem naſum emungere, manum naſo admoturum impediverunt quæſtores collegæ ipſius quaſi daturum hinc cædis ſignum. Jocatur poeta miſere cum iſto agi, cui modo alios populariter occidenti, jam non liceat ſuum naſum abſtergere.

Tur pis

Turpis ab inviſo pendebat *b* ſtiria naſo,
Cùm flaret madidâ fauce December atrox.
Collegæ tenuere manus. quid plura requiris?
Emungi miſero, Caſtrice, non licuit.

*b* Ἅπαξ λεγόμενον ſtilla gelata, *gutta congelati naſi*, ep. 62. l. 11.

## *De Polyphemi & Scyllæ Imaginibus.* XXXI.

*a* TAntus es & talis noſtri, Polypheme, Severi:
Ut te mirari poſſit & ipſe Cyclops. (rum
Sed nec Scylla minùs, *c* quòd ſi fera monſtra duo-
Junxeris, alterius fiet uterque timor.

*a* Polyphemus iſte & Scylla fuerunntne ſervi Severi, an forte ſtatuæ adeo immanes & ingentes, ut vel Siculo illi Cyclopi & marino monſtro poſſent eſſe terrori? *b* Sed nec ipſa Scylla poſſit minus mirari tuum Scyllam, alii leg. *minor*. *c* Imo & ſimi invicem terriculamento eſſe poſſint. unde videtur illos fuiſſe ſervos deformes.

## ¶ *De Cælio.* XXXII.

*a* DIſcurſus varios, *a* vagumque mane,
Et faſtus, & ave *b* potentiorum,
Cùm perferre patique jam negaret;
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et ſanas linit obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioſo,
(*c* Quantum cura poteſt, & ars doloris!)
*d* Deſit fingere Cælius podagram.

*a* Officioſas clientis diſcurſitationes in ſalutandis patronis ſuperbis. *b* Divitum.

*c* Ironice, ut l. 5. ep. 22. b. *d* Verâ enim habet podag.

## *Epitaphium patris Etruſci.* XXXIII.

HIc jacet *a* ille ſenex, Auguſtâ notus in aulâ,
Pectore *b* non humili paſſus *c* utrumq; deum;
*d* Natorum pietas ſanctis quem conjugis umbris,
Miſcuit: Elyſium poſſidet ambo nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata juventâ:
Hic prope *e* ter ſenas vixit Olympiadas.
*f* Sed feſtinatis raptum tibi credidit annis,
Aſpexit lacrymas quiſquis, Etruſce, tuas.

*a* Etruſcus, vide ep. 64. l. 6. *b* Forti animo. *c* Utrumque. ambos, ut *si duo præterea tales Idæa tulisset terra viros*, Maro, Eid. recentes. *poſſidet umbra nemus*. Domitiani potius Domini ac Dei gratiam & iram, dicto ep. 64. l. 6 Domit. iratum & placatum. *d* Geminorum, qui eodem cum matre, quæ flore ætatis extincta eſt, ſepulchro patrem concideruntur. *e* Nonaginta annos, ſi poetice Olympiada pro uſtro ſumamus. *f* Quem jam nonagenarium fato maturo defunctum defevit plus filius perinde ac immaturo fato præreptum.

## *Ad Sempronium Tuccam.* XXXIV.

Mundanusne socraticus? an ornatus, nitidus, ceu comis? an forte unguentis delibutus? nam que & hæc omnia media & ἀδιάφορα sunt.

COsmicos esse tibi, Semproni Tucca, videris:
Cosmica, Semproni, tã mala quàm bona sunt.

## ¶ *Ad Castricum.* XXXV.

a Cum æque nobilis sis Poeta, ac munificus dives. b Ego. c Opibus & carminibus. e Ut Phæacum rex cui suppetebant poma nobilissima, aliquis forte muneri obtulit minus nobilia: ita ego tibi mala mea carmina.

MUneribus cupiat si quis contendere tecum,
Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.
b Nos tenues in utroque sumus c vinciq; parati:
Inde sopor nobis, & placet alta quies.
Tã mala cur igitur dederim tibi carmina quæris?
c Alcinoo nullum poma dedisse putas.

## *In Cinnam.* XXXVI.

a Vide ep. 18. & 27. l. 6.

PRimum est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, a ut citò, Cinna, neges.
Diligo præstantem: non odi, Cinna, negantem.
Sed tu nec præstas, nec citò, Cinna, negas.

## *Ad Ovidium, Cæsonii Exsulantis comitem.* XXXVII.

a Hæc est effigies in cera ad vivum expressa Max. Cæsonii, quem a Nerone damnatum in conjuratione Pisoniana, *Tacit.* 15. *Annal.* Tu Ovidi in exilium comitatus es per mare Siculum in Siciliam vel Africam cui modo præfuerat, proconsuli te comitem negabas, exuli offerebas. b Iniquum fuisse Neronis judicium arguebas, sponte exulem ejus sequutus. c Si vitale fuerit hoc carmen meum, scient inde præsentes & posteri, Ovidium id præstitisse Cæsonio, quod Cæsonius prius Annæo Senecæ a Claudio in Corsicam relegato.

a MAximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est;
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.
Hunc Nero damnavit: b sed tu damnare Neronem
Ausus es, & profugi, non tua, fata sequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis îsti:
Qui modo nolueras consulis ire comes.
c Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas est cineri me superesse meo:
Audiet hoc præsens, ventura que turba; fuisse
Illi te, Senecæ quod fuit ille suo.

## *Ad eundem.* XXXVIII.

a Ejusdem argumenti cum præcedenti ep. b Carus, Serenus, Cæsonius Maximus, ut epigr. præcedenti, & Senec. 87. epist. Senecæ amicissimi erant.

a FAcundi Senecæ potens amicus,
b Caro proximus, aut prior b Sereno,

Hic

Hic eſt Maximus ille *c* quem frequenti
Felix litera paginâ ſalutat.
Hunc tu per Siculas ſecutus undas,
O nullis Ovidi tacende linguis,
Spreviſti *d* domini furentis iras.
Miretur Pyladem ſuum vetuſtas,
Hæſit qui comes *e* exuli parentis,
Quis diſcrimina comparet duorum ?
Hæſiſti comes exuli *f* Neronis.

*c* Ad quem toties ſcripſit Seneca.
*d* Neronis.
*e* Oreſti, non quidem a matre in exilium miſſo, ſed ab Electra ſorore ſubducto & a pædagogo in Phocidem ſublato, unde reverſus matris cæde patris ſui necem ultus rurſum exulavit. Electra Eurip. & Sophoclis.
*f* Crudeliſſimi tyranni & cujus in manu erat te repetiiſſe, quod Clytemneſtra non potuit.

## *Ad Priſcum.* XXXIX.

*a* COmmendare tuũ dũ vis mihi carmine munus,
Mæonioq; cupis doctiùs ore loqui.
Exercucias multis pariter me teque diebus :
Et *b* tua de noſtro, Priſce, *c* Thalia placer.
Divitibus poteris muſas, elegoſque ſonantes
Mittere : pauperibus *d* munera pexa dato.

*a* Priſcus politicus fuerat Martiali munus, trahebat autem moram ut carmine ſuo, quod poetæ approbari voluit, munus exornaret : poeta, quem premebat egeſtas, petit id ſibi mitti muneris vel ſine carmine quod utrique minori foret moleſtiæ. *b* De noſtro incommodo, & non ſine damno meo, tibi places in tuo carmine, quod dum meditaris, ego munus deſidero. Turnebus l. 24. c. 28. legit, *facit*. *c* Ep. 14. c. ſupra & 4. l. 7. ep. in. *d* Veſtem pexam. Alii legunt *plena*, i. quorum gratia non diminuitur mora. Alii *plæna*, i. abſque carminibus.

## ¶ *Ad Licinium Suram.* XL.

DOctorum Licini celeberrime *a* Sura virorum,
*b* Cujus priſca graves lingua reduxit avos :
*c* Redderis, heu quanto fatorum munere ! nobis,
Guſtatâ Lethes penè remiſſus aquâ.
*d* Perdiderant jam vota metum, ſecuraq; flebant
Triſtitia; & *e* lacrymis uſque peractus eras.
*f* Non tulit invidiam taciti regnator Averni,
*g* Et raptas fatis reddidit ipſe colos.
Scis igitur, quantas hominũ mors *h* falſa querelas
Moverit : *i* & frueris poſteritate tuâ.

*a* gic Plin. Sec. 30. ep. ſt 4. lib. *altiſſima iſta eruditione tua dignifsmam quæſt.* &c. Al. *celeberrime ſummeVirorum*.
*b* Cujus ſyncera oratio & antiquitatem ſapiens exprimit gravitatem & mores veterum iſiorum Roman.
*c* Quanto nos bearint munere Parcæ, quæ te prope mortuum vitæ reſtituerunt.
*d* l. a P. Scriv. *e* Membranis & Junii Martine. *Triſtitia & lachrymæ ſunt carmina lugubria*, vulg. Ed. *Triſtitia, & lachrymis jamque peractus eras*. Tanquam in certa morte depoſuerimus ſpem & cum votis mecum curamque pro te, qui jam— *e* —Pro mortuo deploratus eras & conclamatus. *f* Vidit ſenſuq; Pluto ſe non fore ferendo invidiam & querelas hominum te lugentium ipſumq; rapacitatem deteſtantium itaque— *g* — Eripuit Parcis colos fuſoſque & te vitæ reſtituit. *h* Te faucibus ſuis erepto decepta. *Vel* quam nos veram putabamus, teque vere mortuum. *i* Et quaſi redivivus ſentis quam charus fueris nobis, tanquam poſteris tuis futuris.

*k* Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reversa diem.

*k* Mortis itaque, quam evasisti, memor, rape vitæ restitutæ gaudia, &c. vide ep. 16. l. 1. h. tibi superstes.

## *De Annio.* XLI.

Annio non desunt mensæ, imo dives & lautus habet ducentas: cur itaque ministri ejus subeunt mensarum vices & nihil apponitur? scilicet ut dapibus suis parcat, quas ministri circumferentes præterean̄t alios, aliis, priusquam quid ad satietatem decerpserint, præripiant. placeant sibi lauti his epulis, nos tenuiores non juvant cœnæ istæ ambulantes **running banquets**. *quæ & nostris parci promis inoleverunt in silicernio & repotiis.* * Lances escariæ.

CUm mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt * gabatæ, volantque lances,
Has vobis epulas habere lauti.
Nos offendimur ambulante cœnâ.

## *Ad Severum.* XLII.

*a* Rancis forte vel exulceratis mollia, *b* Palato grata.

PArva suburbani munuscula mittimus horti;
*a* Faucibus ova tuis: poma, Severe, *b* gulæ.

## *Ad Urbicum de Auctо.* XLIII.

*a* Adeas Pompeium Auctum, quem & tute fortasse nosti. *b* Quæ signis militaribus a Parthis remissis extructa est, ut alii, post victoriam Philippicam. Sueton. August. 29. c. Dio. 44. l. *c* Jurisprudentia tinctus, imbutus, sic infra ep. 56. & ep. 34. l. 1. b. *Calderin.* juscullo madens, dum us toga, qua in variis officiis utitur. *e* Adeo ad unguem tenet & memoriter recitat. *f* Se authorem profiteri, nisi meæ faveret fama, poterat. vide Senec. prolog. declam. *g* Quæ statuta cœna hora aliquanto tardior propter occupationes Auctі, vel tenuitatem ejus.

MErcari nostras si te piget, Urbice, nugas:
Et lasciva tamen carmina nosse libet;
*a* Pompeium quæras (& nôsti forsitan) Auctum,
Ultoris primâ Martis in *b* æde sedet.
*c* Jure madens, *d* varioque togæ limatus in usu,
Non lector meus hic, Urbice, *c* sed liber est.
Sic tenet absentis nostros, cantatque libellos:
Ut pereat chartis littera nulla meis.
Denique, si vellet *f* poterat scripsisse videri,
Sed famæ mavult ille favere meæ.
Hunc licet à *g* decimâ (nec enim satis ante vacat)
Sollicites: capiet, cœnula parva duos. [bit)
Ille leget, bibe tu: nolis licet, ille sonabit:
Et cùm jam satis est, dixeris; ille leget.

*d* Studiis pacis & variis causis exercitatus. *Calderin.* attrita in-

Ad

## *Ad Auctum.* XLIV.

GRatum eſt, quòd Celeri noſtros legis, *a* Aucte, (libellos;
*b* Si tamen & Celerē quod legis, Aucte, juvat,
*c* Ille meas gentes, & Celtas rexit Iberos,
*d* Nec fuit in noſtro certior orbe fides.
*e* Major me tanti reverentia turbat; & aures
Non auditoris, judicis eſſe puto.

*a* Ep. præced. ¶ *b* Niſi moleſtum ſit Celeri audire hujuſmodi nugas. *c* Celer fuit præfectus Celtiberiæ, patriæ meæ.

*d* Nec alius quiſquam majori fide, & abſtinentia adminiſtravit noſtram Celtiberiam. *e* Terreor viri majeſtate, nec minus ſanctum expecto judicem carminis mei quam olim gentis meæ.

## *In Umbrum.* XLV.

OMnia miſiſti mihi Saturnalibus, Umber,
Munera, *a* contulerant quæ tibi quinq; dies;
Bis ſenos *b* triplices, & * dentiſcalpia ſeptem:
His comes acceſſit * ſpongia, * mappa, * calix;
Semodiuſque *c* fabæ cum *d* vimine Picenarum,
Et *e* Laletanæ nigra lagena ſapæ:
*f* Parvaq; cum *g* canis venerunt *f* coctana *g* prunis,
Et *h* Libycæ fici pondere teſta gravis.
*i* Vix putò triginta nummorum tota fuiſſe
Munera, quæ grandes octo tulere *k* Syri.
Quanto coinmodiùs nullo mihi ſerre labore
Argenti potuit *l* pondera quinque puer?

*a* Quæ ab aliis tibi miſſa ſunt per Saturnalia, quæ ad 5. dies protraxit Caligula. vide ep. 37. l. 4. *b* Pugillares. ep. 6. l. 14. * De his lib. 13. & 14. *c* Ep. 37. l. 4. *b*. *d* Piſcella olivarum Picenarum. 13. l. 35. ep. *e* Lagena ignobilis, fæculenti & turbidi vini ex Laletania in Hiſp. Tarraconenſi. *f* Ficus parvæ ex Syria. ep. 26. l. 13. *g* Quæ ep. 18. l. 5. ſenos dixit. Damaſcenos. vide ep. 29. l. 13. *h* Ep. 37. l. 4. *i* Puto vix valuiſſe 30. HS. *noſtræ monetæ* 4. s. 8. d *k* Servi e Syria *syncdoche*. *l* Libras quinque.

## *In Naſidienum.* XLVI.

SEmper mâne mihi de me mera ſomnia narras,
Quæ moveant animum, ſolicitentque meum.
*a* Jam prior ad ſæcem ſed & hæc vindemia venit;
*b* Exorat nectes dum mihi *c* ſaga tuas.
Conſumpſi *d* ſalſaque molas, & thuris acervos:
*e* Decrevere greges, dum cadit agna frequens.
Non porcus, non *f* cortis aves, non ova ſuperſunt.
*g* Aut vigila, aut dormi, Naſidiene, tibi.

*a* Ad expianda infauſta tua de me ſomnia, in ſacrificiis abſumpſi virum omne meum ſuperioris & hornæ vindemiæ.

*b* Expiat, averrit omen. *c* Somniorum interpres & expiatrix. *d* Far ſale miſtum. *e* Decreſcent mihi greges crebra immolatione. *f* Ep. 27. ſupra 2. &c. *g* Aut tui quam dormias piecor, aut de te ſomnies, tuo damno.

## ¶ *Ad Rabirium.* XLVII.

*a* Ut Phidias Jovis Olympici simulachrum efficturus dicitur direxisse mentem suam

*a* Astra polumq; *b* tuâ cepisti mente, *c* Rabiri :
*d* Parrhasiam mirâ qui struis arte domum.
*e* Phidiaco si digna Jovi dare templa parabit,
Has petat à nostro Pisa Tonante manus.

ad vultum Jovis ab Homero expressum Iliad. *a*. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. Val. Max. 3. l. 7. c. Ita tu Rabiri Domitiano palatium extructurus concepisti mente cœlestes domos, quibus magistris & exemplaribus utereris ad hanc fabricam. *b* Al. *pia*. *c* Architectus erat nobilis, ep. 87. l. 10. *d* Palatinam, in monte Palatino ubi Evander arcas primus ædificavit. Parrhasia autem urbs Arcadiæ est, unde Evandri Virgilio dictus Parrhasius 11. Æneid. *e* Si Pisa urbs illa Elidis instituerit ædificare templum dignum illo simulachro a Phidia fabrefacto, petat a nostro deo Domitiano suum architectum Rabirium.

## *Ad Titum de Cæciliano.* XLVIII.

*Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros, animal propter convivia natum?* &c. *Vel cui sus toto tantum ipse jacebit.* Juver. 1. *Sat.* Hic noster *convivam* vocat aprum soli Cæciliano appositum, alii hominem fuisse Aprum volunt.

Non cœnat sine apro noster, Tite, Cæcilianus,
Bellum convivam Cæcilianus habet.

## *Ad Jovem.* XLIX.

*a* Capitolii in colle prius Saturnio, mox Tarpeio quæ arcem Sabinis prodidit dicto.

*a* Tarpeiæ venerande rector *a* aulæ,
*b* Quem salvo duce credimus Tonantem,
Cùm votis sibi quisque se fatiget,
Et noscat dare, quæ dei potestas :
Nil pro me mihi Jupiter petenti,
Ne succensueris velut superbo,
*c* Te pro Cæsare debeo rogare :
Pro me debeo Cæsarem rogare.

*b* Sic ep. 1. l. 5. vol. I.
*c* Tu mea & publica prece rogatus serva Cæsarem, ille me servabit : tu illi donato, ille mihi donabit.

## *Ad Cæsarem Domitianum.* L.

*a* Institores, consores, caupones, coqui, &c. modo vicos omnes urbis occupabant tabernis suis & pergulis (quod apud nos in publicis nundinis factum videmus) fores & limina præstruxerant. *b* 5. l. 2. ep. 8. *c* Nullus caupo vendit vinum ad pilas in tabernis quæ lagenis sunt refertæ & quæ cæteris nixæ sunt. Juven. Sat. 3. v. 304. nisi fœx & quæ lagena pilæ affixæ sunt catenis. *d* Ad cauponem properat cruentus uterque.

*a* Astulerat totam temerarius institor urbem,
Inque suo nullum limine limen erat.
Jussisti tenues, *b* Germanice, crescere vicos ;
Et modò quæ fuerat semita, facta via est.
*c* Nulla catenatis pila est præcincta lagenis :
Nec prætor *d* medio cogitur ire *d* luto.

Stringitur

Stringitur in densâ nec *e* cæca *e* novacula turbâ:
Occupat aut totas nigra popina vias.
Tonsor, caupo, coquus lanius sua limina servant.
*f* Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

*e* Novaculam hanc tonsorum fuisse arbitror, quum nox inter cæteros recenseat *tonsorem*, non βαλανεύτικὸν neque sicariorum, quorum esse putant alii propter epitheton *cæca*. *f* Ita 2. ep. lib. spectac. *Reddita Roma sibi est*, &c.

## ¶ *De Silio.* LI.

*a* PErpetui numquam moritura volumina Silî
Qui legis & *b* Latiâ carmina digna togâ;
*c* Pierios tantùm vati placuisse recessus
Credis, & Aoniæ Bacchica serta comæ?
Sacra *d* cothurnati non attigit ante Maronis,
Implevit magni quàm Cicerônis opus.
Hunc miratur adhuc *e* centum gravis hasta virorûm;
Hunc loquitur gravi plurimus ore cliens.
*f* Postquam bis senis *g* ingentem fascibus annum
Rexerat, *g* asserto qui sacer orbe fuit:
*h* Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos:
Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

*a* Latuere Silii opera per multa secula. Jam vero eruta & vindicata vivunt. ep. 11. l. 4. *b* Digna poeta in Italia vel ipsa Roma nato. Italici enim cognomen habuit ab Italica urbe Peligno-rum alias Corfinio, *vel potius* digna majestate oratoris Romani, & consulis. Plin. Sec. *scripsit carmina majore cura quam ingenio.* 7. ep. 3. l. *c* Credis-ne eum tantum fuisse poetam? imo non optimum attigit poetam, priusquam optimum expressisset oratorem. *d* Ep. 19. l. 3. e. & ep. 6. l. 5. c. *e* Judicium C. virorum qui de testamentis & hereditatibus in suo foro hasta posita judicabant, quemadmodum auctionarii in atrio auctionario hasta præconis posita. vide ep. 32. l. 7. d. & consule Corn. Vitell. Annot. in Mariam. c. 21. *f* Postquam consul fuerat eo anno quo Nero periit. Plin. Sec. 3. l. 7. epist. *g* Quo tertarum orbis in libertatem assertus est, tyranno Nerone ad vim sibi inferendam adacto & occiso. *h* Foro emeritus secessit in Campaniam, ubi Musis vacavit scripsitque carmine heroico 17. libros de Punico bello secundo.

## ¶ *In Cinnamum.* LII.

*a* QUi tonsor fueras totâ notissimus urbe,
Et posthæc dominæ munere factus eques:
*b* Sicanias urbes, Ætnæaque regna petisti
Cinname, cùm fugeres tristia jura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis *c* inutilis annos?
Quid facit *d* infelix & fugitiva quies?
Non rhetor, non grammaticus, *e* ludive magister,
*f* Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes.
*g* Vendere nec vocem Siculis *h* plausumq; theatris:
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

*a* Hunc credo innuere Juvenalem, 1. Sat. v. 25. *b* In jus vocatus mutavit solum, vel exulatum abiit in Siciliam. *c* Nulla honesta immo nec sordida arte instructus. *d* In exilio. *e* Literator. Domitius de lanista intelligit, magis convenit præcedentibus ut de literatore intelligas. *f* Nullius sectæ philosophus. *g* Præco, an potius cauponem qui *vocet prostituere foro.* Ovid. 15. lib. Amorum, *clamosa rabiosa fori sorgia verbera.* Senecæ 171. vers. Her. Fu. *solicitis vendere verba reis* dicitur nostro. Ovid. 05. *h* Histrio, aut citharœdus.

In

## *In Gargilianum.* LIII.

*a* v. Veteri Romano. 2. Caii Jul. Cæſ. 3. Auguſti. ep. 33. l. 3. 2.

LIs te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit una *a* tribus, Gargiliane, *a* foris.
Ah miſer, & demens ! *b* viginti litigat annis
Quiſquam, cui vinci, Gargiliane, licet ?

*b* Satius fuerat ſemel vinci, quam ducere litem & ferre impendia & moleſtias viginti annorum, etiam cum victoria.

## *De Labieno.* LIV.

*a* Bonis univerſi patrimonii.
*d* Labienus ait ſe plus meruiſſe qui plura Fabio idonarit quam ex teſtamento accepit, & ego (innuit Poeta) majori damno & dolo Labienum dignum cenſeo, qui per fraudem captavit hereditatem.

HAeredem Fabius Labienum *c* ex aſſe reliquit :
*d* Plus meruiſſe tamen ſe Labienus ait.

## *Ad Inſtantium Rufum.* LV.

*e* De hoc eodem Inſtantio Rufo, ep. 49. l. 8.
*f* Vel continentiſſimis, graviſſimis & ſeveriſſimis viris.

COmmendare meas, *e* Inſtanti Rufe, Camœnas
Parce precor ſocero : ſeria forſan amat.
Quod ſi nugaces admittit & ille libelles,
Hæc ego *f* vel Curio Fabricioque legam,

## *De Theophilâ ad Canium.* LVI.

*a* Sponſa conjux.
*b* Poeta, de quo, ep. 54. & 62. l. 1. & 20. ep. 3. l.
*c* Græce erudita.
Al. *pectora voce madent.*
*d* Hanc ubi diſcipulam vendicet utpote diſciplinæ ſuæ æmulam Epicurus magnus senex horto quo gaudebat celebri. Alii leg. *magni ſenis altus in hortis*, atque intelligunt Platonem in ſuburbano Athenis nemore ab Academo in uſum ſcholæ conſecrato profitentem. *e* Nec minus ſuæ diſciplinæ æmulam hanc ſibi vendicant Stoici. *f* Quodcunq; Theophila recenſuerit & emendarit. *g* Doctam neſcio quam innuit poetriam. Ita Scriv. *Panthenis* ex MSS. omn. Gruterus, Vulg. *Parthenis*. *h* Theophilæ carmina vel ipſa Sappho Phaonis æmatrix laudarit, legitur nunq; & *laudarit*. *i* Theophila vincit Sappho verecundia : ingenio & doctrina illi non cedit.

HÆc eſt illa tibi *a* promiſſa Theophila, *b* Cani,
*c* Cujus Cecropiâ pectora dote madent.
*d* Hanc ſibi jure petat magni ſenis Articus hortus,
*e* Nec minus eſſe ſuam Stoica turba velit.
Vivet opus *f* quodcunque per iſtas miſeris aures ;
Tam non fœmineum nec populare ſapit.
Non tua *g* Pantænis nimiùm ſe præferat illi,
Quamvis Pierio ſit bene nota choro.
*h* Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix ;
*i* Caſtior hæc, & non doctior illa fuit.

## *De familiâ ficosâ.* LVII.

*k* Tota familia laborat ulcere quam οὐ κακὸν Græci vocant de qua Celſus 6. l. 3. c. nec tamen in agro fructificant ficus. Jocus ab ambiguo *Ficus*. vide ep. 58. l. 1.

*k* FIcoſa eſt uxor, ficoſus & ipſe maritus :
Filia ficoſa eſt, & gener, atque *l* nepos

*l* Ita Gruterus, alii *ſocer*.

Nec

Nec diſpenſator, nec villicus uleere turpi,
Nec rigidus foſſor, ſed nec arator eger.
Cùm ſint ficoſi pariter juveneſq; ſeneſque,
Res mira eſt; ficos non habet unus ager.

## *Ad Paullum.* LVIII.

*a* GRatus ſio tibi, Paulle, ſit December:
Nec vani *b* triplices, breveſq; *c* mappæ,
Nec thuris veniant leves ſelibræ;
Sed lances ferat, aut *d* ſcyphos avorum,
Aut *e* grandis reus, aut potens amicus:
Seu quod te potius juvat capitque,
*f* Sic vincas Noviumq; Publiumque
*g* Mandris & *h* vitreo latrone clauſos;
*i* Sic palmam tibi de trigone *k* nudo
Unctæ det favor arbiter coronæ,
Nec laudet *l* Polybi *m* magis *n* ſiniſtras:
*o* Si quiſquam mea dixerit malignus
Atro carmina quæ madent veneno,
Ut vocem mihi commodes patronam,
Et, quantum poteris, ſed uſque, clames
Non ſcripſit meus iſta Martialis.

*a Imprecandi formula.* Sic tibi affluant precor larga a clientibus & amicis munera in Saturnalibus miſſa, ut ep. 37. l. 4. 2. vide ep. 45. ſupra. *b* Pugillares, l. 14. ep. 6. *c* Ep. 37 l. 4. k. *d* Scyphos veteres & archetypos, vel graves auro quibus utebantur priſci, Neſtor, &c. *e* Cliens dives. *f* Sic vincas latrunculorum ludo peritiſſimos tuos colluſores Novium & Publium. *g* Calculorum ſeu latrunculorum ſeptis & regionibus, vel ipſis latronum gregibus clauſis, vide ep. 23. l. 5. g. fortaſſe quadrigis eburneis, namque ejuſmodi calculis luſiſſe Neronem au ori eſt Suetonius, P. Scrv. *h* Latrunculis e vitro diſcolori ad diſtinguendas diverſas partes, ep. 17. & 20. l. 14. *i* Sic tibi victoriam in ludo trigonali pilæ ad judicent uncti gymnaſtæ, vide ep. 14. l. 4.* *k* Quem ludum nudi unctiq; exercebant. *l* Luſoris alicujus periti. *m* Quam tuam. *n* Agilitatem manus ſiniſtræ, qua in jacienda excipiendaque pila non minus utebantur quam dextra. ep. 68. l. 12. *o* Ut, ſi quis famoſa & maledica carmina ſub meo nomine ediderit mihiq; adſcripſerit, patrocineris mihi meq; afferas. vide ep 11. ſupra.

## ¶ *Ad Maximum.* LIX.

ESquiliis domus eſt, domus eſt tibi *a* colle Diana,
*b* Et tua patricius culmina vicus habet: (næ,
*c* Hinc viduæ Cybeles, illinc ſacraria Veſtæ;
Inde novum, veterem proſpicis inde Jovem.
Dic, ubi conveniam: dic, quâ te parte requiram.
*d* Quiſquis ubiq; habitat, Maxime, nuſquâ habitat.

*a* In monte Aventino, cujus ſummitas habet templum Dianæ, ep. 51. l. 6. k. *b* Suntque tibi ædes in vico ſub Exquiliis ubi Servius Tullius juſſit patricios habitare. *c* Ex domo tua in Exquiliis ab altera parte vides ædem Veſtæ & Capitolium novum. Ex adibus meis in Aventino proſpicis templum Cybeles & Capitolium vetus. *d Nuſquam eſt, qui ubiq; eſt.* Seue c. 2. epiſt.

## ¶ *Ad Philomuſum.* LX.

*l* Comitem habere certatim cupiunt.
*m* Pro ſcurra & morione haberis, non pro amico.
Δεῖ ἡδονὴν οὖν ὡς διαφέροντα λόγον, ἢ κρίνοντων τῶν φίλον ἀγαπῶσι. Ariſtot. 8. Nicom. Eth. cap. 3.

QUòd *l* te diripiunt potentiores
Per convivia, porticus, theatra,
Et tecum, quoties ita incidiſti,
Geſtari juvat, & juvat lavari:
Nolito nimiùm tibi placere.
*m* Delectas Philomuſe: non amaris.

## *In Tuccam.* LXI.

EXigis ut noſtros donem tibi, Tucca, libellos.
Non faciam: nam vis vendere, non legere.

## *In Papilum.* LXII.

*a* Vel *Senitani*, a patria Bœtica, ut inquit Plinius, l. 32. c. 11. & Athenæus. l. 3. c. 33.
*b* Viliſſimi piſcis.

DUm *a* Saxetani ponatur cauda *b* lacerti;
Et bene ſi cœnas, *c* conchis inuncta tibi eſt:
Sumen, aprum, leporem, boletos, oſtrea, mullos
Mittis, habes nec *d* cor, Papile, nec *e* genium.

*c* Virides fabæ, neque eæ oleo perfuſæ. *d* Cui fatuo & inſulſo viles cibi æque ſapiunt ac pretioſi. *e* Cui non indulges, quem frandas, dum aliis lautus es, tibi ſordidus.

## ¶ *Ad Severum.* LXIII.

*f* Videtur dicere verus & κατ' ἐξοχὴν Optimatum (de quo ep. 25. l. 1. c.) vel Antianum. ſed addit fuiſſe hornum, & ipſo, qui poetam invitarat, conſule diffuſum, atq; adeo appoſitum. vide Turnebi advers. 25. l. 24. c. *g* Quam generoſum & nobile?

POtavi modò *f* conſulare vinum.
Quæris *g* quàm vetus atque liberale?
Ipſo conſule conditum: ſed ipſe,
Qui ponebat, erat, Severe, conſul.

## *Ad Fauſtinum.* LXIV.

* Quoniam compoſita jam pace Romani qui in Sarmatia & Dacia vacant ſtudiis, &c.
*b* Ep. 7. ſupra b.
*c* Ep. 9. l. 4. c.
*d* Profecto ad bellum Sarmaticum. ut ep 23. l. 6. & ep. 35. l. 9.

* QUatenus *b* Odryſios jam pax Romana *c* Triſ-
Temperat & tetricæ conticuere tubæ, (ones
Hunc *d* Marcellino poteris, Fauſtine, libellum
Mittere; jam chartis, jam vacat ille jocis.
Sed ſi *e* parva tui munuſcula quæris amici
Commendare, *e* ferat carmina noſtra puer:
*f* At tibi captivo famulus mittetur ab Iſtro,
Qui Tiburtinas paſcere poſſit oves.

*e* Carmina a me illi donata ferat elegans a te puer. *f* Et Marcellinus mittet tibi e Dacia devicta qui paſcat oves in Tiburtina tua villa. ep. 46. l. 4.

Ad

## *Ad Lauſum.* LXV.

TRiginta toto mala ſunt epigrammata libro:
Si totidem bona ſunt; Lauſe, liber bonus eſt.

Vide l. 1. ep. 17. & ep. 71. infra.

## *De Eutrapelo.* LXVI.

EUtrapelus tonſor dum circuit ora Luperci,
*c* Expungitq; genas: *d* altera barba ſubit.

*c* Al. *Expingit* quę.
*d* Tardus tonſor ceu circumſpectus tantam operi impendit moram ut vel radenti altera ſuccreſcat barba. Vide ep. 50. l. 8.

## *Ad librum.* LXVII.

*a* DUm mea Cæcilio formatur imago Secundo,
*b* Spirat & arguta picta tabella manu:
I libet ad Geticam *c* Peucen, Iſtrumq; *d* tacentem.
*e* Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parva dabis charo, ſed dulcia dona ſodali:
*f* Certior in noſtro carmine vultus erit.
Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis
Vivet, Apelleum cum morietur opus.

*a* Dum Cæcilius Secundus (Plinius, ut credo, Junior, namque is Bithyniam & Pontum obtinuit provincias) ſibi effingi curat meam imaginem. Quod diſceſſuri amici mutuo facitabant ad memoriam abſentium revocandam.
*b* Ad vivum effictus.
*c* Inſulam ad Iſtri oſtium.
*d* Placidis & quaſi ſtagnantibus aquis, vel gelu & frigore concretum. alii leg. *jacentem*
*e* Supra 2.
*f* Epigrammata Cæcilio grata. & quæ ingenii mei imaginem certiorem expreſſerint & diuturniorem retinuerint, quam tabula quævis ab artifice peritiſſimo efficta.

## *Ad Sabellum.* LXVIII.

QUòd non inſulsè ſcribis tetraſticha *a* quædã;
Diſticha quòd *b* bellè pauca, *b* Sabelle, facis:
Laudo, nec admiror, facile eſt epigrammata bellè
Scribere; *c* ſed librum ſcribere diffieile eſt.

*a* Pauca.
*b* Vide ep. 34. l. 12.
*c* Deſiderabitur enim ad librum perficiendum varietas, acumen, & largus ingenii fons.

## *In Sextum.* LXIX.

AD *a* natalicias dapes vocabar,
Eſſem cùm tibi, Sexte, *b* non amicus.
Quid factum eſt, rogo, quid repentè factum
Poſt tot *c* pignora noſtra, poſt tot annos,
Quod ſum *d* præteritus vetus ſodalis?
Sed cauſſam ſcio: nulla venit à me

*a* Feſtam celebritatem natalis tui.
*b* Nondum valde familiaris.
*c* Amicitiæ mutua pignora,
*d* Metaph. ab iis qui a Cenſoribus Senatu moti in recitatione Senatorum non nominabantur & dicebantur *præteriti*.

Argenti

Argenti tibi libra *e* puſtulati,
Nec *f* levis roga, nec rudes lacernæ ;
*g* Non eſt ſportula, quæ negociatur :
Poſcis munera, Sexte, non amicos.
Jam dices mihi, *h* vapulet vocator.

*e* Pari puti, puſtulis tumentis ab ignis excoquentis vi. Turneb. Adu. 24. l. 2. c. Al. *puſulati*. quod idem. Sed & Gruterus e MS. *Hiſpani tibi libra puſulati* i. opt. argenti ex Hiſpania. *f* Impexi. Grut. e MS. *tenuis*, ſed contract. in diſſyllabum. poſcente verſu. *g* Sportula qua me velut clientem donaſti, ſi in lucrum & quæſtum largius eam tuliſti, deſit eſſe ſportula : auctio eſt, & negociatio. κατηλείσα. *h* Confers cupam in ſervum vocatorem, ut qui me præterierit impudens, al. leg. *Vah pudet, vocetur.*

## *De amoribus abſurdis.* LXX.

SI meus auritâ gaudet *b* glaucopide Flaccus ;
Si fruitur *c* triſti *d* Cinius Æthiope :
*e* Publius exiguæ ſi flagrat amore catellæ ;
Si Cronus *f* ſimilem cercopithecon amat :
Delectat *g* Marium ſi pernicioſus *h* ichneumon ;
Pica *i* ſalutatrix ſi tibi, Lauſe, placet :
Si gelidum collo nectit Glacilla *k* draconem ;
*l* Luſciniæ tumulum ſi Theleſina dedit :
Blanda *m* Cupidinei cur nõ *n* amet ora *m* Labyeę ;
Qui videt hæc dominis monſtra placere ſuis.

*a* Cum alii delectentur deformibus monſtris, cur non ego formoſo puero Labyca ? forte item monſtroſo. namque luxum tandem in diſtoria & prodigioſa corpora verterunt Romani. Quintil. declam. 298. & Inſtitut. l. 11. c. 5. Idem de mulieribus Rom. Clem Alexandrinus, & Ammianus Marcel. l. 14. *b* Bubone ceu ululâ. *c* Atro, ingrato. *Vel*, infauſti ominis ſi cui matutinus occurriſſet, Juven. Sat 6. v. 601. Appian. 4. ἀμφυλίων. *d* Poeta Gaditanus de quo ep. 54. & 62. l. 1. & 19. ep. 3. l. *e* Ep. 92. l. 1. *f* Æthiopice ? an catellæ ? an ſimiæ ? an ſibi ſimilem ? ut ep. 187. l. 14. *g* Priſcum vel Celſum. *h* Mus Indicus, magnitudine felis, perniciosus aſpidi & crocodilo, quibus acerrimus eſt hoſtis. Plin. 8. l. 24. c. Ælian. 8. l. c. 25. Athenæus l. 9. c. 10. *i* Humanam conata vocem vide ep. 73. l. 14. ἢ ὀρνίθων ἐυγλωττίαν μιμεῖσθαι τὴν ἀνθρώπων ἢ τὴν ἄλλων ὀρνίθων ἠχώ. *k* Pleræque mulierculæ Rom. in deliciis habebant ſerpentes, quibus ſe in æſtivis menſibus refrigerarent. Senec. c. 2. de Ira. Lucian. in Alexandro. Sueton. Tiber. c. 72. Plin. l. 29. c. 4. *l* Quam vivam in deliciis habuerat, mortuæ tumulum exſtruxit, ut murenæ Craſſus. *m* Cupidini paris pueri. *n* Quiſpiam, *vel* ipſe amem ?

## ¶ *Ad Lauſum de ſuis libris.* LXXI.

FEretur habere meos, ſi vera eſt fama, libellos
Inter delicias pulcra *a* Vienna ſuas.
Me legit omnis ibi ſenior, juveniſque, puerque,
Et coram tetrico caſta puella viro.
Hoc ego maluerim, quã ſi mea carmina cantent,
*b* Qui Nilum ex ipſo protinus ore bibunt.

*a* Allobrogum ceu Galliæ Narbonenſis urbs, non illa Auſtriæ. *b* Remotiſſimi Æthiopes ad Lunæ montes, ubi fontes Nili tum latuerint.

*c* Quam

c Quam meus Hiſpano ſi me *d* Tagus impleat auro
Paſcat & *e* Hybla meas, paſcat *f* Hymettos apes,
Non nihil ergo ſumus, nec blandę gmunere linguæ
Decipimur. *h* credam jam puto, Lauſe, tibi.

c Quam ſi me cantent Hiſpanicontemnanei mei, Siculi & Græci. vel quam ſi abun-

darem auro Hiſpano, actmelle ſiculo & Attico. eſt enim Tagus— *d* Fl. Hiſpaniæ ceu Luſitaniæ— *e* —Hybla mons Siciliæ— *f* —Hym. mons Atticæ. *g* Al. *Murmure*. *h* Credam bona mea carmina æquare numerum malorum, atque adeo bonum eſſe lib. um. ep. 65. ſupra.

## *Apollinari mittit coronam roſeam.* LXXII.

Felix roſa, mollibuſque ſertis
Noſtri cinge comas *a* Apollinaris!
Quas tu nectere candidas, ſed *b* olim,
Sic te ſemper amet *c* Venus, memento.

*a* Ep. 73. l. 4. & 22. l. 7.
*b* Longa floreſcentem juventute cingas,

nec non ſero caneſcentem & uſque ad multam ſenectutem. *c* Cui dicata es.

## *Ad Creticum.* LXXIII.

Jactat inæqualem Matho me feciſſe libellum:
Si verum eſt, laudat carmina noſtra Matho.
*b* Æquales ſcribit libros *c* Calvinus & *c* Umber.
*b* Æqualis liber eſt, *d* Cretice, qui malus eſt.

*a* Objicit Matho me ſcripſiſſe lib. inæqualem, cui vel me fatente. ep. 17. l. 1. & rerum varietate.

bona inſunt & mala, habet præterea inæqualis liber laudem a *b* Totos malos, cui nihil admiſcetur bom. nullus autem liber totus bonus eſt. *c* Poeta malus. *d* Alii leg. *Critice*.

## *In Baccaram.* LXXIV.

SI quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum,
Bis nobis dicis, Baccara, terque die.
*a* Appellat rigidâ triſtis me voce Secundus.
Audis, *b* ſed neſcis, Baccara, quid ſit, opus.
*c* Penſio te coram petitur claréque, palamque
Audis, ſed neſcis, Baccara, quid ſit, opus.
Eſſe queror *d* gelidaſq; mihi triraſque lacernas:
Audis, ſed neſcis, Baccara, quid ſit, opus.
Hoc opus eſt, *e* ſubito fias ut ſidere mutus;
Dicere ne poſſis, Baccara, *quid ſit opus*.

*a* Exigit a me fœnus creditor.
*b* Al. *& neſcit Baccharа quid ſit opus.*
*c* Cellæ ædium conductarum pretium. 3. l. 28. ep. d.
*d* Tenues, quæ frigus intromittunt. *e* Ut inſtar arboris ſideratæ attoniti ſtupeſcant tibi ſenſus ſitque, ſidere percuſſi, tibi lingua, ne querquam poſthac vanis politicis lactes & eum ubi opus eſt promiſſa perfici, deſtituas.

Ad

## *Ad Narniam.* LXXV.

a Civitas Umbriæ.
b Nar. fl. unde civitati nomen.
c Gemino monte.
d Cur voluptate tua allicitum tot ies evocas tamdiuque detines Q. Ovidium vicinum meum in agro Nomentano, & cujus unius causa placet mihi fundus meus Nom? e Qui & ipse gaudet mea vicinia f Sic vobis incolumis maneat urbs O Nartes, cum eximio illo ponte qui duos præaltos & abruptos montes conjungit. vide Schotti Itinerar. l. 1. p. 106.

a Narnia, sulphureo quâ gurgite candidus b amnis
Circuit, c ancipiti vix adeunda jugo; (nisi
d Quid tam sæpe meum nobis abducere Quinctî
Te juvat, & lentâ detinuisse morâ?
Quid Nomentani causſam mihi perdis agelli,
Propter vicinum qui pretiosus erat?
Sed jam parce mihi, nec aburere, Narnia, e Quincto;
f Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

## *De Papilo.* LXXVI.

g Vas unguentarium ex onyche.
h Corruptum ab affectu oris tui impuri. vide ep. 16. l. 3. c.

Unguentũ fuerat, quod g onyx modò parva (gerebat:
Olfecit postquam Papilus, ecce h garum est.

## *In Linum.* LXXVII.

a Osculis salutare obvios amicos Romanis moris erat, ut & Persis, Judæis, Græcis, &c.
b Frigido & madido.
c Non possis melius vindicare injuriam verberum tibi incussorum, quam fœdis hisce osculis, ut ep. 20. l. 2.
d Bramali frigore.
e Videris tibi dulcior & eleg. vel Ironice.

Bruma est; & riget horridus December,
Audes tu tamen a osculo b nivali
Omnes obvius hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, basiare Romam.
c Quid possis graviusque, sæviusque
Percussus facere, atque verberatus?
d Hoc me frigore basiet nec uxor,
Blandis filia nec rudis labellis.
Sed tu e dulcior, elegantiorque;
Cujus f livida naribus caninis,
Dependet f glacies, rigetque g barba,
Qualem h forficibus metit i supinis
Tonsor k Cinyphio Cilix k marito.
Centum occurrere malo cunnilingis:
Et l Gallum timeo minus m recentem.

f Mucosa stiria. g Qualem habent barbam hirci Cinyphii a Cilice pastore tonsi. h Al. *forcipibus.* i Acie forficum depressi manubrio sublato. k Hirco viroque patreque gregis ad Cinypem Africæ fl. pasto. l An Gallum Cybeles cui recens castrato graviter olet anima? an Bœticum illum Gallum. m Nuper λεξιφανες. Sed & vide Turnebum qui hoc de Galliæ pop. ab intemperantia ordo interpretatur. l. 25. c. 24.

Quare

Quare ſi tibi ſenſus eſt, pudorque;
Hibernas, Line, baſiationes,
*n* In menſem rogo differas Aprilem.

*n* Tum enim minus erit mucoſus & fugidus.

## ¶ *Epitaphium Urbici pueri.* LXXVIII.

(infans:

COnditus hic ego ſum *a* Faſſi dolor Urbicus
*b* Cui genus & nomen maxima Roma dedit,
*c* Sex mihi de primâ deerant trieteride menſes,
*d* Ruperunt tetricæ cùm mala penſa deæ.
Quid ſpecies, quid *e* lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lacrymas tumulo, qui legis iſta, meo.
*f* Sic ad Æ hæas, niſi Neſtore ſerior, undas,
Non eat, optabis quem ſupereſſe tibi.

*a* Parenti cauſa doloris ex morte.
*b* Natus in urbe dictus Urbicus.
*c* Triennio, erat itaque biennis & ſemeſtris. ep. 31. l. 6. b.
*d* Ubi vitæ fi-

lum inciſerunt Parcæ. *e* Blæſa, balbutiens, parentibus grata. *f* Sic, ut fies & optas mihi vitam tibi ſuperſtitem fuiſſe, vivas ultra annos Neſtoreos. *Vel*, Sic, ut me fles, filius tuus quem tibi ſuperſtitem optares Neſtoris annos ſuperet.

## *Ad librum de Cæſio Sabino.* LXXIX.

NOſti ſi bene *a* Cæſium, libelle,
Montanæ decus Umbriæ Sabinum,
*b* Auli municipem mei *b* Pudentis;
Illi tu dabis hæc, vel occupato.
Inſtent mille licet premantque *c* curæ,
Noſtris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille, proximumque
*d* Turni nobilibus leget libellis.
O quantum tibi nominis paratur!
O quæ gloria quàm frequens amator!
Te convivia, te forum ſonabit,
Ædes, compita, porticus, tabernæ.
*e* Uni mitteris, omnibus legêris.

*a* Vide Baptiſt. Fonteium de gente Cæſia c. 20. & 21. vide & ep. 30. l. 9.
*b* Ep. 10. l. 4. &c.
*c* Negotia, ſtudia.
*d* Satyrographi ex Auruncâ. ep. 10. l. 11. & Sidonius carm. 9. Rutilius in Itinerario & Juvenalis interpres vetus, ad Sat. 1.
*e* Cæſio Sabino.

## *Ad Caſtorem.* LXXX.

OMnia, Caſtor, emiſiſſe fier, ut omnia vendas.

Cum ultra facultates omnia vis habere lauta ac nitida, multaque emis, adigeris tandem urgente inopia ad omnia vendenda. Trinebus ait ſe in quibuſdam exemplaribus reperiſſe hunc verſum appenſum *Nil urore tamen nudius eſſe poteſt*. diſpice lector quam conveniat. 25. l. 24. c.

Ad

## *Ad Criſpinum.* LXXXI.

SIc placidũ videas ſemper, Criſpine, *a* tonantẽ;
Nec te Roma minùs, quàm *b* tua Mẽphis amet:
Carmina *c* Parrhaſiâ ſi noſtra legentur in aulâ
(Namque ſolent ſacrâ Cæſaris aure frui:)
Dicere de nobis, ut lector candidus, *d* aude:
Tempora præſtat non nihil iſte tuis.
Nec *e* Marſo nimium minor eſt, doctoq; *e* Catullo;
Hoc ſatis eſt: ipſi cætera mando *f* Deo.

*a* Jovem noſtrum Domitianum. *b* Ægypti civitas. Criſpinum autem fuiſſe Ægyptium jactatus teſtabitur Juvenalis, cui ſat. 1. dicitur *pars Niliacæ plebis & verna Canopi.* *c* Palatina. *d* Aude O Criſpine, ut lectorem decet candidum, Cæſari legenti adſpirare hoc eulogio; *Certe & hic Martialis eſt ævi hujus ornamentum, O Cæſar.* *e* De his, ep. 51. & 55. l. 2. & 54. l. 1. *f* Domitiano, q. d. Tu tantum illi ſuggere: ipſe Imp. mihi Deus erit abunde beneficus. vide ep. 8. l. 5. b.

* *Tria quæ ſequuntur epigrammata e veteri exemplari Anglicano tranſcripta pro legitimis agnoſcuntur. hoc ſane Martialis acumen parum ſapit.*

## * *Ad Ponticum.* LXXXII.

POntice, *g* per reges diſcurris, & omnia luſtras;
Magna quidẽ ſequeris, Põtice; *h* magnus homo
Pontice, ſiqua facis, ſine teſte facis, ſine turbâ: (es.
Non adhibes multos, Pontice; *cautus homo es.
Pontice, te celebrem formâ natura creavit:
Dignus eras Helenâ Pontice; *pulcher homo es.
Pontice, voce tuâ poſſes adamanta movere:
Vox tua dulce ſonat, Pontice; * dulcis homo es.
Pontice, ſic alios, ſic te quoque decipit error:
Vis dicam verum, Pontice? * nullus homo es.

*g* Patrolos ſalutando. *h* Magnus videri vis. *Vis es magnus, malus, multus. piſce.* Nequam magnus homo, *ait Lucilius.* * Dum magnus, cautus, pulcher, dulcis eſſe vis, nullus es.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER VIII.

### Imperatori Domitiano Cæsari Augusto, Germanico, Dacio, Valerius Martialis salutem.

*OMnes quidem libelli mei, Domine, quibus tu famam, id est, vitam dedisti, tibi supplicant: & puto* a *propter hoc legentur. Hic tamen, qui operis nostri octavus inscribitur,* b *occasione pietatis frequentiùs fruitur.* c *Minus itaq; ingenio laborandum fuit, in cujus locum materia successerat, quam quidem subinde aliquâ jocorum mistura variare tentavimus: ne cœlesti verecundiæ tuæ laudes suas, quæ facilius te fatigare possunt, quàm nos satiare,* d *omnis versus ingereret.* e *Quamvis autem epigrammata severissimis quoque, &* f *supremæ fortunæ viris ita scripta sint, ut* g *mimicam verborum licentiam affectasse videantur: ego tamen illis non permisi tam lascivè loqui, quam solent. Cùm pars libri & major & melior ad majestatem sacri nominis tui allegata sit,* h *meminerit* i *non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere. Quod ut custoditum me lecturi sciant, in ipso libelli hujus limine profiteri brevissimo placuit epigrammate.*

a Quod tibi dicati sunt, quod tu eos vita dignos censes.

b A bellis tuis & victoriis Dacia & Sarmatica argumenta sæpe petens.

c *Facile ait Ventis dare vela secundis, Fœcundumque solum varias agitare per artes, Auroque atq; ebori decus addere, cum rudis ipse Materies nitat.* Manil. 3. Astr. & Callimach. de Apolline Ἔστ' ὃ ἐυμνήτου, τίς ἂν ἅ ῥέα ποιῆσαι ἀείδοι.

d Omne epigramma.

e Vide 4. epist. 4. l. & epist. 3. lib. 5. Plin. Sec. sua excusantis hendeca-syllaba.

f Al. *summæ.*

g Al. *mimam.*

h Liber.

i Tu Deus es. l. 5. ep. 8. 6. Dii autem non adeundi nisi a castis, puris, ab omni labe lustratis & ἁγνοῖς καὶ ἁγνισμένοις.

## *Ad librum ſuum.* I.

*a* Palatium propter recen tem victoriam Sarmaticam laureatam, quamvis & Auguſtas fores perpetua ornabat laurus. *b* Verborum laſcivia quæ Veneri vel nudæ conveniant. *c* Cæſ. Domitiani numen peculiare, quam deam ſuperſtitioſe coluit, ſeq. ejus filium haberi voluit. Suet. Dom c. 4.

*a* LAurigeros domini liber intrature penates,
Diſce verecundo ſanctiùs ore loqui.
*b* Nuda recede Venus: non eſt tuus iſte libellus,
Tu mihi, tu Pallas *c* Cæſariana veni.

## *Ad Janum.* II.

*a* Librorum, qui ſingulorum annorum geſta continebant. *a* Jano autem, temporum rectore auſpicium habent. ep. 8. infra b. *b* Cum Domitianum a Sarmatis reducem videret. *c* Duo, vel quatuor. Bifrons enim fingitur Janus ut qui annum elapſum reſpiciat, ſequentem proſpiciat, Immo & Quadrifrons, propter quatuor elementa vel quatuor anni tempeſtates. Servius ad 8. Æn. & Fab. Pictor. *d* Binis vel quatuor linguis, ut modo nota c. *e* Domitiano. 5. l. 8. ep. b. *f* Quatuor ætates Neſtoris, ex ore quaterno. id eſt 12. ſecula. *g* Immortalitatem. Janus enim deus.

*a* FAſtorum genitor, parenſque Janus
*b* Victorem modò cùm videret Iſtri,
*c* Tot vultus ſibi non ſatis putavit;
Optavitque oculos habere plures.
Et lingua pariter locutus *d* omni;
Terrarum *e* Domino, Deoque rerum
Promiſit *f* Pyliam quater ſenectam,
Addas, Jane *g* pater, tuam rogamus.

## ¶ *Ad Muſam.* III.

*a* Atque ubi invidioſa vetuſtas in pulverem verterit marmoreas ædes vel potius ſepulchra. Sic enim loquitur Juvenalis 10. ſat. v. 143. & huic conſonat noſter ep. 2. l. 10. — *b* — M. Val. Corvini Meſſalæ oratoris clariſſ. & — *c* — Licini ditiſſimi liberti Cæſ. Auguſti. *d* Una e novem muſis, non tamen infima, Thalia conviviis apta, uncta itaq; pro more a balneis & ante convivia. * Epigrammata? *e* Verſum humilem & levem inſtar comicorum, quorum proprie eſt ſoccus. *f* Ep. 19. l. 3. c. *g* Verſibus heroicis.

QUinque ſatis fuerant; ſed ſex, ſeptemq; libelli,
Eſt nimium: quid adhuc ludere Muſa juvat?
Sit pudor, & finis. jam plus nihil addere nobis
Fama poteſt: teritur noſter ubique liber.
*a* Et cum rupta ſitu *b* Meſſalæ ſaxa jacebunt,
Altaque cùm *c* Licini marmora pulvis erunt:
Me tamen ora legent, & ſecum plurimus hoſpes
Ad patrias ſedes carmina noſtra feret.
Finieram, cùm ſic reſpondit *d* nona ſororum,
Cui coma, & unguento ſordida veſtis erat:
Tune potes dulces, ingrate, relinquere * nugas?
Die mihi, quid melius deſidioſus ages? (nos,
An juvat ad tragicos *e* ſoccum transferre *f* cothurAſpera vel *g* patribus bella tonare modis;

*h* Perlegat

*h* Perlegat ut tumidus raucâ te voce magiſter,
*i* Oderit & grandis virgo bonuſque puer?
Scribant iſta graves nimiùm, nimiúmque ſeveri,
*k* Quos mediâ miſeros noſte lucerna videt.
At tu Romano lepidos *l* ſale tinge libellos:
*m* Agnoſcat mores vita legatque ſuos.
*n* Anguſtâ cantare licet videaris *n* avenâ,
*o* Dum tua multorum vincat avena tubas.

*h* Melior lectio *prælegat*, uti in ſcholis prælegunt & exponunt magiſtri Homerum, Virgilium, & alios autores epicos. *i* Tædio, vel propter pœnas irrogaras, ipſos execrentur autores diſcipuli. *k* Quos elucubrationes reddunt miſeros. *l* Jocoſo acumine. *m* Epiſt. 1. lib. 8. *n* Tenui carmine, ſive verſum ſive argumentum reſpicias. *o* Ep. 39. l. 4. f. & g.

## *Ad Cæſarem Domitianum.* IV.

QUantus, ïo, Latias *a* mundi conventus ad aras
*b* Suſpicit, & ſolvit pro duce vota ſuo!
Nam non hæc hominum, *c* Germanice, gaudia tantum,
Sed faciunt *d* ipſi nunc puto ſacra *d* dei.

*a* Ab omni orbis loco frequens populus ſupplicationis & gratulationis cauſa.

*b* Reus voti pro Imperatoris ſalute de anno præterito ſolvit vota, & nova vota nuncupat in annum proximum quæ oppido fiebant redeunte Domitiano menſe Januario. *c* Ep. 2. l. 5. d. *d* A te culti, ſervati, templis donati. ep. 1. l. 5. nota 1. & 3. ep. 9. l.

## *Ad Marcum.* V.

DUm donas, Macer, annulos *e* puellis;
*f* Deſiſti, Macer, annulos habere.

*e* Al. *amicis*, i. impuris fœminis, in quas annulorum & opes effundis. *f* Privatus es equeſtri dignitate, cui inſigne & jus annulorum. *poſt cunctâ noviſſimus exit Annulus.* Juv. 13. ſat. 43. v.

## ¶ *In Euctum.* VI.

*a* ARchetypis veteres nihil eſt *b* odioſius Euctis,
*c* Ficta Saguntino *d* cymbia malo luto.
Argenti *e* furioſa ſui cùm ſtemmata narrat
Garrulus, & *f* verbis mucida vina facit.
*g* Laomedonteæ fuerant hæc pocula menſæ;
Ferret ut hæc, muros ſtruxit Apollo lyrâ.
*h* Hoc cratere ferox commiſit prælia Rhætus
Cum Lapithis; *i* pugnâ debile cernis opus.

*a* Poculis primogeniis originalibus & quæ ab ipſis dominis per tot ſeculorum ſeries habere ſe jactar. *b* Propter garrulam jactantiam, mendacem vanitatem, vilitatem novi vini in his appoſiti. *c* Ep. 37. l. 4. i. & 105. l. 14. *d* Pocula in cymbæ formam efficta. Macrob. Saturn. 5. l. c. 21. *e* Inſana quædam & inſenſata prædicatione pocula ab ætate & dominis jactans. Alii leg. *fumoſa*, i. caligine negligentiæ vetuſtatis obducta. Ut exponit Boethius 1. l. de Conſol. philoſoph. ita Cicero & Seneca *fumoſas imagines* dixere. & Juvenalis, *fumoſos equitum magiſtros*. *f* Dum per verboſam Euctis oſtentationem poculorum, vinum effuſum muceſcit & vappa fit. *g* Hæc (inquit) fuerant Laomedontis pocula, vel ex auro illo quo pacti & conducti Neptunus & Apollo mœnia Trojana ædificarunt. *h* Metam. Ovidii 12. ſed ibi Theſeus cratere pugnat, Rhætus torre. *i* Magis placet hæc diſtinctio quam vulgata iſta, *pugna: debile cernis opus.* ut ſit, poculum pugna & rixa colliſum battered. *dum prima pocula pugna Miſſa volant.*

*k* Hic eſt geminus ille crater & ἀμφικύπελλον Neſtoris duos habens fundos, anſas quatuor & earum ſingulis inſidentes 2. columbas, celebratus Homero Il. Athenæo lib. 11. cap. 12. & cap. 13.

*k* Hi duo longævo *l* cenſentur Neſtore fundi:
*m* Pollice de Pylio trita columba nitet.
Hic ſcyphus eſt, *n* in quo miſceri juſſit amicis
Largius Æacides *o* vividiuſque merum.
*p* Hac propinavit Bytiæ pulcherrima Dido
In paterâ, *q* Phrygio cùm data cœna *q* viro eſt.
Miratus fueris cùm priſca toreumata multùm,
*r* In Priami cyathis Aſtyanacta *ſ* bibes.

*l* In prælio habentur. *m* Quæ anſis ſedebant columbæ aureæ, ubi tritæ fulgebant. *n* Quem Ulyſſi, Phœnici, legatis Agamemnonis. I. Iliad. propinavit Achilles. *o* J. Gruterus feliciter e MS. revocavit, cum prius legeretur *& bibit ipſe merum.* Achilles, n. Iliad. 1. poſcit majus poculum vinumque vividius, μείζονα δὲ κρατῆρα Μενοιτίου υἱὸ κάλεσσα Ζωρότερον δ' ὄινοιο. *p* Nota ex 1. Æneid. Virg. *Tum Bitia dedit increpitans*, &c. *q* Æneæ. *r* In vetuſtiſſimis poculis apponit novum vinum. Torrentius de poculis novis, quorum antiquitatem Euſtus ementitus eſt, intelligit. Noti ſunt Priamus ſenex & Aſtyanax filius Hect. puer. *ſ* Al. *bibis*. Grut. ex MSS. *calathum Aſtyanactia bibes.*

## *In Cinnam.* VII.

*a* Synechdoche finita. *b* De his vide ep. 23. l. 6. 2. *c* Petiiſti, credo, tantum ſpatii, quo taceres, non diceres. Noſter MS. *O quantum dicere, Cinna, potes!*

Hoc agere eſt cauſſas, hoc dicere, Cinna, diſertè,
Horis, Cinna, *a* decem dicere verba novem?
Sed modò *b* clepſydras ingenti voce periſti
Quatuor: *c* ô quantum, Cinna, tacere potes!

## ¶ *Ad Janum de reditu Cæſaris.* VIII.

*a* Supra ep. 1. 2. &c. *b* Ut tu, qui limina ſervas, ſupplicibus aditum ad deos patefacias. Ovid. 1. Faſt. *Vel*, ut rerum omnium parentem & principium. ep. 28. l. 10. *c* Al. *turba*, i. populus, plebs. ut infra ep. 15. *d* Al. *Vota ſalutet Purp.* *e* Conſules novi, *quibus nova purpura fulget*, ut ait Ovid. 1. Faſt. *Vel* Senatus & * omnis magiſtratus. ſic Statius 4. Sylv. *turmæque, tribuſque, Purpureique patres, lucemque a conſule ducit Omnis honos.* *ſ* Nec tam tibi places O Jane, quod tuo menſe ineat annus, inaugurentur conſules, vota quilibet nancupet: quam quod redeat jam Domitianus.

PRincipium des, Jane, licet velocibus annis,
Et *a* revoces vultu ſecula longa tuo:
Te *b* primũ pia *c* thura rogent, te *d* vota ſalutent:
*e* Purpura te felix, te colat * omnis honos:
*f* Tu tamen hoc mavis, Latiæ quod contigit urbi,
Mente tuo reducem, Jane, videre Deum.

## *Ad Quinctum.* IX.

Mora trahet damnum. Hylas qui modo lippus novem de libra uncias tibi O Quincte fœneratori vel ophthalmico volebat ſolvere, jam altero captus oculo 6. tantum uncias tibi prius 9. recuſanti ſe ait ſoluturum. cave ſis ne cæcus omnino fiat tibi nihil reddat.

SOlvere dodrantem nuper tibi, Quincte, volebat
Lippus Hylas: luſcus vult dare dimidium.
Accipe quamprimùm: brevis eſt occaſio lucri.
Si fuerit cæcus, nil tibi ſolvet Hylas.

## *De Baſſo.* X.

EMit lacernas millibus decem Baſſus
Tyrias coloris optimi, luerifecit.
g Adeò benè emit? inquis, immò *h* non ſolvit.

g Tantuli? ſo good cheap.

*h* Al. *non ſolvet.* Immo quod majus eſt, non ſolvit. vel non eſt ſolvendo. vel furatus eſt.

## *Ad Cæſarem Domitianum.* XI.

PErveniſſe *a* tuâ jam te ſcit *b* Rhenus in urbem?
Nam populi *c* voces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Iſtrumque, Getaſque
Lætitiæ *c* clamor terruit ipſe novæ.
Dum te *d* longa ſacro venerantur *d* gaudia circo,
*e* Nemo quater miſſos currere ſenſit equos.
Nullum Roma ducem, *f* nec te ſic, Cæſar, amavit:
Te quoque jam non plus *g* ut velit ipſa, poteſt.

*a* A te magnificè extructam paſſim & ornatam, vel ſimpliciter, Romam.
*b* Germani Rheni ſi. accolæ.
*c* Clamores & applauſus in Circo. *Hyperbole ſatis vocabulis & clamoſa.* *d* Applauſus & acclamationes longæ, geminatæ & reboantes. *e* E 25. ſpaciis a carceribus & 7 flexibus circa metas ad victoriæ palmam, populus dum tibi ſtudet, in te oculos & mentem convertunt omnes. non advertit quatuor; quamvis alibi *nihil* a *optius optet quam panem & Circenſes* ut ait Juvenalis. vide ep. 6. l. 7. h. *f* Nec te ipſum, priuſquam tui ſenſit deſiderium, quod tibi reduci lætionnes teſtantur. *g* Etiamſi velit.

## *Ad Priſcum.* XII.

UXorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? *h* uxori nubere nolo meæ:
Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito:
Non aliter *i* fuerint fœmina virque pares.

*h* Nolo ſubjici uxori, quæ proprie viro *nubere* dicitur. nolo dote liber. tatem vendere

γυναῖκ', ἃ διαπονεῖν θέλω ἐγὼ δοῦλον ὁ πένης. Anaxandrides apud Stobæum. ep. 65. l. 10. *i* MSS. *junt.*

## *Ad Gargilianum.* XIII.

MOrio dictus erat: *i* viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane: *k* ſapit.

*i* Fatui iſti & moriones in pretio & deliciis erant apud divites ad hilaritatem, vel, ut hodie apud noſtros fatues divites, ut ſit in ædibus aliquis domino ipſo ſtultior. *k* Plus juſto ſapit, i. plus quam fatuum & morionem veſtem. vide ep. 192. l. 14.

## ¶ *In crudelem amicum.* XIV.

*a* PAllida ne *b* Cilicũ timeant pomaria brumã,
*c* Mordeat & *d* tenerum fortior aura nemus;

*a* Ab injuria ventorum & frigoris, ep. 65. in fi. *b* Refert *Cilicum* a Arbores potius e Cilicia tranſlatas quam ad brumam. *c* Nip. *d* Stirpium teneriorum nec recreſcentem ſylvam.

*e* Lapides pellucidi in tenues crustas fissi, quibus Romani in fenestris utebantur ut nos vitro. Senec. epist. 90. & lib. de Provid. Divina c. 4. Plin. l. 15. c. 16. Columell. l. 11. c. 3. Pancirol.

Hibernis objecta notis *e* specularia puros
Admittunt soles, & *f* sine face diem.
At mihi cella datur, non totâ clausa fenestrâ,
In qua *g* nec Boreas ipse manere velit.
*h* Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

*f* Purum, absque pulveris, venti aut atomorum turbine, sine pulvia & tempestate. Al. *& sine sole diem.* *g* Non ipse horrens Septentrionis incola Boreas. *Emphasis hyperbolica.* *h* In hoc versu quadque verbum est Emphaticum.

## *Ad Domitianum.* XV.

*a* Sarmatici. * *Narratur.* *b* Domitianum. *c* Supra ep. 8. c. d. e. *d* Et a Domitiano datum plebi pauperique populo congiarium & tributim epulum infra ep. 48.

DUm nova *a* Pannonici numeratur * gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara *b* Jovem;
*c* Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus,
*d* Et ditant Latias tertia dona tribus;
Hos quoq; secretos memorabit Roma triumphos,
*e* Nec minor ista tuæ laurea pacis erit.
Quòd tibi de sanctâ credis pietate tuorum,
Principis est virtus maxima, *f* nosse suos.

propter relatam e bello Sarmatico lauream tertiam: bis enim ante de Cattis & Dacis triumphaverat. *e* Quod cum licuisse justum agere triumphum, lauream tantum Jovi Capitolino maluit interre. *f* Benevolos animos & amorem subditorum suorum erga se propter benemerita agnoscere.

## *In Ciperum.* XVI.

*g* Opulescere vis, & rem facere ex cauſis. sed nihil tibi felicius nunc cedit forum quam modo

PIstor qui fueras diu, Cipere,
Nunc causas agis, & *g* ducena quæris?
Sed consumis, & usque mutuaris.
A pistore, Cipere, non recedis;
Et panem facis, & facis farinam.

pistrinum, namque ut ibi farinam pinsebas, deinde panem conficiebas, e cujus pretio rursus farinam comparasti, atque adeo in circulum laborans vivebas in diem: ita hic quæris, deinde consumis, rursus mutuaris &c.

## *Ad Sextum.* XVII.

*h* Dicis me male egisse & carmen prodidisse. *i* In solatium dedecoris mei &c. Et turæ famæ quam ex causa tua sustinui.

EGi, Sexte, tuam, pactus duo millia, causſam;
Misisti nummos quot mihi? mille. quid est?
*h* Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causſa est:
*i* Tanto plus debes, Sexte, quòd erubui.

*Ad*

## *Ad Cirinium.* XVIII.

Sic tua Cirini, promas epigrammata vulgo,
* Ut mecum poſſis vel *a* prior ipſe legi:
* Sed tibi tantus ineſt veteris reſpectus amici,
Carior ut mea ſit quàm tua fama tibi.
*b* Sic Maro nec Calabri certavit carmina Flacci,
Pindaricos poſſet cùm ſuperare modos:
Et Vario ceſſit Romani laude cothurni,
Cùm poſſet tragico fortius ore loqui.
*c* Aurũ & opes, & rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

* Bona ne hæc fide? an Ironice? videntur ſane & ex animo, propter exemplum Virgilii.
*a* Majori laude quam ego.
*b* Hic modeſtia & amicitiæ inductus Virgilius ceſſit Horatio lyrici carminis laudem & Vario epici carminis, vel tragœdiæ gloriam, cum illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni ſublimitate viciſſe potuit. Varium ſiquidem ut epicum & Mæonii alitis æmulum canit Horatius. od. 6. l. 1. ita Varii tragœdiam Thyeſten cuilibet Græcorum comparat Quintilianus l. 10. c. 1.
*c* Cenſu ſe aliis habere inferiores ferunt non panci: ſed nemo fere eſt qui ſe altero minus ingenioſum fateri velit.

## *De Cinna.* XIX.

PAuper videri Cinna vult; & eſt pauper.

Cinna hic vere pauper, quaſi diſſimularet opes, oſtentabat pannos, & paupertatem uſque jactabat, ut ſtulti & ebrii ſimulare volunt non raro ſtultitiam & ebrietatem, cum nil opus ſit ſimulatione, vide ep. 20. l. 11.

## *Ad Varum.* XX.

CUm facias verſus nullâ non luce duceno,
Vare, nihil recitas: *d* non ſapis, atq; *e* ſapis.

*d* Qui ſtans pede in uno in hora ducentos præcipitas verſus, vitioſos ſc. & ineptos qui tibi intulento fluenti e bucca excidunt. *e* Qui non recitas miſos illos verſus, unde tibi plus eſſet dedecoris quam laudis.

## ¶ *De reditu Domitiani ad Phoſphorum.* XXI.

PHoſphore, redde diẽ; quid *b* gaudia noſtra moraris?
Cæſare venturo, Phoſphore, redde diẽ, (raris?
Roma *c* rogat. *d* placidi numquid te pigra Bootæ
Plauſtra vehunt, lento quòd nimis *e* igne venis?
*f* Ledæo poteras abducere Cyllaron aſtro:
Ipſe ſuo cedet nunc tibi Caſtor equo.
Quid *g* cupidũ Titana tenes? *h* jã Xanthus, & Æthon
Fræna volunt: vigilat *i* Memnonis alma parens.

*a* Veneris ſtella, quæ ſolis oritentis prænuncia Lucifer dicitur, ſolem occidentem ſubſequens, Veſperus.
*b* Dum ſiderium Cæſaris expectatio & cura diu urbem ingreſſuri.
*c* Quid diem properes.
*d* Cur tarde oreris ac ſi veherere plauſtro? quod ineſt qui videtur Arctophylax, ſignum tardum quia polo vicinum? ep. 3. l. 4. e.
*e* Stella, luce.
*f* Sumas licet Caſtoris equum illi a Mercurio donatum, & jam aſtris adnitum.
*g* Exoriri cupientem ſolem.
*h* Jam ſolis equi curſum geſtiunt.
*i* Aurora.

*k* Tardi

*k* Stant stellæ, nec movetur luna desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom. redeuntem. *l* Ipse Cæsar sibi sol erit, gloriæq; suæ fulgore instrabit cœlum, vel manente noctis facie. Al. *sint astra licebit.*

*k* Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,
Et cupit Ausonium Luna videre ducem.
Jam, Cæsar, vel nocte veni: *l* stent astra licebit,
Non deerit populo te veniente dies.

## *In Gallicum.* XXII.

a Hybridam me esse inquis, dum apponis porcum hybridam, i. ex fero & mansueta natum: vel lege *sim*, q. d. utinam ego hybrida sim, nisi intelligam tecum mihi factum. sic Chærea Terentianus. *tum pol ego te esse quæ assimulabar, nisi*, &c. de hybrida, vide ep. 32. l. 6.

INvitas ad aprum; ponis mihi, Gallice, porcum.
*a* Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.

## *Ad Rusticum.* XXIII.

An quæso iniquum est si quis pendat pœnas ejus quod deliquerit in sua arte? tum sane iniquus esse videretur si delictum alieni artifici in illo puniretur.

ESse tibi videor sævus, nimiumq; gulosus,
Qui propter cœnam, Rustice, cædo cocum?
Si levis ista tibi flagrorum causa videtur,
Ex qua vis causa vapulet ergo cocus?

## *Ad Cæsarem Domitianum.* XXIV.

a Impudenter peta
*b* Qui supplicat, qui adorat, qui regit, ille numen inesse rogato facit: ita ego te Deum facio dum rogo. *Adulatorie & parasitice.*

SI quid fortè petam timido, graciliq; libello,
*a* improba non fuerit si mea charta; dato.
Et si non dederis Cæsar, permitte rogari:
Offendunt numquam thura, precesque Jovem.
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille deos: *b* qui rogat, ille facit.

## *In Oppianum.* XXV.

Ne mihi insultes quod me semel ægrum vidisti, ego te sæpe; & usque videbo morbo pallidum. ut ep. 3. l. 7.

VIdisti semel, Oppiane, tantùm
Ægrum me malè: sæpè te videbo.

## *Ad Cæs. Domitianum.* XXVI.

a Venator Indus non timet tot tigres in Orientalibus regionibus, quot, &c.
*b* Hyrcanis. *Vel*, non segnieri quam sunt equi Hyrcani. *Vel* in Hyrcania ubi venantur tigres non secus ac in India. unde legi potest. *& Hyrcano vise* ep. 18. lib. Spectac. *c* Metu pallidus. *d* Supra ep. 11. l. 1. *e* Ep. 2. l. 5. *f* Spectaculi.

*g* Vincit

*g* Vincit Erythræos tua, Cæſar, arena triumphos,
Et victoris opes, divitiaſque dei.
Nam cùm captivos ageret ſub curribus Indos
Contentus geminâ tigride Bacchus erat.

*g* Tuum amphitheatrum, O Cæſar, ſuperat triumphum Bacchi reducis ex India. Perſia, & littoribus rubri maris devictis. (vide ep. 38. l. 5. c.) namque ille triumphavit gemina tantum invectus tigride, tu pluribus.

## *Ad Gaurum.* XXVII.

MUnera qui tibi dat locupleti, Gaure, ſenique;
Si ſapis & ſentis, hic tibi ait, *h* morere.

*h* Ut in bona tua ſuccedat heredipeta ille. ep. 50. l. 6.

## ¶ *De* * *Partheniandâ togâ.* XXVIII.

* Donata Martiali a Parthenio, qui Cæſari a cubiculis. ep. 6. l. 5.

DIe toga *a* facundi gratum mihi munus amici,
*b* Eſſe velis cujus fama, decuſque gregis?
*c* Apula *d* Ledæi tibi floruit herba Phalanti,
*e* Qua ſaturat Calabris culta Galeſus aquis?
*f* An Tarteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi
Bætis in Heſperiâ te quoque * lavit ove?
*g* An tua multifidum *h* numeravit lana Timavum,
Quem priùs aſtrifero Cyllarus ore bibit?
*k* Te nec Amyclæo decuit livere veneno:
Nec Miletus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc delapſa liguſtra,
Et *l* Tiburtino monte quod alber ebur.
*m* Spartanus tibi cedet olor, *n* Paphiæq; columbæ;
Cedet Erythræis erura *o* gemma vadis.
Sed licet hæc *p* primis nivibus ſint æmula dona,
Non ſunt *q* Parthenio candidiora ſuo.
Non ego prætulerim Babylonica * picta ſuperbè
Texta, *ſ* Semiramiâ quæ variantur acu.

*a* Di & ſic, atqs Poetæ, ut ep. 39. l. 9. & ep. 6. l. 5. b. & ep 1. l. 11.

*b* E cujati vellere es? de laudatiſſimis lanæ generibus. epigr. 148. l. 14.

*c* An a gregibus in paſcuis Tarenti in Apulia, quam condidit Phalantus Lacedæmonius? ep. 38. l. 5. c.

*d* E Lacedæmone clara concubitu Jovis & Ledæ, Ledæque natis. *e* Qua Galeſus a C fabris ortus irrigat culta, ep. 38. l. 5. c. *f* An ex Hiſpania, ubi Tarteſſi flu. quæ & Bætis: qua epota veſtis ovis nobili lana? Juvenal. ſat. 12. v. 41. * Ita optime reſtituit ex eo quod Palatinus codex præferebat *lanitoos* ingenioſe exurum Cl. Rutgerſius, ut ep. 13. l. 14. *me mea tinxit ovis.* Antea erat; *lavit aqua*, neqs e mente nec arte Poetæ cum diſtichon ſuperius etiam clauſum fuerit *aquis*. *g* An ab Altino nobili ovibus & lana prope Timavum multis oſtiis in mare Adriaticum influentem? ut ep. 19. l. 4. h. *h* Pathos, quaſi lana aut ovis noſſet numerum oſtiorum Timavi fluminis? an 9. *i* Cyllarus quidem vexit Caſtora, qui cum Argonautis Timavum prætervexit. ut ep. 19. l. 4. atque ipſe Caſtor in ſidus relatus eſt, cum vero dicat *ore aſtrifero*, malim de ipſo Cyllaro in aſtrum verſo intelligere. ſupra 21. ep. 5. Al. *Quem pius aſtrif.* *k* Adeo eximie candida es, ut non eſſes inficienda purpura Lacedæmonia nec Mileſia. Amycle autem Laconiæ civitas eſt: Miletus Ioniæ in Aſia. *l* Vide ep. 52. l. 4. *m* Cygnus, cujus ſpeciem indutus Jup. compreſſit Ledam Spartanam. *n* Veneri quæ in Papho colitur dicatæ. *o* Margaritæ, &c. ep. 38. l. 5. c. *p* Intactis. *q* Parthenii, qui miſit, animo. *r* Coloribus variis radio intextis diſtincta. *ſ* Babylonica. a Semiramide regina Babylonis. In ſummo vero pretio erant tapetia & aulæa Babylonica.

: Non

t Non mihi magis placeret vestis ex aureo vellere Phryxi, cui Athamas pater.

t Non Athamanteo potius me mirer in auro;
Æolium donet si mihi, Phryxe, pecus.
x O quantos risus pariter spectata movebit
y Trita Palatinâ nostra lacerna togâ!

* Vellus πίκον. alii leg. *decus*. x O quantum tollent omnes cachinnum ubi videbunt novæ huic togæ mihi a Parthenio, qui in Palatio servit Cæsari, missæ injectam vilem meam & tritam lacernam? hinc apparet lacernas togis injici solitas. y Al. *Cum Palatina nostra lacerna toga*. MS. noster & alii *Culta Palatina*.

## *De Distichis.* XXIX.

Habet quidem epigramma laudem suam a brevitate, & sint qui distichon vel tetrastichon excedere oportere epigramma negant. Et tamen liber e distichis æque liber est ac si ex longioribus epigr. compingeretur.

Districha qui scribit, puto, vult brevitate placere:
Quid prodest brevitas, die mihi, si liber est?

## ¶ *De * spectaculo Scævolæ.* XXX.

* Vide 9. ep. lib. Spectac. Hic damnatus quispiam, ut videtur ex 25. ep. 10 l. Scævolam (de quo l. 1. ep. 22) igens dextram loco immissum in Amphitheatro exurere sustinuit.

a Qui nunc Cæsarea lusus spectatur arena,
Temporibus Bruti gloria summa fuit.
Adspicis, ut teneat flammas, pœnâque b fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus!
c Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
d Funus amat: e totis pascitur illa sacris.
f Quòd nisi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sævior in g lassos ire sinistra focos.
h Scire piget post tale decus quid fecerit antè:
Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum.

* Quod apud primos Romanos admirandæ erat & celebrandæ fortitudinis opus, nos jam per lusum fieri videmus. b In laudem suam & quasi voluptatem veterat. c *Eleganter & Emphatice*. ipse per otium, quasi illæsus & a manu sua alienus spectavit dextram suam exuri. d *Metaphora elegans*, quasi vivam dextram rogo inferret. e Tarquam victima, exuritur. in ara enim fecerat hoc Scævola. f Namque amovendus erat fictitius hic Scevola ab igne jussu Imperatoris; ut ille verus, regis. g Victos & fortitudini cedentes. Al. *laxos*. h Non quærimus quænam scelera commiserit ante; illum fortem esse virum vel ex hoc apparet.

## *De columba Aretullæ.* XXXI.

a Casu aliquo velut ab accipitre acta videretur, nisi & in gremio Aretullæ mansisset.

Aera per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.
a Luserat hoc casus, nisi inobservata maneret;
Permissâque * diu nollet abire fugâ.
b Si meliora piæ fas est sperare sorori,
Et c dominum mundi flectere vota valent:

* Al. *libi*. b Si Aretullæ liceat ex hoc omine spem aliquam concipere. c Domitianum.

Hæc

Hæc *d* à Sardois *e* tibi forſitan exulis oris,
Fratre reverſuro, nuncia venit avis.

*d* E Sardinia, ubi frater tuus, O Aretuſia,

exulat. *e* Feſtus augurium revocatum iſti fratrem tuum, vel nuncia eſt à fratre reverſuro. A quibus admonitus ad columbas ab Hirtio cum literis miſſas ad Brutum Mutinæ obſeſſum. Frontinus, l. 3. Stratagem.

## ¶ *Ad Paullum, de phialâ.* XXXII.

*a* DE *b* prætoriciâ *c* folium mihi, Paulle, coronâ
Mittis, & hoc phialæ nomen habere jubes.
Hac fuerat nuper *d* nebulâ tibi *e* pegma perunctâ,
Pallida quam rubri diluit *f* unda croci.
*g* An magis æſtuti derafa eſt ungue miniſtri
* Bractea, de fulcro (quod reor eſſe) tuo?
*h* Illa poteſt culicem longè ſentire volantem,
Et minimi pennâ papilionis agi.
Exiguæ *i* volitat ſuſpenſa vapore lucernæ,
Et *k* leviter fuſo rumpitur icta mero.
Hoc linitur *l* ſputo * Jani *m* caryota * Calendis,
Quam fert cum parvo ſordidus aſſe cliens.
Lenta minùs gracili creſcunt *n* colocaſia filo:
*o* Plena magis nimio lilia Sole cadunt:
*p* Nec vaga tam tenui diſcurſat aranea telâ:
Tam leve nec bombyx pendulus urget opus.
*q* Craſſior in facie vetulæ ſtat Creta Fabullæ:
Craſſior *r* offenſæ bulla tumeſcit aquæ.
Fortior & tortos ſervat *ſ* veſica capillos,
*t* Et mutat Latias ſpuma Batava comas.
*u* Hac cute Ledæo veſtitur pullus in ovo:
*x* Talia lunatâ ſplenia fronte ſedent.

*a* Phialam tenuis laminæ ceu bracteæ, comparatam leviſſimis quibuſcunq; rebus extenuat. Miſiſti mihi (inquiens) O Paulle folium corollæ argenteæ pro Phiala. *b* A prætore vel alio ludorum præfecto donata victori. *c* Coronæ effingebantur ex auro argentoq; in tenuiſſimas bracteas diducto vel folio vel flores vel florum caulículos exprimente, Plin. 22. c. 2. *d* Tenui & ſubtili auri argentive folio.

**Gold-foil, or ſilver-foil,** quo inducta ornabantur pegmata, de quibus — 2. Ep. lib. Spectac. f. *f* Aſperſio e croco miſto dulci vino. ep. 3. lib. ſpect. k. dilutis autem pegmatis evaneſcebat folium aureum ceu argenteum inſtar nebulæ. *g* An potius eſt hæc phiala e bractea argenti quam ſervus aliquis fuus derafit a pede lecti tui? hujuſmodi vero bracteis e ligno, ebore, auro, argento, teſtudine lectos ornare moris erat. Sueton. Calig. 2. 32. * Al. *Bractea, de fulcro quam reor eſſe tuo?* *h* Ita levis eſt ut vel à papilionis culicis-ve præter volantis aere impulſo, etiam a longe agitetur. *Hyperbole.* *i* Ob levitatem vel lucernæ ſuſpenſa avolat, a vapore lucernæ agitata. *k* Cedit, tatiſcit, ſi vel levi manu infuderis merum. *l* Tenui corio, cruſta, vel tectorio; exponit Joſ. Scal. ad 1. l. Tibul. An forte in deaurando ſputo utebantur vice gummi? * Januariis Calend. ubi xenia mittuntur patronis. *m* Palmæ fructus ep. 27. l. 13. *n* Fabæ Ægyptiacæ, quæ cruſtæ vel manducatæ tenduntur ut fila. ep. 55. l. 13. *o* Folia liliorum ab ardore Solis decidentium ſunt craſſiora quam tua phiala. *p* Aranearum & bombycum telæ non ſunt adeo ſubtiles. *q* Fucus ceu incruſtamentum faciei ſupertectum e creta Chia vel Seliuſia. *r* Percuſſæ, agitatæ. unde oritur bulla. *ſ* Reticulum tenue inſtar veſicæ, *a cali.* *t* Nec craſſior eſt ſpuma ſmegmatis ceu lixivii quo Germani ruſſabant crines, & ab his idem dictæ Romanæ fœminæ. *u* Ova cygnea habent cutim æque denſam. *x* Splenia, emplaſtra quæ ad ſplenis formam adhibentur frontí ſunt æque ſpiſſa. ep. 25. l. 2.

Quid

Quid tibi cum phialâ, y ligulâ cùm mittere posses:
Mittere cùm posses vel z cochleare mihi?
Magna nimis loquimur. z cochleâ cùm mittere
Deniq; cùm posses mittere, Paulle, z nihil, (posses:

y Gladiolum, spathulam, vel parvam quandam mensuram ex argento. ep. 86. l. 14.
z Gradatim descendendo extenuat Paulli munus.

## *In jactatorem.* XXXIII.

a Ep. 6. supra. 2.
b Sculpturis & artificiis nobilis.
c Si tu molestus ostentator abiis, inquit Turnebus, l. 21. c. 24. vel, quod factum est ante te natum, vel a quovis alio, & non a te, quod soles, adulteratum.

A Rchetypum d Myos argentū te dicis habere,
c Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.

## *In pessimos conjuges.* XXXIV.

Cum plurimum ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malos.

CUm sitis similes, paresque vitâ,
Uxor pessima, pessimus maritus;
Miror, non bene convenire vobis.

## ¶ *Ad Cæsarem Domitianum.* XXXV.

a Ep. 1. lib. spectac. b.
b Præ tuis contemne.
c In Ægypto, quæ Orientem & Meridiem spectat.
d Nobilissima Ægypti civitas, pyramidibus clara. ep. 1. lib. spect.*
e Palatinæ. l. 7. ep. 47. c.
f Ægyptiacus, a palude Mareotide.
g Septem turres palatii evectas instar montium illorum quos congestos ferunt gigantes in cœlum struxisse. h Ita aula summum caput inter nubila condit, & sub se videt Jovem tonantem & meteora mediæ regionis aëris. i Et fastigium aulæ illustretur totum sole prius quam cacumen montis Circes. k Quod alios ubiq; latet. l Orientis solis, cujus filia Circe. m Aula. orie. Sic Papinius Sylv. 4.

REgia a pyramidum, Cæsar, miracula b ride:
Jam tacet c Eöum barbara d Memphis opus.
Pars quota e Parrhasiæ labor est f Mareoticus aulæ!
Clarius in toto nil videt orbe dies.
g Septenos pariter credas assurgere montes:
Thessalicum brevior Pelion Ossa tulit.
h Æthera sic intrat, nitidis ut conditus astris
Inferiore tonet nube serenus apex.
i Et prius k arcano satie ut lumine Phœbi,
l Nascentis Circe quam videt ora l patris.
Hæc, Auguste, tamen, quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cœlo: sed m minor est domino.

## *Ad Polycarmum.* XXXVI.

Nihil donas Cajetano, qui reddis illi chirographum quo agnoscit se tibi debere M. C.
(vel ut alii, *millia ter centum.*) cui quidem æri non est solvendo: imo serva syngraphum & da illi II M. Hoc si feceris te aliquid donasse dicemus.

QUòd Cajetano reddis, Polycarme, tabellas,
Millia te centum num tribuisse putas?
Debuit hæc, inquis, tibi habe, Polycarme, tabellas,
Et Cajetano millia crede duo.

Ad

## *Ad Meliorem.* XXXVII.

a QUi præſtat pietate pertinaci
Senſuro bona liberalitatis,
Captet forſitan, aut vicem reposcat.
At ſi quis date b nomini relicto
Poſt Manes, tumulumque perſeveret,
c Quærit quid niſi parciùs dolere?
Refert ſis bonus, an velis videri.
Præſtas hoc, Melior, ſciente famâ:
d Qui ſolennibus anxiùs ſepulti
Nomen non ſinis interire Blæſi,
Et de munificâ profuſus arcâ
Ad natalitium diem colendum
Scribarum memori piæque turbæ
Quòd donas, facis ipſe e Blæſianum.
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & poſt cineres erit tributum.

a Qui munera vivis donat, majora munera vel hereditatem captare videatur.
b Mortuo.
c Quid quæriſ niſi dolorem ſnum conſolari & mitigare largitione pia?
d Qui in memoriam Blæſi pueri tui defuncti celebras natalem illius quotannis, largitus ſcribis munera, e quorum numero & ipſe Blæſus erat.

e Feſtum nomine Blæſi & in illius gratiam, unde tibi præſens gloria, nec minus ſuperſtes. de Atedio Meliore, ep. 25. l. 6. & Papin. ſylv. 2. vide & 17. epiſt. l. 1. Plin. Sec. & 9. epiſt. 9. l.

## *Ad Domitianum.* XXXVIII.

QUi a Pallatinæ caperet convivia menſæ,
* Ambroſiaſque dapes, non erat ante locus.
Hîc haurire deces ſacrum, Germanice, * nectar,
* Et Ganymedeâ pocula mixta manu.
b Eſſe velis, oro, ſerus conviva Tonantis,
c At tu ſi properas Jupiter, ipſe veni.

a De aula hac Palatina ſupra ep. 35.
* Imperatoris Domit. dei & immortalis.
b Serus cœlum adeas, dinque nobis interſis.

c At ſi properas O Jup. habere Domitianum convivam, tu potius veni ad eum, quam ille ad te.

## *Ad Priapum.* XXXIX.

NOn horti, neque a palmitis beati,
Sed rari nemoris, Priape, cuſtos,
Ex quo natus es, & potes renaſci,
Furaces, moneo, manus repellas,
Et ſylvam domini focis reſerves.
b Si defecerit hæc, & ipſe lignum es.

a Vitis, vineæ.
b Namque e ligno es & niſi ſylvam cuſtodias, deficiente in focum ligno, ipſe tu combureris.

## ¶ *Ad Fauſtinum.* XL.

Athenagoras excuſat ſe, inquiens: mihi quidem dolet me nullum munus tibi miſiſſe hoc Decembri & his Saturnalibus, *Angl.* **I am ſorry that**, &c. neſcio ſane *reſpondet poeta* an ille doluerit: ego certe doleo me nihil accepiſſe.

TRiſtis Athenagoras non miſit munera nobis,
Quæ medio brumæ mittere menſe ſolet.
An ſit Athenagoras triſtis, Fauſtine, videbo:
Me certè triſtem fecit Athenagoras.

## *Ad Mathonem.* XLI.

*a* Ep.7. l.3.3.c. *b* Non tranſtulerit corruptam nidore majoris culinæ ad cœnas divitum. *c* De mea ſportula, ut volunt, quæ C. quadrantum quamvis non conſtat ratio, cum Adverbia iſta in *es* Numeralia deſignent toſidem centena Millia, itaque vel ludit poeta, vel centies lavaris, i. a balneis cœnare apud ſe invitat Mathonem.

SI te *a* ſportula major ad beatos
*b* Non corruperit, ut ſolet: licebit
*c* De noſtro, Matho, centies lavaris.

## ¶ *In Fabium & Chriſtillam.* XLII.

*a* Ad rogum & ſepulchrum. *b Metaph. ab arena.* Congrediuntur eadem victor hic uxorum, victrix illa maritorum, matrimonio junctæ, ut videamus uter vicerit, vel an uterque fortiter quaſi mutuis vulneribus occubuerit. *d* Feretrum. Libitina autem Romanis dea præſes mortis, in cujus æde quæ ad ſepulturam pertinent, vendebantur, eſſique eadem cum Venere, Plutarch. probl.

*a* EFfert uxores Fabius, Chriſtilla maritos;
Funereamque toris quaſſat uterque facem.
Victores *b* committe Venus: quos iſte manebit
Exitus, una duos ut *c* Libitina ferat.

## *Ad Titullum.* XLIII.

*a* Genialiter. ep.16. l.1. *b* Hac ætate. *c* Etiamſi cœpiſſes a puero. * Ep.67. l.4. *d* Ep.33. l.3.a. *e* Equites inquiunt, & judices equeſtris ordinis, ſed quid ſi deſignet *tria fora*? 1 *Veteris*, in quo equi. i. ſtatuæ equeſtres. 2.C. *Julii Cæſ.* ad ædem Martis. 3 *Auguſti*, ubi Coloſſus & bibliotheca Auguſti. *f* Horas. non tabernas decuriaſve. vide ep.64. infra. *g* Debitorum, a quibus uſuræ ſingulis Calendis exigebantur. *h* Exporrecto, compoſito.

TItulle, moneo, *a* vive ſemper; *b* hoc ſerum eſt:
*c* Sub pædagogo cœperis licet, ſerum eſt.
At tu, miſer Titulle, nec ſenex vivis:
Sed * omne limen conteris ſalutator,
Et mâne ſudas urbis oſculis udus,
Foroque *d* triplici ſparſus ante *e* equos omnes,
2 Ædemque Martis, & 3 coloſſon Auguſti
Curris per omnes *f* tertiaſque, quinctaſque.
Rape, congere, aufer, poſſide: relinquendum eſt.
Superba denſis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ *g* Calendarum:
Jurabit hæres, te nihil reliquiſſe,
Supraque pluteum te *h* jacente, vel ſaxum,

*i* Farrus papyro dum tibi torus creſcit,
*k* Ridebit omnes hic ſuperbior flentes.

*i* Dum apparatur tibi torus funereus, in quo efferaris ad rogum. qui papyro, vel (ut Joſ. Scal. ad Guilandinum vult) ſæni ſtraminisco farciebatur. ep. 88. l. 10. *k* In medio funeris tui lecto.

## ¶ *Ad Flaccum de reditu P. Terentii.* XLIV.

PRiſcus ab *a* Ætnæis mihi, Flacce, Terentius oris
Redditur: hanc lucem *b* lactea gemma notet.
Defluat, & lento *c* ſplendeſcat turbida *d* limo
*e* Amphora centeno conſule *f* facta mino.
*g* Continget nox quando meis tã cand da menſis?
Tam juſto dabitur quando calere mero?
*h* Cùm te, Flacce, mihi reddet Cytherëia Cypros,
Luxuriæ fiet tam bona cauſa meæ.

*a* Sicilia, in qua Ætna. *b* Albus calculus. ſumpt. a Thracum more qui fauſtos dies albis lapidis, infauſtos nigris computantur. ‖ ipſa margarita vice albi calculi ſic ep 37. l. 10. *b*. & 30. l. 12. *c* Lente tranſmittente vinum quod pauſatim per colum ſtillat. *d* Vinum vetuſtum & annoſo ſitu craſſam tranſmittatur per facetum ſen colum quo detecetur. vide ep 33. l. 2. ep. 51. 12. l. item l. 14 ep. 100. & 102. Ita P. Scriverius, cum prior lectio *limo* varie exerceret torqueretque interpretes. *e* Annoſum vinum & ſeculare. vide ep. 25. l. 1. c. *f* Ætate imminuta ſenio exiccata. *g* E quando iterum erit mihi æque juſta convivii cauſa? certe — *h* Ubi idem Flaccus redierit ex Cypro, Veneri, quæ in Cytheris quo mari nata appellebat, colitur, ſacrata.

## *In variè ſe tondentem.* XLV.

PArs maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars vulſa eſt: *b* unum quis putet eſſe caput?

*b* Quod vulſura fœminam, tonſura juvenem, raſura virum præ ſe ferat.

## *De abollâ Criſpini.* XLVI.

NEſcit cui *a* dederit *b* Tyriam Criſpinus *c* abollam murat cultus, induiturq; togam. (lam,
Dum
Quiſquis habes, humeris ſua munera redde precaQuis hoc Criſpinus, te ſed *d* abolla rogat-(mur:
Non quicunque capit ſaturatas murice veſtes,
Nec niſi *e* delicijs convenit iſte color.
Si te præda juvat *f* fœdique inſania *f* lucri,
Quo poſſis *g* melius fallere, ſume *h* togam.

*a* Tenendam. *b* Purpura e Tyro imbu ta. *c* Pallium duplicatum. *d* Quæ tibi non convenit, funemque prodet. *e* Lautioribus & delicatis. *f* Furti. *g* Latere, furtum celare, λαν θάνειν. *h* Hac melius latebis.

## *De Aſpro.* XLVII.

*k* FOrmoſam plane, ſed cæcus diligit Aſper.
Plus ergo, ut res eſt, quàm videt Aſper, amat.

*k* Quam tamen non videt. *Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ*, Juven. ſat. 4. v. 114. de Catullo Meſſalin.

## *Ad Cæſ. Domitianum.* XLVIII.

a Quantum conviviũm Jupiter præbuit Dus relata de gigantibus victoria, &c.

a QUanta Gigantei memoratur menſa triũphi,
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit!
Qua bonus accubuit genitor cum b plebe deorum,
Et licuit Faunis poſcere vina Jovem:
c Tanta tuas Cæſar, celebrant, convivia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecum, populuſque, patreſq;
Et capit d ambroſias cum duce Roma dapes.
Grandia pollicitus quanto majora dediſti!
Promiſſa eſt nobis e ſportula. e recta data eſt.

b Eſt quoq; plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque, Flaminaq; & Nymphæ, ſemideumque genus. Ovid. in Ibin.

c Tanta eſt lauritia ejus convivii, quod tu, O Domitiane, dediſti Senatui, equitibus, plebi, poſt lauream a Sarmatis Jovi illatam. ſupra ep. 15. d. d Ab Imp. Domitiano deo. ep. 8. l. 5. b. datas. e Ep. 7. l. 3.

## ¶ *De phialâ Inſtantii Rufi.*

a Cujus artificis opus eſt hæc phiala mihi a Rufo miſſa? Myoſne, Myronis, Mentoris, an Polycleti? cælatorum, de quib. Plin. 33. l. 12. c.

b Pura nitet, neque habet maculam aut ficum contractum unde quis ſuſpicetur eam non eſſe puri metalli, imo nec metuit in igne explorari.

a QUis labor in phialâ? docti Myos, ane Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?
b Liveſcit nullâ caligine fuſca, nec odit
Explorata ignis nubila maſſa focos.
c Vera minùs flavo radiant electra metallo,
Et niveum felix d puſtula vincit ebur,
e Materiæ non cedit opus: f ſic alligat orbem,
Plurima cum torâ lampade Luna nitet.
g Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi
Cultus: ab hoc mallet vecta fuiſſe ſoror.
Hunc nec h Cyniphius tonſor violaverit, & tu
i Ipſe tuâ paſci vite, Lyæe, velis.
Ergo premit pecoris geminis k Amor aureus alis;
Palladius tenero l lotos ab ore ſonat.
Sic m Methymnæo gaviſus n Arione Delphin
Languida o non tacitum per freta vexit onus.

c Phiala hæc ex electro factitio, miſta ſc. auro quinta argenti portione, ſuperat colore verum ſuccinum vel electrum illud metallicum in ipſis venis & fodinis miſtum. d Argentum purum putum, puſtulatum, ep. 69. l. 7. c. Al. *puſula*. e *Materiam ſuperabat opus*. Ovid. 2. Met. f Forma & nitore refert plenam lunam. g Prominet cælatus in phiala caper, quo mallet vehi Helle quam illo qui Phryxum filium Athamantis regis Thebanorum cui Æolus pater, pontum tranſretavit. h Ep. 77. l. 7. g. & k. i Cupri cælabantur in Calicibus & victimæ ſtatuebantur Baccho quod vineis nocebant, huic tamen tam affabre formato ipſe Bacchus parceret, eumq; paſceret ſua vite ep. 38. l. 13. k Cupido. l Tibiæ genus e Loto arbore quæ naſcitur in Lybia juxta Palladis lacum. Ad tibiarum cantus expetitur. Plin. 13. l. 17. c. Athenæus 4. l. 25. c. Alexandrinis dictæ. vide Brodei Miſc. 25 2. lib. m In Methymnæo quæ urbs Lesbi eſt, nato. n Vid. Strab. 16. l. cap. ult. A. Gell. 16. l. 19. c. Herodot. 1. & c. o Vocalem, lyra canentem Arionã.

p Imbuat

*p* Imbuat egregium digno mihi nectare munus
Non grege de domini, *q* sed tua, Ceste, manus.
Ceste decus mensæ, misce *r* Setina videtur:
Ipse *s* puer nobis, ipse sitire *t* caper.
Det *u* numerum cyathis Instanti litera Rufi:
*x* Auctor enim tanti muneris ille mihi.

*p* Non quivis e vilibus servis mihi imbuat hinc phialam pretioso vino & tam nobili phiala digno.

*q* *Sed tua certa manus, Ceste decus mensæ.* Grut. ex MS. *r* Vini e Setia urbe Campaniæ. *s* Cupido, qui effingitur in phiala capro vectus. *t* Cupidinem gestans, supra h. & i. *u* De hoc more bibendi ad numerum literarum nominis vide Casaubonum ad ep. Ἐγχεῖ Λυαῖδίκης κυάθους δέκα 7. l. Anthol. *x* Ille enim mihi muneri misit hinc phialam.

## *Ad Ceditianum.* L.

Tonsorem puerum, sed arte talem,
Qualis nec *a* Thalamus fuit Neronis,
*b* Drusorum cui *c* contigêre barbæ,
Æquandas semel in genas rogatus,
Rufo, Ceditiane, commodavi.
*d* Dum jussus repetit pilos eosdem
Censurâ speculi manum regente;
*e* Expingitque cutem, facitq; longam
Detonsis *f* epaphæresim capillis;
*g* Barbatus mihi tonsor est reversus.

*a* Tonsor Neronis ex lapide Romæ in æde Matiæ, Lipsi. 1. l. epist. quæst. 5.

*b* Familiæ Neronis, cui cognomen addebatur a Domitio, vide rationem apud Plutarchum in Æmylio Dion. 6.

*c* Tondendæ, radendæ, æquandæ. *d* Dum immodico elegantiæ studio curaque ad speculi censuram omnem pilum iterum atque iterum castigari vult, &c. *e* Al. *Expungitque.* ut ep. 66. l. 7. *f* Non simul sed lenta detonsione, ab ἐπαφαιρέω *insuper detraho.* *g* Desertus est tamdiu in opere, ep. 66. l. 7. ut jocetur poeta rediisse barbatum?

## *In Catullam.* LI.

*a* Formosissima quæ fuere, vel sunt,
Sed *b* vilissima quæ fuere, vel sunt,
O quam te fieri, Catulla, vellem
Formosam minùs, aut magis pudicam.

*a* Fœminarum.

*b* Qui prostituta omnibus.

## *Ad Cæsarem Domitianum.* LII.

Magna licet toties tribuas, majora daturus
*c* Dona *d* ducum victor, *e* victor & ipse tui,
Diligeris populo non propter *f* præmia, Cæsar,
Propter te populus *f* præmia, Cæsar, amat.

*c* Spectacula, epulas munera, congiaria, &c. Sueton. Domit. *d* Regum Sarmatarum, Dacorum, &c. *e* Et qui teipsum indies virtute & benignitate superas. *f* Al. *munera.*

## *Ad eundem, de leone.* LIII.

AUditur quantum a Maſſyla per avia murmur,
Innumero quoties ſylva leone b furit:
c Pallidus d attonitos ad Pœna mapalia paſtor
Cùm revocat tauros, & d ſine mente pecus:
e Tantus in Auſoniâ fremuit modò terror arenâ.
Quis non eſſe gregem crederet? unus erat.
f Sed cujus tremerent ipſi quoque jura leones,
f Cui diadema daret g marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem ſpargit honorē,
h Aurea lunatæ cùm ſtetit unda jubæ!
i Grandia quàm decuit latum venabula pectus,
Quantaque k de magnâ gaudia morte tulit!
Unde tuis, Lybie, tam felix gloria ſylvis?
l A Cybeles numquid venerat ille jugis?
An magis m Herculeo, Germanice, miſit ab aſtro
Hanc tibi vel n frater vel pater ipſe feram?

a Per deſerta Atricæ, Maſſylii autem Lybiæ pars eſt.
b Fremit, rugitu reboat.
c Metu ſtupidos atque ἔκφατας ob rugitum leonum.
d Non minore rugitu fremuit nuper leo terribilis in Rom. Amphitheatro.
f Sed talis, cui regnum & ſummum jus cederent cæteri leones, ut leoni feræ cæt.
g Marmore clara Numidiæ. Numidæ prius Nomades dicti a νέμω. Saluſt & Plin. 5. l. h Cum ſylva juba horreret erecta undique in orbem, ad modum plenæ lunæ, ejus quæ extremitas aureo fulgore ſplenderet, quidam M. S. ut & Bodleianus præferunt, *cum fletit umbra jubæ*. i Quam par fuit grandi venabulo? k Ab ipſo imperatore, Carpophoro, Glabrione vel alio nobili beſtiario cæſus. l Ab Ida, vel alio Phrygiæ monte cui præeſt Cybele e 4. leonibus curru vecta? m Ep. 46. l. 4. f. n Titus vel Veſpaſianus in deos relati.

## ¶ *Ad Flaccum.* LIV.

TEmporibus noſtris ætas cùm cedat, avorum;
Creverit & major cum a duce Roma ſuo:
Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,
Nec quemquam tantâ bella ſonare tubâ.
Sint b Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
c Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas d Tytirus æger oves.
Riſit e Tuſcus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri juſſit abire fugâ.
Protinus f Italiam concepit, & g arma virumque,
Qui mòdò vix h Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varos, Marſoſque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius ſi munera Mæcenatis
Des mihi? i Virgilius non ero, k Marſus ero.

a Imp. Domitiano, ep. 19. l. 5.
b Qui foveant poetas, quod fecit C. Cilnius Mæcenas.
c Vide Virgilii vitam & eclog. 1. & 9. unde hoc hemiſtich. *miſeræ vicina Cremonæ.*
d Virgilius ſub perſona Tytiri, ecloga 1.
e Mæcenas regibus Etruſcis oriundus.
f Hiſtoriam Italiæ & Romani nominis ducti ab Æneâ.
g Libros Æneidos, cujus initium *Arma virumque cano*, &c.
h Poematio de Culice. i Non ero ctar ſimus epicus; ero clarus, & ſpero, epigrammatographus. k Poeta epigrammatarius. l. 2. ep. 51. b. & 81. l. 7.

De

## *De Picente.* LV.

TRes habuit dentes, pariter quos exſpuit om-
Ad tumulũ Picens dum ſedet ipſe ſuum. (nes,
*q* Collegitque ſinu fragmenta noviſſima *r* laxi
Oris, & aggeſtâ contumulavit humo.
Oſſa licet quondam defuncti non legat heres:
Hoc ſibi jam Picens præſtitit officium.

*q* Alludit ad veterum morem colligendi oſſa, de quo vide quæ nos ad ver. 797. Troadis Senecæ: nec non ad id quod lib. 8. c. 5. Quintil. *Infeliciſſima fœmina, nondum extuliſti filium & jam oſſa legiſti*, &c. Ita MSS. Grut. & editio Cauterini. at vulg. *fractis oris.*

## *In Artemidorum.* LVI.

CUm tibi jam craſſæ ſint, *a* Artemidore, lacer-
Poſſim te Sagarum jure vocare *b* meo. (næ,

*a* Qui nomen habes ἀπὸ τῆς ἀρτιμιδοῦς ἀδρᾶν, ac ſi tenuiſſima Minervæ tela induereris: cum tamen lacernis veſtiaris non minus craſſis quam ſunt ſaga, *Sagarum* ego te pro Artemidoro vocabo. *b* Editio Calderini, Junius in margine & alii præferunt *meum*, familiaritas quædam noſtro familiaris. *Godeau meus, Publius meus*, &c.

## ¶ *In luſcum furem.* LVII.

ADſpicis hunc *a* uno contentum lumine, cujus
*b* Lippa ſub *attritâ fronte *b* lacuna patet?
Ne contemne *c* caput, nihil eſt furacius illo:
Non fuit *d* Autolyci tam *e* piceata manus.
Hunc tu convivam cautus *f* ſervare memento:
Tunc furit, atque oculo luſcus utroque videt.
Pocula *g* ſoliciti perdunt *h* ligulaſque miniſtri,
Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
*i* Lapſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit,
Et tectus lænis ſæpe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucernâ
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
*i* Si nihil invaſit, puerum tunc arte dolosâ
Circuit, & ſoleas furripit ipſe ſuas.

*a* Cui unus ſufficit ad furta oculus. Al. *contemptum.* *b* Cavea oculi ſtillans. * Impudenti, effricta fronte *c* Hominem, ut Græci κεφαλὴν ἀλλὰ. vel ſimpliciter, caput unoculum noli credere inutile aut innocuum. *d* Mercurii filii patri furi ſimillimi. Iliad. π. *e* Cui adhærent tactæ. viſcata manus. *Angl.* **ebery finger a lime-twig.** *f* Obſervatæ. Al. *vitare.* *g* Qui quam ſolicite cuſtodiunt. *h* Ep. 32. ſupra y. & infra 68. ep. f. *i* Si nihil aliud eſt quod furetur, puero ſuo, qui ad pedes cuſtodit depoſitas, ſoleas ſuas furripit, ne deſuetæ manus artem dediſcant. **to keep his hands in ure.**

## *In* * *Claudiam.* LVIII.

SUmma Palatini poteras æquare Coloſſi,
Si fieres brevior, Claudia, ſeſquipede.

* Longoliam aliquam fœm. quam poeta per Hyperbolen jocatur excedere ſtatura altiſſimæ Romæ Coloſſum. ep. 2. lib. Spect. d.

¶ *In*

## ¶ *In Carinum.* LIX.

*a* Invidia. vide ep.65.l.4. & l.6.ep.48.
*b* Ep.59 l.1. m.
*c* Ep.2.l.3.h.
*d* Sed meis.
*e* Redigatur ad rem olitoriam.

*a* LIvet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos, unde pendeat, ramos:
Non jam quòd orbe cantor & legor toto:
Nec *b* umbilicis quòd decorus & *c* cedro
Spargor per omnes Roma quas tenet gentes:
Sed quòd ſub urbe rus habemus æſtivum,
Vehimurque mulis *d* non-ut-antè conductis.
Quid imprecabor, ô Severe, liventi?
Hoc opto, *e* mulas habeat, & ſuburbanum.

quæreret ſibi victum ex horto unico ſuburbano, agatq; mulas olere venali onuſtas per urbem.

## *De Picente.* LX.

Picens epigrammata ad nauſeam longa

SCribit in aversâ Picens epigrammata chartâ,
Et dolet averſo quòd facit illa deo.

ſcripſerat, etiam in averſa charta **on the other ſide.** quod Juven. dixit *a tergo*, cum veteres una tantum chartæ facie ſcribebant. quod bibula illorum charta tranſmitteret atramentum. Jocatur poeta, non mirum eſſe ſi averſo Deo, h.e. invita Minerva, muſis invitis & Apolline nullo componat carmina, qui in averſa charta & opiſthographo ſcribat. ludítque in variatione *averſa* & *averſo*.

## *In Clytum.* LXI.

*a* Ut amicis & clientibus frequens detur occaſio munerum natalitiorum tibi mittendi.
*b* Celebras memoriam natalis tui octies per annum, noviesve.
*c* Singulis menſibus, exceptis tantum tribus aut quatuor, habes fictitium natalem.
*d* Sis licet imberbis, crine niger, teneri & mollis; Priamus tamen & Neſtora annis ſu-

*a* UT poſcas, Clyte, munus, exigaſque,
*b* Uno naſceris octies in anno;
Et *c* ſolas puto, tréſve, quatuórve
Non natalitias habes Calendas.
*d* Sit vultus tibi levior licebit
Tritis litoris aridi lapillis.
Sit moro coma nigrior *e* caduco.
Vincas mollitie albicante plumas,
Aut *f* maſſam modò lactis alligati;
Tu nobis, Clyte, jam ſenex videris.
Tam multos quis enim fuiſſe credat
Natales Priamive, Neſtoriſve?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quòd ſi ludis adhuc, ſemelque naſci
Uno jam tibi non ſat eſt in anno;
*h* Natum te, Clyte, nec ſemel putabo.

perſte videris, qui toties celebratis natalem. *e* Maturo ſc. & nigro. ep.64.l.1.d. *f* Metam lactis coagulati. vide ep.38.l.1.e. *h* Ne unum quidem diem eſſe tuum natalem putabimus, nec in eo tibi munera mittemus.

Ad

## *Ad Domitianum.* LXII.

HIc ubi fortunæ *a* reducis fulgentia latè
Templa nitent, *b* felix area nuper erat:
Hic ſtetit *c* Arctoi *d* formoſus pulvere belli
*e* Purpureum fundens Cæſar ab ore *e* jubar.
Hic *f* lauro redimita comas, & candida *g* cultu
Roma ſaluravit voce *h* manuque ducem.
Grande loci meritum teſtantur & altera dona:
Stat ſacer edomitis gentibus *i* arcus ovans.
*k* Hic gemini currus numerant elephanta frequen-
Sufficit immenſis *l* aureus ipſe jugis. (tem:
Hæc eſt digna tuis, Germanice, porta triumphis:
*m* Hos aditus *n* urbem Martis habere decet.

*a* Auguſto ob reditum ara Fortunæ reducis conſecrata. Dio. l. 54. Domitiano a bello Sarmatico reduci templum Fortunæ reducis ædificatum. *b* Viſo primum & ſalutato ibi principe, ut ſeq. verſu. *c* Sarmatici. ep. 5. l. 7. 2. *d* Pulverulenta belli gloria inſignis. *e* Purp. radios, rubotem. *f* Principi e bello reduci proceſſerunt obviam cives laureati, ep. 7. l. 7. f. *g* Niveis veſtibus indota. Vulg. leg. *cultu*. *h* Adoratione, admota ori manu ut in ſalutationibus Deorum, inquit Lipſ. Doctiſſ. Heraldus ad planſum, quo excipiunt Imperatores, refert. *i* Ἅψις ὑπατιοφόρος, arcus triumphalis, arcuata porta cui e lapide in altum extructæ pictam inſcribi victoriam ejuſq; ſeriem moris erat. de variis arcubus Domitiani vide Sueton. Dom. c. 13. *k* Supra arctum poſtæ erant geminæ quadrigæ, propter geminam e Dacis victoriam. ad quas elephanti junctis, quos Domitianus victor regebat. *l* Statuas ſibi non niſi aureas & argenteas poni permiſit, ac ponderis certi. Dom. Sueton. c. 13 & Xiphilin. Dom. *m* Has portas arcuatas & triumphales. *n* Romam, a Martis progenie conditam.

## *De conſulatu Silii.* LXIII.

*a* AUguſto pia thura, victimaſque
Pro noſtro date Silio, Camœnæ,
*b* Bis ſenos jubet en redire faſces
* Nato conſule, *c* nobilique vi gâ
Vatis Caſtaliam domum ſonare.
Rerum prima ſalus & una Cæſar,
* Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet
Felix purpura, * terriuſque conſul.
Pompeio dederit licet ſenatus,
Et Cæſar *d* genero ſacros honores,
Quorum *e* pacificus ter ampliavit

*a* Imperatori Domitiano. *b* Silio delatum conſulatum. vide ep. 51. l. 7. b. & f. * Filio Silii poetæ, alii legunt *Noto* & eundem Silium bis Cos. deſignari volunt, cui optet poeta tertium conſulatum. Sed Silius uno conſulatu contentus receſſit a Republica. ep. 52. l. 7. Martialis itaq; hortatur Muſas gratias & ſacra dare Cæſari propter conſulatum Silii filio delatum, optatq; iteri Silii filio tertium conſulatum, ita ut triplex ejuſdem familiæ conſulatus exprimat triplicem illum Pompeii & Agrippæ. *c* Magiſtratu domum ſuam aut alienam accedente, licet in ejus præcedens virga fores pulſabat. Liv. 6. l. Plin. 7. l. *d* Pompeio, cui nupſit Julia Cæſaris filia. ſed cur bis idem dicat poeta? Intellige ſi places, M. Vipſanium Agrippam cui nupta eſt Auguſti Julia, ſquem utq; in tertium conſulatum amiciria principis evexit. Velleius. & hunc eſſe ſenſum poetæ patet ex ſequentib. *e* Templum Jani bis claudebatur ante Octavium, quod erat ſignum pacis. tertio claudebatur, imo ter, ſub ipſo Auguſto, ſemel quidem cum M. Agrippa ſecundum conſule. unde nomina eorum illuſtrat. *Vel*, Quorum tertium conſulum nomina referebantur in Faſtos, qui in tutela & auſpicio Jani ep. 2. ſup.

Janus

*f* In e & duobus filiis, quam in se uno tres consulatus, ut Pompeius & Agrippa.

Janus nomina, Silius frequentes
Mavult *f* sic numerare consulatus.

## *In Cæcilianum.* LXIV.

*a* Nondum quintam, præproperam nimis cœnæ horam, vide ep.7.l.4.g *b* Servorum erat nunciare horas. *c* In alterum diem quod fiebat hora tertia, quæ exercebat cassilicos ep.7.l.4. idque propter ludos Florales.

*a* HOras quinq; *b* puer nondũ tibi nunciat,& tu
Jam conviva mihi, Cæciliane, venis.
Cùm modò *c* distulerint *d* raucæ *e* vadimonia
Et *g* Floralicias lasset arena *g* feras. (*f* quartæ,
Curre,age,& *h* illorios revoca, Calliste,ministros:
Sternantur *i* lecti: Cæciliane sede.
*k* Caldam poscis aquã;sed nondum frigida venit:
Alget adhuc *l* nudo clausa culina foco.
*m* Mâne veni potiús,nam cur te quincta moretur?
Aut cur non serò,Cæciliane, venis?

*d* Sic ep.7.l.4. *raucos caussidicos*. *e* Synecdochice pro judiciis. Vadimonium enim est sponsio sistendi in judicio. *f* Horæ sc.litium forensium differendi. Al. *chartæ*, perperam. vide I.Salmuth ad Pancirolum cap. de cibi capiendi modo veterum. pag.538. Al. *g* Lepores, capreas &c. ab Ædilibus exhibitas in Floralibus. de quibus ep.2.l.1. *h* Ante octavam quæ hora est balnearum. *i* Triclinares, quibus accumbitur. *k* Aquam calidam, ad vomitum vel ad vinum diluendum. Lipsius elect.1.c.4. *Caldam poscis aquam: nondum mihi frigida venit*. *l* Sine igne & ligni. *m* Importune & intempestive venisti, perinde ac primo mane: oportunius & humanius venisses tarde & post cœnæ horam. Sed alii legunt. *Ut Jantes, sero, Cæciliane, venis*.

## ¶ *Ad Entellum.* LXV.

*a* Alcinoi regis Pæaceum, vide ep.53.l.4. *b* Præferat tuum hortum illi os horto. *c* Mordeat, supra ep.14. c. *Bruæ penetrabile frigus adurit*. Virg. ῥαίει τὸ ψυχρὸν δι' τὸ σωιέχειν. ἢ ὅτι διίσχυσι τὸ θερμὸν. Aristot. *d* Vites. *e* Lapide speculari tegitur ab injuria frigoris s. p.14. *f* Mulieria e bombyce vel serico intexta, tenuia & pellucida. Senec. Benef.7.9.c. & Juven.2.sat.66. v.hujusmodi vestes vitreæ, nebulæ lineæ, vela serica, carbasi venti, textæ pellucida matronis Romanis in usu erant, ut nostris hodie dominis **laune and tiffeney**. *g* Ita perlucent & apparent calculi ut numerari possint. *h* Ita muniti specularibus horti ipsa bruma fructus ferunt perinde ac in autumno.

*a* Quis Corcyræi vidit pomaria regis,
*b* Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus?
Invida purpureos *c* urat ne bruma racemos,
Et gelidum *d* Bacchi munera frigus edat;
*e* Condita perspicuâ vivit vindemia gemmâ,
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.
Velatum lucet sic per *f* bombycina corpus:
Calculus in nitidâ *g* sic numeratur aquâ.
Quid non ingenio voluit natura licere?
*h* Autumnum sterilis ferre jubetur hiems.

¶ *In*

## ¶ *In Vacerram.* LXVI.

*i* MIraris veteres, Vacerra, ſolos,
Nec laudas niſi mortuos poetas,
Ignoſcas petimus Vacerra: *k* tanti
Non eſt, ut placeam tibi, perire.

*i* Vide ep. 10. l. 5. d.
*k* Ut tua mihi poſt fata contingat laus, non propero mori. dict. ep. 5.

## ¶ *De Nerva.* LXVII.

*a* QUanta quies placidi tanta eſt facundia Ner-
*b* Sed cohibet vires ingeniumq; pudor. (væ;
*b* Cùm ſiecare ſacrum largo Permeſſida poſſet
Ore, verecundam maluit eſſe ſitim:
*c* Pieriam *d* tenui frontem redimire coronâ
Contentus, famæ nec dare vela ſuæ.
*e* Sed tamen hunc noſtri ſcit temporis eſſe Tibul-
Catmina qui docti nota Neronis habet. (lum

*a* Æque facundus & carmine dulcis eſt Nerva, ac mitis & lenis. de lenitate Nervæ, Aurel. Victor Dio, Eutropius: de poëſi noſter ep. 22. l. 9. Plin. Jun. l. 5. epiſt. 3. Gyrald. dial. 5. Nero qui Nervam appellavit ſuum Tibullum. ep. 22. l. 9. g. *b* Modum pudorem & decorum adhibet in poëſi, non proluit ſe fonte Caballino, cui vel exhauriendo ſufficeret, non laxas ingenio habenas indulget; ſed ſibi temperat, & modice bibit fontem muſarum Permeſſida, advertens quid deceat virum magnum, & minorum ſtudiorum gloriam ad viros inferioris ſortis relegans. *c* Poeticam. *d* Hederacea, quæ elegiographis & epigrammatariis datur, cum poſſet heroicus quernam mereri. *e* Ut ſupra, nota 2.

## *In Poſtumianum.* LXVIII.

QUatuor argenti libras mihi *a* tempore brumæ
Miſiſti ante annos, Poſtumiane, decem.
Speranti plures *b* (nam ſtare, aut creſcere debent
Munera) venerunt plúſve, minúſve duæ.
Tertiur, & quartus multo inferiora tulerunt,
Libra fuit quincto *c* Septitiana. *d* quid eſt?
*e* Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno.
Poſt hunc *f* in cotulâ raſa ſelibra data eſt.
Octavus *g* ligulam miſit ſextante minorem:
Nonus *h* acu levius vix cochleare tulit.
*i* Quod mittat nobis decimus jã non habet annus:
*k* Quatuor ad libras, Poſtumiane, redi.

*a* Saturnalibus in menſe Decembri. *b* *Beneficia ſubvertit antiquiora, niſi illa poſterioribus cumules.* Plin. ſec. epiſt. 4. l. 3. & Seneca 2. de Benef. c. 11. *parum eſt dediſſe, fovenda ſunt beneficia.* &c. *c* Libra octo unciarum cum ſemuncia, quæ Romanis bello attritis defluxit ab unciis 12. ut ep. 17. ſupra. *d* *Miſiſti nummos quot mihi? mille, quid eſt?* Ita Scriverius, cum prius eſſet *quidem*, inepte conceptum compoſitumque a ſciolo librario, ex eo quod exaratum invenerat, *quid eſt?* *e* Ad vaſculum octo unciarum. *f* Cotyla ceu calix politus vel cælatus ſex unciarum datus eſt. *g* Vaſculum, menſuram quæ quartam partem cyathi continet. alias ſignificat *ſpathulam*, gladiolum. ut ſupra ep. 32. y. *h* Al. *acu levius mi cochl.* *i* Non invenit quod minus mittat. *k* Incipe rurſus a primo anno, & perage, ſi placet, annua munera in circulum.

Ad

## ¶ *Ad librum ſuum.* LXIX.

*a* Vide ep. 2. l. 3. l. & 59. ep. 1. l. m.
*b* Amicum poetæ redeuntem Roma Narbonem celeberrimam Galliæ Braccatæ civitatem.
*c* Poetæ nobilis.
*d* Ad jus dicendum & magiſtratum. Narbo fuit colonia Romana, unde Martius dictus eſt, & ad Romæ formam adminiſtrabatur. J. Gruterus monet in MS. opt. atq; editione principe reperiri, *Docti Narbo Paterna Votieni.* *e* Ut contingat tibi locus bonus: ut amicus bonus. *f* Ut utroque fruerer; Narbone, loco amœniſſimo; Artano, amico ſinceriſſimo.

*a* Ondum murice cultus, aſperoque
Morſu pumicis aridi politus,
*b* Artanum properas ſequi libelle:
Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narbo *c* Votieni
*d* Ad leges jubet annuoſque faſces:
Votis quod *e* paribus tibi petendum eſt,
Continget locus ille, & hic amicus.
*f* Quàm vellem fieri meus libellus.

## *In malum medicum.* LXX.

*k* Gladiator armatus ex ὅπλα & μάχομαι. *l* Medicus ocularis. *m* Excæcas homines, videturque ſamnitum & gravis armaturæ gladiatorum pugna fuiſſe punctim ferire. vide Lipſii Saturnal. **an oculiſt.**

*k* Hoplõacus nunc es, fueras *l* opthalmicus ante?
*m* Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

## *De Gallo Lingono.* LXXI.

*a* Ex urbe Galliæ Celticæ, *Langres.*
*b* Via Tecta ceu Fornicata, quæ ad Campum, prope Flaminium.
*c* Eliſit talum, læſo pollice pedis.
*d* Grandi & obeſo.
* In uſum domini, adverſum ingruentem ſubito pluviam vel tempeſtatem. Al. *ferre lucernam*: quia *fera nocte.* *e* Servi ſtigmatiæ, literis inuſti, literati veſpiones. *f* E pauperibus enim plures in unum rogum conjiciebantur. *g* Servus Gilli. *h* Sterile, & impotens ad generandum ſui ſimile. expers procreatricis facultatis quæ vegetantis animæ eſt. Ariſt. de Anima. c. 4. tex. 48. vide not. m. infra. *i* Gallus cadavere. *k* A quatuor ſtigmate inuſtis libitinariis. *vel* ſtipata .i. intruſa & inſerta in anguſtam ſandapilam quæ præpinguem Gallum vix caperet. I. Gallus.

*D*Um repetit ſerà conductos nocte penates
*a* Lingonus à *b* Tectâ Flaminiâque recens;
*c* Expulit offenſo vitiatum pollice talum,
Et jacuit *d* toto corpore fuſus humi.
Quid faceret Gallus, qua ſe ratione moveret?
*d* Ingenti domino ſervulus unus erat,
Tam macer, ut minimam poſſet vix * ferre lacer-
Succurrit miſero caſus, opemque tulit. (nam:
Quatuor *e* inſcripti portabant vile cadaver,
*f* Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos *g* comes invalidus ſubmiſsâ voce precatur,
Ut quocunque velint corpus *h* inane ferant.
*i* Permutatur onus, *k* ſtipataque tollitur altè
Grandis in anguſtâ *l* ſarcina ſandapilâ.

Hic

Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur :
*m* Cui meritò dici, *mortue Galle*, potest.

*m* In quem competit de cæterum illud in Gallos Cybeles ministros jactum quibus eviratis mortua erat Venus not. *h.* modo.

## ¶ *In Gallicum.* LXXII.

DIc verum mihi, Marce, dic amabò ;
Nil est quod magis audiam libenter ;
Sic & cùm recitas tuos libellos,
Et causſam quoties agis clientis,
Oras Gallice, me rogasse semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid sit audi :
Verum, Gallice, non libenter audis.

Vide ep.60.l.5. & ep.24.l.7. & Persii Sat.1. ver.55.

## ¶ *Ad Liberum amicum.* LXXIII.

*a* LIber amicorum dulcissima cura tuorum,
*a* Liber *b* in æternâ vivere digne *b* rosâ :
Si sapis, Assyrio semper tibi crinis *c* amomo
Splendeat, & cingant *c* florea serta caput.
*d* Qui sic, vel medio finitus vixit in ævo,
Longior huic facta est, quàm data vita fuit.

*a* Ad eundem Liberum, ep.62.l.4.
*b* In perpetua florulentia ætatis, voluptatis, deliciarum.
*c* Unguentis delibuti & floreis sertis coronati convivabantur veteres. vide quæ ad Senecæ Thyestem ad not.ver.942. & 945. *d* Pauci anni genialiter acti (quæ Epicureis vera vita est, ep.16.l.1. d.) æquant imo superant longissimam vitam quæ voluptate caret. Contra vero Cicero & egregie : *unus dies bene & ex præceptis tuis* O Philosophia *actus, peccanti immortalitati est anteponendus.* 5.Tuscul.quæst.

## *De ludis Stellæ.* LXXIV.

*a* QUos cuperet Phlegræa suos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos :
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.
O pudor ! ô pietas ! & putat esse parum.
*b* Non illi satis est turbato sordidus auro
Hermus, & Hesperio qui sonat orbe Tagus.

*a* Stella non carmine tantum celebravit victoriam Sarmaticam Domitiani, sed & ludis, qualibus tuum de gigantibus a te In Phlegræis campis, O Hercules, devictis ; vel tuum, O Bacche, devicta India triumphum celebrati. De Phlegræa vero Herculis potius quam Jovis victoria intelligendum censeo, quod & Silius 1.1. eas conjungit. *Qualis odoratis descendens Liber ab Indis*, &c. mox, *Aut cum Phlegræis confecta mole gigantes Incessit campis tangens Tyrinthius astra.* *b* Stellæ, ad liberalitatem non satis est quicquid habent auri Hermus & Tagus, in populum sparsisse.

c Omnis habet ſua dona dies, d nec linea dives
Ceſſat; & in populum multa e rapina cadit.
Nunc veniunt ſubitis laſciva f numiſmata nimbis:
g Nunc dat 2 ſpectatas teſſera larga feras.
Nunc implere ſinus h ſecuros gaudet, & 3 abſens
Sortitur dominos, ne laceretur avis.
Quid numerem currus, terdenaque præmia palmæ,
i Quæ dare non ſemper conſul uterque ſolet?
Omnia ſed, Cæſar, tanto ſuperantur honore,
k Quòd ſpectatorem te tua laurus habet.

c Plures dies agebantur ludi, in quibus inſtaurabantur dona, eaque varia. d O quantum negotiis & ſudoris indagatoribus Criticis faceſſit hæc ſtima! Bulengerus exponit, ordinem dierum quibus miſſilia dabantur.

Turnebus contextam e gemmis lineam, Calderinus, caveam divitum & cuneos, Lipſius pro ordine ſubſelliorum, interpretatur *divitem lineam*, Orcheſtram, in qua Senatus. Cælius Rhod. lineam albam in carceribus Circi. 5. c. 14. c. Rallerus, perpetuam ſeriem donorum. Poſt hos, ſi quis conjecturæ meæ locus, dicerem continuata fuiſſe miſſilia ferarum, & volucrum quæ capiebantur linea, quòd retis genus eſt. vide quæ ad Senecæ Hyppolytum 46. v. & Pierii Hieroglyph. 7. e Direptio miſſilium per teſſeras & ſine teſſeris. f HS. ſparſi e loco ſuperiore. g In ſphærulis ceu teſſeris ligneis, quæ ſpargebantur in populum, inſcripta ſunt munera vulgo ceſſura, 2 vel viſarum & præſentium 3 vel abſentium ferarum aviumque. h Viritim diviſa. vel non cogitantium aut captantium. vel quibus forte per ſymbolum contigit. i Plura quam quæ vel duo conſules in ludis ſuis & ſpectaculis dare. an conſul erat Stella? an votivi hi ludi? k Quod dignaris tua præſentia ludos hos quibus Stella celebrat lauream tuam Sarmaticam.

## *In Fabullam.* LXXV.

OMnes aut verulas habes amicas,
Aut turpes, vetuliſque fœdiores:
Has ducis comites, trahiſque tecum
Per convivia, porticus, theatra.
a Sic formoſa, Fabulla, ſic puella es,
Ut nec aniculis & filicernis collata vis formoſa & puella videri.

a Inter has verulas & turpes: his

## *Ad Domitianum.* LXXVI.

a SAnctorum nobis miracula reddis avorum,
Nec pateris, Cæſar, ſecula b cana mori:
Cùm veteres Latiæ ritus renovantur c arenæ,
Et pugnat virtus d ſimpliciore manu.
Sic priſcis ſervatur honos te præſide templis,
e Et caſa tam culto ſub Jove numen habet.
Sic f nova dum condis, revocas Auguſte, priora:
Debentur quæ ſunt quæque fuere tibi.

a Pugilatum revocas. b Antiqua, priſca. c Qui majoribus noſtris Troia profectis inter ſpectacula P. Scipionis de gladiatoribus intelligit. d Quod & de pugilatu dicitur. Sic Dares *Buten fulva moribundum extendit arena.* atq; Entellus *ingens media conſiſtit arena.* Æneid. 6. d Pugnis nudis vel cæſtibus. e Nec Jupiter, donariis utcunque dives & magnificis templis cultus, ſaſtidit humilem ſuam in capitolio caſam: nec Domitianus Jupiter noſter, in tanta gladiatorum copia, dedignatur ſpectare pugiles. f Templa 3. ep. 9. l. & ſpectacula.

De

## *De Gellia.* LXXVII.

NOn per myſtica ſacra *a* Dindymenes,
*b* Nec per Niliacæ bovem juvencæ,
Nullos denique per deos, deaſque
Jurat Gellia : ſed per *c* uniones.
Hos amplectitur, hos *d* deoſculatur :
Hos fratres vocat, hos vocat ſorores :
Hos natis amat acriùs duobus.
His ſi quo careat miſella caſu,
Victuram negat eſſe ſe nec horam.
*e* Eheu quàm bene nunc, Papiriane,
Annei faceret manus Sereni !

*a* Cybeles, a Dyndimo monte Phrygiæ, vel bonæ Deæ. *b* Nec per Apim bovem, ſub cujus ſpecie Ægyptii colebant Oſirim cui nuptit Iſis, Ægyptiorum ex Iovacca dea. *c* Margaritas, gemmas. Per eas vero quæ ſibi charifſi na fuerunt, jurabant veteres. *d* Al. *peroſculatur*. *e* O utinam uniones hos ſubduceret piceata furis alicujus, qualis fuit An. Serenus, manus, ut ſtatim moreretur Gellia uſu vitæ indigna, vel ob hoc, quod neſcia quid in vita ſit amandum.

## ¶ *Ad Domitianum.* LXXVIII.

DAnte tibi turbâ *a* querulos, Auguſte, *a* libellos,
Nos quoq; qui domino carminalparva damus,
Poſſe *b* deum *c* rebus pariter, *d* Muſi'que vacare
Scimus ; & hæc etiam * ſerta placere tibi.
Fer vates, Auguſte, *e* tuos : nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior, deliciæque ſumus.
* Non quercus te ſola decet, nec laurea Phœbi :
Fiat & ex ederâ civica noſtra tibi.

*a* Libellos ſupplices. *b* Te Domit. 8. ep. 5. lib. *c* Adminiſtrationi Reip. & orbis terrarum. *d* Studiis, literis, carminibus. *e* Sic Quintil. l. 10. c. 1. *Amas ! poeticam Cæſar*, &c. * Non quercus ſola te, O Imp. decet, non laurus, obſervatos cives devictoſque hoſtes ; ſed & hederæ doctarum præmia frontium tibi poetæ poteſque faventi debentur : ſic affatur Auguſtum Virg. 8 ecl. *hanc ſine tempo a circum Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros.*

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER IX.

### Ad Avitum. I.

a NOte licet nobis ſublimi pectore vates,
Cui referet ſerus præmia digna cinis?
Hoc tibi ſub noſtrâ b breve carmen imagine vivat,
Quam c non obſcuris jungis, Avite, c viris.
Ille ego ſum nulli nugarum laude ſecundus:
d Quem non miraris, ſed puto lector amas.
Majores majora ſonent: mihi parva locuto
Sufficit in veſtras ſæpè redire manus.

a Utcunque ſcias quantum carmine valeas, quam æque tibi dilucidè ipſe potuiſſes imagini noſtræ adjeciſſe inſcriptionem? ſubſcribe tamen, ſi placet, hoc tetraſtichon imagini meæ, quam in bibliothecam tuam admittere dignaris. Al. *Non te celasti.* b Tetraſtichon quod ſeq. *Ille ego ſum* &c. c Clariſſ. autorum imaginibus in bibliotheca tua. d Vide ep. 39. l. 4. *Illa tam laud.* &c.

### Martialis Turanio ſuo S.

*AVE mi Turani frater cariſſime. epigramma, quod* a *extra ordinem paginarum eſt, ad Sertinium clariſſimum virum ſcripſimus, qui* b *imaginem meam ponere in bibliothecâ ſuâ voluit. De quo ſcribendum tibi putavi,* c *ne ignorares Avitus iſte quis vocaretur. Vale, & para hoſpitium.*

Auctoritate MS. freti nec conſilio minus P. ſcriverii, epiſtolio poſt epigramma ad Avitum dedimus ſecundum locum: qui tamen nullum habet in Bodleiano aliiſque quibuſdam MSS. a Separatum a reliquis epigr. unde in quibuſdam MSS. deſideratur. b Pro more exornandi tum publicas tum privatas bibliothecas ſcriptis & imaginibus veterum & optimorum autorum. c Poeta, volente (ut puto) ipſo per modeſtiam Sertinio, cum Avito nomine inſigniret Sertinium, noluit tamen hoc latere Turanium.

De

## *De templo Flaviæ gentis.* II.

*a* DUm Janus hiemes, *b* Domitianus autumnos,
*c* Augustus annis commodabit æstates:
*d* Dum grande famuli nomen asserit Rheni
Germanicarum magna lux calendarum:
*e* Tarpeia summi saxa dum patris stabunt:
*f* Dum voce supplex, dumque thure placabit
Matrona dives dulce Julium numen:
Manebit *g* altum Flaviæ decus gentis,
*h* Cum sole, & astris, cumque luce Romanâ.
Invicta quicquid condidit manus, *i* cœlum est.

*a* Quandiu erunt hyemes quarum medio mensi Janus dedit nomen *b* Quandiu erit autumnus, cujus mensem Octobrem Domitianus a se appellari voluit Domitianum. *c* Quandiu erunt æstates, in quibus mensis Sextilis ab Augusto denominatus est. *d* Dum magna & prima dies Septembris redit qui a Domitiano nomen habet Germanici ob Germanos Rheni fl. raccolas subactos. *e* Dum stabit capitolium Jovis a Tarpeia olim Sabinis proditum. *f* Dum matronæ Rom. thure & precibus colent Juliam Titi filiam, quam perdite amatam & ex concepto abacto mortuam Domitianus consecravit relatam in deam. *g* Templum Flaviæ gentis a Domitiano conditum. Suet. Dom. c. 1. 5. & 17. noster infra 3. & 27. *h* Quandiu fulgebunt Sol, astra & gloria imperii Romani. locutio Ovidiana. *Cum sole & luna semper Arabus erit.* 15. eleg. 1. l. Amorum. *i* Æternum, ut cœlum. ex scholæ Peripateticæ sententia.

## ¶ *Ad Domitianum.* III.

QUantum jam superis, Cæsar, cœloque dedisti,
*a* Si repetas, & si creditor esse velis;
*b* Grandis in ætherio licet auctio fiat Olympo,
Coganturque dei vendere quidquid habent:
*c* Conturbabit *d* Atlas, *e* & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipse deûm.
Pro *f* Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
Quid pro *g* Tarpeiæ frondis honore potest?
*h* Quid pro culminibus geminis matrona tonantis
*i* Pallada prætereo: *k* res agit illa tuas.
Quid loquar *l* Alciden, Phœbûq;, pioſq; Laconas?
*m* Addita quid *n* Latio Flavia templa polo?

*a* Si tibi rependi velles, nec donates. *b* Et amsi hasta posita sale by out-cry opes suas et deæque vendere velint. *c* *Will prove banckrupt.* cedet foro. *d* Qui cœlum humeris sustinere fingitur. *vel*, cœli-colæ quotquot sustinet Atlas. *e* Nec ipse Jup. si velit tecum decidere, *compound and take order with thee*, poterit solvere unciam de asse, *five groats in the pound*. O miserum decoctorem Jovem! *f* Capitolium incendio absumptum restituisti, & novam ædem in Capitolio excitavisti Jovi custodi. Domit. Sueton. c. 5. *g* Coronæ quernæ ut & laureæ Capitolinæ. vide ep. 1. h. & 43. 1. 4. *h* Quid pro geminis delubris tibi solvere potest Juno? *i* Cui Chalcicœcæ templum erexisti. Cassiod. l. 6. c. 11. cui statuam in cubiculo consecrasti & quinquatria. *k* Illa a te stat; res tuas, rationes & consilia disponit; tibi familiare numen est, immo mater. ubi enim Domitianus audivisset ex lib. Sibyllinis, fore ut virgo pareret æternum Imperatorem, nihil amplius voluit quam se esse filium perpetuæ virginis Dianæ. *l* Herculi templum in via Appia positum & statuam. ut & Apollini, &c. ex pietate Pollucis erga fratrem æternatim immortalibus Castori & Pollucis filiis Ledæ Lacenæ. *m* Templum Flaviæ gentis, quod cœlum vertice tangit. de quo supra ep. 2. & infra ep. 27. & l. 10. ep. 49.

Expectes, & ſuſtineas, Auguſte, neceſſe eſt:
Nam tibi quod ſolvat non habet arca Jovis.

## *In Paullam.* IV.

a Diviti.
b Infamem.

NUbere vis a Priſco, non miror, Paulla: ſapiſti,
Ducere b te non vult Priſcus: & ille ſapit.

## *Ad Domitianum.* V.

a Germanice. l. 5. ep. 2. d.
b Ep. 3. l. 6. g.
c Poſtquam caſtrari mares edicto prohibuiſti.
d Vide ep. 2. l. 6.

TIbi ſumme a Rheni domitor, & parens orbis,
b Pudice princeps, gratias agunt urbes;
c Populos habebunt: d parere jam ſcelus non eſt,
e Qui nec cubili fuerat ante te quondam
Pudor, eſſe per te cœpit & lupanati.

## *In Afrum.* VI.

f Volui te ex Africa reverſum ſalutare: ſed non admittebar.
g Si non vis ſalvere & vivere, abi in malam rem & morere. vide ep. 63. l. 5.

gDIcere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus Ave.
Non vacat, aut dormit, dictum bis, terq; reverſo:
Jam ſatis eſt, b non vis, Afer, avere: vale.

## *Ad Bithynicum.* VII.

a Quem heredipetam notarat.
f Tibi jam manent 6000. HS. quæ Fabio vivo conferre annua ſolebas ut heres ſcribereris.

NIl e tibi legavit Fabius, Bithynice, cui tu
Annua, ſi memini, millia ſena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli;
f Annua legavit millia ſena tibi.

## *In Cantharum.* VIII.

a Paraſitus inſtruatur neceſſe eſt octava arte ingenua. h. e. Adulatoria.

COenes, Canthare, cùm foris libenter?
Clamas, & maledicis, & minaris.
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes, & guloſus eſſe.
Guloſus cœnipeta loquatur placentis, ut qui libertatem dapibus vendiderit. ep. 33. l. 2.

## ¶ *De Earino* * *Domitiani.* IX.

* Puero Domitiani.
a Ἔαρινὸς ab Ver. quod floribus abundat.
b Ver.

aNOmen cum violis, roſiſque narum,
Quo b pars optima nuncupatur anni;

c Hyblam

*c* Hyblam quod ſapit, *d* Atticoſque flores,
Quod *e* nidos olet alitis ſuperbæ:
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet *f* Cybeles puer vocari,
Et *g* qui pocula temperat Tonanti:
Quod ſi *h* Parrhaſia ſones in aulâ;
*i* Reſpondent Veneres, Cupidineſque:
Nomen nobile, molle, delicatum
Verſu dicere *k* non rudi volebam:
Sed *l* tu ſyllaba contumax repugnas.
*m* Dicunt Earinon tamen poëtæ,
*n* Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες decet ſonare;
*o* Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeveriores.

*c* Mel ex Hybla Siciliæ monte.
*d* Apibus depaſtos in Hymetto monte Atticæ.
*e* Ep. 43. l. 6. *b*.
*f* Atys.
*g* Ganymedes, Jovis pocillator.
*h* Palatina.
ep. 39. l. 7. *c*.
*i* Omnis gratis, venuſtas, elegantia & ſuavitas reſpondent.
*k* Verſu eleganti, tereti & rotundo.
*l* Prima brevis
Hinc *Equoitium* conjicienda dedere. *Quæ verſu hexametro non plane dicere poſſit.*
*m* Ἔαρ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν: Hom. Il. *β*.
*n* Hom. Il. ε. Ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα. ubi prima in Ἄρες communiter uſurpatur, ſed variato accentu
*o* Nobis Latinis poetis non permittetur eadem licentia.

cum reliquis paribus officit quo minus verſu eleganti dicatur. Hinc & Lucilius luſit, APEC APEC Græci ut faciunt.

## *De eodem.* X.

SI daret autũnus mihi nomen, *a* ὀπώρινος eſſem:
Horrida ſi brumæ ſidera, *b* χειμέριον.
Dictus ab æſtivo *c* θέριον *d* tibi menſe vocarer,
Tempora cui nomen verna dedere, quis eſt?

*a* i. Autumnalis.
*b* i. Hibernus.
*c* i. Æſtivus.
*d* Ita Ed. princeps Calderini. Vulg. *mihi*.
*e* Ἔαρινός. i. vernus.

## ¶ *De eodem.* XI.

NOmen habes, *a* teneri quod tempora nunc-pat *a* anni,
Cùm *b* breve Cecropię ver populantur apes.
Nomen *c* Acidaliâ meruit quod *c* arundine pingi,
Quod *d* Cytherea ſuâ ſcibere gaudet acu.
Nomen, *e* Erythræis quod litera facta lapillis,
*f* Gemma quod Heliadum pollice trita notet,
Quod *g* pennâ ſcribente grues ad ſidera tollant;
Quod decet in ſolâ Cæſaris eſſe *h* domo.

*a* Veris.
*b* Flores veſtros, veris honores in Hymetto.
*c* Cnidio calamo? an columbæ penna, quæ Veneris avis? an penna Cupidinis Veneris filii? vide ep. 12. l. 6. *f*.
*d* Qua Venus præſes veris pingit varios flores.
*e* Ep. 38. l. 5. *c*.
*f* Succinum, electrum. vide ep. 19. l. 4. *b*. & 38. 5. l. n.
*g* Volando exprimentes literam Y cui reſpondit Latina V quæ *verè* prima eſt. Alii legunt, *ſtridente penna*. q. d. adventu ſuo veris adventum nuncient. Alii ad literam △ quam ex volatu illarum avium obſervatam inveniſſe dicitur Palamedes, referunt.
*h* In qua vernare omnia & florere decet.

¶ *In*

## ¶ *In amicum cœnipetam.* XII.

*Errat, inquit Seneca, qui amicum in atrio quærit, in comitio probat.*

Hunc, quẽ cœna tibi, quẽ mensa paravit amicũ,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea, non te.
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

## *De Chloe.* XIII.

*a* Alii *scelerata.* *b* Inscripsit tumulo, CHLOE FECIT sc. tumulum vel monumentum γ. maritis. *c* Fatetur se feciſſe, intimat Poeta, insidias struxisse aut vim vitæ maritorum suorum intulisse.

Inscripsit tumulo septem *a* celebrata virorum
*b* Si fecisse Chloë: *c* quid potest simplicius.

## *De coma Earini.* XIV.

*a* Quod consulere solebat de forma sua. *b* Vide Papinii Sylv. 3. l. de coma Earini, & prætationem ejusdem libri ad Pollionem.

*a* Consilium formæ speculũ, *b* dulcesq; capillos
*c* Pergameo posuit dona sacrata deo.
*d* Ille puer totâ domino gratissimus aulâ,
Nomine qui signat tempora verna suo.
Felix, quæ tali censetur munere tellus,
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

*c* Æsculapio, cui nobile fanum Pergami, patrio suo Deo. *d* Earinus, de quo præcedentibus epigr.

## *De eàdem ad Æsculapium.* XV.

*a* Æsculapi filii Apollinis cui mater Latona, medicinæ inventor. *b* Propter Hippolytum vitæ ab Æsculapio restitutum. *c* Janus Gulielmus ex Jacobi Hutteri lib. MS. restituit *domino vota vota*, tonsura enim voti non raro symbolum. Jonius de coma, & quæ ad Juvenal. sat. 12. v. 81. *d* Pergami natus, ep. præced. c. *e* Roma, *f* Speculum, *ep. superiore.*

*a* Latonæ venerande nepos, *b* qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, breveſque colos:
Hos tibi laudatos *c* domino sua vota capillos
Ille *d* tuus *e* Latia misit ab *e* urbe puer.
Addidit & *f* nitidum sacratis crinibus *f* orbem,
Quo felix facies judice tota fuit.
Tu juvenile decus serva, ne pulchrior ille
In longâ fuerit quàm breviore comâ.

## *Ad Cæsarem Domitianum.* XVI.

*a* Te diu præside. *b* De quo, ep. 59. l. 8. & infra ep. 81. *c* Sed de valle subjecta, aqua horto irrigando hauritur. *d* Labore multo petitas. *e* Haustrum, machina ad hauriendum, ab ἀντλέω.

*a* Est mihi, sitq; precor *a* longũ te præside, Cæsar,
*b* Rus minimum: parvi sunt & in urbe Lares.
Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis,
Curva *d* laboratas *c* antlia tollit aquas.

Sicca

Sicca domus queritur nullo ſe rore foveri,
Cùm mihi vicino *f* Martia fonte ſonet.
*g* Quam dederis noſtris, Auguſte, Penatibus undam,
*h* Caſtalis hæc nobis, aut Jovis imber erit.

*f* Ep. 34. l. 6. *g* E qua Martia mihi permiſeris, O Domitiane, diducere venulam aquæ in ædium mearum uſum. *h* Æque grata erit atque aqua e fonte Muſarum aut ab ipſo Jove.

## *In Sabellum.* XVII.

LAudas balnea verſibus trecentis
Cœnantis bene Pontici, Sabelle,
Vis cœnare, Sabelle, non lavari.

Poeta cœnipeta, cui venter artis magiſter.

## *Ad Domitianum.* XVIII.

*a* HÆc quę tota *b* patet, regiturq; & marmore & auro
Infantis domini conſcia terra fuit.
Felix *c* quæ tantis ſonuit vagitibus, & quæ
Vidit reptantes, ſuſtinuitque manus!
Hîc ſteterat veneranda domus, quæ præſtitit orbi,
Quod Rhodos, aſtrifero quod pia Creta polo.
*d* Curetes texêre Jovem crepitantibus armis,
*e* Semiviri poterant qualia ferre *e* Phryges.
*f* At te prorexit Superûm pater, & tibi, Cæſar,
Pro *g* jaculo & parmâ, fulmen & *h* Ægis erat.

*a* Area hæc, *in* qua ſteterat domus Domitiani natalis, jam vero Flaviæ gentis templum marmore & auro magnifice extructum eſt. *b* Extenditur. vel ubi templum publicum & omnibus patens. *c* Quæ ſuſcepit Domitianum, ut Rhodos Neptunum; ut Creta Jovem. *Vel*, quæ non minus præſtitit orbi, ſuſcepto Domitiano, quam Rhodos & Creta cœlo, Jove ſuſcepto. Rhodii enim Telchines iidem qui Curetes. ep. 1. l. 4. c. *d* Qui Jovem Saturno ſubductum cymbala pulſantes vel ἐνόπλιον ſaltantes educandum in Cretam deportarunt. *e* Evirati Corybantes, ſacerdotes Cybeles. *f* Videntur hæc confuſe intelligi de Jove cuſtode cui templum condidit Domitianus eo loco deliturſſet bello Vitelliano. *g* Enſe & ſcuto, quæ Corybantum arma ſunt. *h* Ep. 1. l. 7. 3.

## ¶ *Ad Paſtorem.* XIX.

CRedis ob hoc me, Paſtor, opes fortaſſe rogare,
Propter quod vulgus, craſſaq; turba rogat:
*a* Ut Setina meos conſumat gleba ligones,
*b* Et ſonet innumerâ compede Tuſcus ager:
Ut *c* Mauri Libycis centum ſtent dentibus orbes.
Et crepet in noſtris *d* aurea lamna toris:
Nec labris niſi magna meis *e* cryſtalla terantur,
Et *f* faciant nigras noſtra Falerna nives:
*g* Ut Canuſinatus noſtro Syrus *h* aſſere ſudet,
Et mea ſit culro ſella cliente *i* frequens:

*a* Ut colam vineas in Setia, ubi vites nobiles. *b* Et innumeri ſervi in ergaſtula Thuſca mittantur, opus in compedibus facturi. ep. 27. l. 3. 2. *c* Ep. 35. l. 2 i. *d* Ep. 32. l. 8. g. *e* Vaſa cryſtallina, quæ Romanis in luxu. *f* Dum nives quibus diluitur vinum Falernigreſcunt a vino. ep. 61. l. 1. *g* Ut ſervi mei e Syria (*Synecdochice*) veſtiti nobili & ruſa lana e Canuſio geſſent lecticam meam. *h* Amite lecticæ prominente. *i* Stipata.

Ut

Ut lutulenta linat Tyrias *m* mihi mula lacernas,
Et *n* Maſſyleum virga gubernet equum.
Eſt nihil ex iſtis: ſuperos, ac ſidera teſtor.
Ergo quid? *o* ut donem, Paſtor, & *p* ædificem.

*m* Purpurato, multis vecto. *n* Maſſyli ceu Numidæ virga regunt equos non frænis unde Virgilio & Auſonio *infræni* dicti. *ſonipes ignarus habenæ*. *Virga regit*, Claud. bell. Gildon. *o* Honeſte & — *p* — Magnifice.

## *Ad Carum.* XX.

*a* Quid factum eſt O Care de corona illa aurea in ſimilitudinem foliorum olivæ Palladiæ expreſſa (ep. 32. l. 8. c.) tibi victori in quinquatriis Minervæ virginis a Domitiano donata? ep. 43. l. 4. 2. *b* Reſpondet Carus. Illa coronam ſtatuam marmoream Domitiani, quam domi meæ, ut vides, colo. *c* Sierna ſane *refert Martialis*, qua coronari ſolet Imp. habet quod oleaginæ huic invideat hunc honorem.

*a* OCui virgineo flaveſcere contigit auro,
Die ubi Palladium ſit tibi, Care, decus?
*b* Adſpicis en domini fulgentes marmore vultus,
Venit ad has ultrò noſtra corona comas.
*c* Albanæ livere poteſt pia quercus olivæ,
Cinxerit invictum quòd prior illa caput.

## *Ad eundem.* XXI.

*a* Quis tibi (O Care) tam affabre effinxit ſtatuam hanc Imperatoris? *b* Ep. 12. l. 6. 2. *c* Talis fingitur Jovis facies, ſed placidi, ſed ſereni, Ita Theſeus de Plutone apud Senecam in Herc. Fu. v. 723. *Vultus eſt illi Jovis, ſed Fulminantis.* *d* Ep. præced. 2. *e* Certe tam artificiose efficta ſtatua non eſt tibi niſi a Pallade. ep. 12. l. 6. 2.

*a* QUis Pallatinos imitatus imagine vultus
*b* Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
*c* Hæc mundi facies; hæc ſunt Jovis ora ſereni:
Sic tonat ille deus, cùm ſine nube tonat.
*d* Non ſolam tribuit Pallas tibi, Care, coronam:
*e* Effigiem domini quàm colis, illa dedit.

## ¶ *De Nerva.* XXII.

*a* Vide ejuſdem ingenii ep. 35. l. 7. *b* Non minus ineptè facit, quam qui Coſmo ſeplaſiario atque myropolæ optimo mittit vilem pallentis Menmthes ceu papaveris cornicu-lati ſuccum, qui glaucium vocatur. *c* Præſtum Lucaniæ opp. floribus abundat, etiam bis in anno. ep. 38. l. 5. l. *d* Ipſis apibus, vel, iis qui habent apes Hyblæas mittit amari ſaporis mella Corſica. *e* Neque enim appoſitis in tantiſſimo convivio delicatis piſcibus faſtidimus viles olivas. *f* Ep. 7. l. 4. m. & 11. ep. l. 7. c. *g* Ep. 67. l. 8. 2.

*a* AUdet facundo qui carmina mittere Nervæ,
*b* Pallida donabit, glaucina, Coſme, tibi.
*c* Præſtano violas, & cana liguſtra colono,
*d* Hyblæis apibus Corſica mella dabit.
Sed tamen & parvæ nonnulla eſt gratia Muſæ:
*e* Appetitur poſito vilis oliva lupo.
Nec tibi ſit mirum, modici quòd conſcia vatis
Judicium metuat noſtra *f* Thalia tuum.
*g* Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Laſcivum juvenis cùm tibi luſit opus.

¶ *Epitaphium*

## ¶ *Epitaphium Latini.* XXIII.

*a* DUlce decus ſcenæ: ludorum fama, *b* Latinus
Ille ego ſum; plauſus, deliciæque tuæ:
Qui *c* ſpectatorem potui feciſſe *c* Catonem,
*d* Solvere qui Curios, Fabriciosque graves.
Sed *e* nihil à noſtro ſumpſit mea vita theatro,
Et *f* ſolâ tantùm ſcenicus arte feror:
Nec poteram gratus * domino ſine moribus eſſe:
Interiùs mentes inſpicit ille * deus.
Vos me laurigeri *g* paraſitum dicite Phœbi,
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe * Jovis.

*a Ego ſum dulce decus, &c.* ex perſona Latini ſepulti. quod fit in Epitaphiis. *b* Celebris minus, Domitiano charus. *c* Ep. 2. l. 1. intrantem ut exeat tantum. *d* In riſum ſolvere graviſſimos illos & continentiſſimos viros Curium & Fabricium. *e* Non contraxit ſibi laſciviam & improbitatem in theatris exprimi ſolita. *f* Non animo, non moribus. * Domician. *g* Mimi & hiſtriones, qui poetarum carmina recitabant, appellabantur paraſiti Apollinis.

## ¶ *Epitaphium Philænis.* XXIV.

*a* SEcula Neſtoreæ permenſa, Philæni, ſenectæ,
*b* Rapta es ad infernas tam citò Ditis aquas?
*c* Eboicæ nondum numerabas *d* longa Sibyllæ
Tempora: *e* major erat menſibus illa tribus.
Heu *f* quæ lingua ſilet! non illam mille *g* cataſtæ
Vincebant, nec *h* quæ turba Serapin amat:
Nec maturini *i* cirrata caterva magiſtri,
Nec quæ *k* Strymonio de grege ripa ſonat.
*l* Quæ nunc *m* Theſſalico Lunâ deducere rhombo,
Quæ ſciet hos illos vendere lena toros?
*n* Sit tibi terra levis, mollique tegaris arenâ,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

*a* Tria ſecul. 300. annos ut quidam volunt; ut alii 90. cum γονὰς parienti ac generandi perfectius ſpacium annorum 30. periodum Conficiat. Cœl. Rhod. 19. l. 22. c. *b* Quaſi immatura. *Ironice.* *c* Cumanæ. *d* Ætatem M. annorum ex voto ſuo ut toot annos viveret, quot manu complecteretur arenæ, &c. Ovid. Metam. l. 14. l. *e* Fingit Hyperbolice poeta defuiſſe Philænidi 3. tantum menſes de ætate Sibyllæ. Scriv. conceptum hariolator *meſſibus.* *f* Quam vocalis & Stentorea! *g* Servi in cataſtis, i. pegmatis ligneis venales expoſiti. ep. 26. l. 6. d. *h* Iſidis ſacerdotes invento Oſiri. Juv. ſat. 8. v. 28. vel impura turba quæ in Serapidis ſacris ſolennibus ad Canopum per foſſam ex Alexandria deſcendunt in naviculis cantantes, fremientes &c. Strab. 17. l. *i* Pueri cirrati in ſcholis. Perſ. ſat. 1. v. 29. *k* Gruibus, imminente tempeſtate, vel hyeme, magno cum clangore e Thracia, cujus Strymon eſt fl. advolantibus. *l* Quæ jam ſaga poſt mortem Philænidis turbine, vertigine magica, ceu girgillo, cui involvebant filum quo lunam torqueri credebant, deducet? i. quæ jam magna excantabit lunam? de qua re & opinione vide quæ nos ad Sereæ Hippolyt. 420. verſ. *m* Theſſalia olim incantationibus & veneficiis famoſa. *n* Vide ep. 75. l. 1. d. cujus precationis formulam invertit Poeta verſu ſeq. ſic Ammianus, Εἴη σοι κῦφ γῆς. &c. Anthol.

¶ *In*

## ¶ *In pietatem Nigrinæ.* XXV.

*a* Ep. 66. l. 6. c. *b* Ex Armeniæ Cappadocia Romam. De more ossa defunctorum componendi, vide quæ nos ad v. 79. Troad. Senecæ.

*a* CAppadocum sævis Antistius occidit oris
Rusticus. ô tristi crimine terra nocens!
*b* Rettulit ossa sinu cari Nigrina mariti,
Et questa est longas *c* non satis esse vias:
Cumq; daret sanctâ tumulis, *d* quibus invidet, urnâ,
Visa sibi est rapto *e* bis viduata viro.

*c* Quo diutius amplecteretur conjugis sibi chari reliquias. *d* Erepturis illi & servaturis ossa mariti. *e* Olim cum moreretur vir, & jam denuo cum ossa tumulo mandet.

## *De Velii voto.* XXVI.

*a* Sarmaticis, ep. 5. l. 7. a. *b* Velius Crispus. Sueton. Dom. c. 3. *c* Ut servaret Domitianum. *d* Anserem Rom. Imperii custodem. ep. 68. l. 13. * Octo mensium spacio peractum est bellum Sarm.

DUm comes *a* Arctois hæreret Cæsaris armis
*b* Velius, hanc *c* Marti pro duce vovit *d* avem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat jam sibi vota deus.
*e* Ipse suas anser properavit lætus ad aras;
Et cecidit sanctis hostia parva focis.
*f* Octo vides patulo pendere numismata rostro
Alitis? hæc extis condita nuper erant.
*g* Quæ litat argento pro te non sanguine, *h* Cæsar,
Victima, jam ferro non opus esse docet.

*e* Non reluctans aut fugiens, quod piaculare fuisset. *f* Diis argentum non raro litarunt. suspensa itaque videtur ad Martis statuam argentea anseris effigies, nummos octo rostro porrigens, quæ mensis octo denotarent belli Sarm. *g* Rediisse argenteam immo auream sub Domitiano ætatem palpat Poeta. Citra adulationem Domitianus pacem non ferro sed auro redemit a barbaris ut patet ex Theodosii fragmento. *h* Ita MSS. Bodl. & Scriv. non ut vulg. *cæsa*.

## *De templo gentis Flaviæ.* XXVII.

*a* Cretensis sepulchri. Jovis enim sepulchrum in Gnoso Cretæ oppido ostenditur. si qua fide digni Cretes. sed vide Callimachum, hymn. de Jove, & quæ dicta ff. *Seldenus in titulis Honorum.* l. 1. c. 7.

JUpiter *a* Idæi *b* risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flavia templa *c* poli:
Atque inter mensas largo jam nectare fusus,
Pocula cùm Marti traderet ipse suo;
Respiciens Phœbum pariter Phœbique sororem,
Cum quibus Alcides, & pius *d* Arcas erat;
Gnossia vos, inquit, nobis monumenta dedistis:
*e* Cernite quàm plus sit Cæsaris esse patrem.

*b* Contempsit præ Flaviæ gentis templo, quod Vespasiano patri Domitianus condiderat. supra ep. 2. & 3. *c* Cœlo æmulum templum. sed sunt qui *tholi* legant. de quo vide ep. 63. l. 1. n. *d* Mercurius in Cyllene monte Arcadiæ natus. *e* Videto quam nobile templum patri suo Domitianus ædificaverit, quod superat illud monumentum a vobis mihi exstructum. præstitit fuisse me Cæsaris patrem quam vestrum.

In

## *In Philomuſum.* XXVIII.

ARtibus his ſemper cœnã, Philomuſe, mereris;
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.
Scis quid in *a* Arſacià *b* Pacorus deliberat aulâ,
*c* Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci chartis mandata *d* reſignas;
*e* Victricem laurum quàm venit ante vides.
*f* Scis quoties *g* Phario madeat *h* Jove *i* fuſca Syene
*k* Scis quota de Libyco litore puppis eat:
*l* Cujus Iuleæ capiti naſcantur olivæ;
Deſtinet æthereus cui ſua ſerta pater.
*m* Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me;
Hac lege: ut narres nil, Philomuſe, novi.

Vide mihi Theophraſti περὶ λογοποιΐας.

*a* Parthica. Parthorum reges ab Arſace, deinde Arſaces dicti: ut Pontici, Mithridates; Ægyptii, Ptolemæi; Armenii, Tigranes; Romani Imp. Cæſares, &c.

*b* Parthorum rex. *c* Fingis te referre poſſe copiarum Germanicarum & Sarm. numerum. *d* Aperis, ac ſi tu noſſes ſecreta regum, acceptis reſignatiſque literis ab illis. *e* A Sarmatis relatam. ep. 15 l. 8. e. *f* Tu ſcis quoties pluat in Ægypto, quod perraro. *g* Ægyptia, a Pharo inſula. *h* Pluvia, imbre. Jupiter enim media aëris regio, ima Luna, ſumma Minerva, qui magni hinc Dii. *i* Cujus incolæ a Sole colorantur. Syene enim in confinibus Ægypti ſub Tropico Cancri directe locatur *atq; umbras uuſquam flectentes Syene.* Lucan. *k* Lynceo vel Strabone perſpicacior potes numerum referre navium Carthaginis portu ſolventium. Plin. 7. l. 21. c. *l* Tu noſti quibus Cæſar coronas in quinquatriis ſit daturus. *m* Ego invito te, ſub lege ſilentii.

## *In Gallam.* XXIX.

CUm ſis ipſa domi, *a* mediâq; ornere *a* Suburâ,
Fiant *b* abſente & tibi, Galla, comæ:
*c* Nec dentes aliter, quàm Serica nocte reponas,
*d* Et jaceas centum condita pyxidibus:
*e* Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi f prolatum eſt mane, ſupercilio,

*a* Medicaminibus & ſucis quæ petuntur empta ex media ſubura, vico Rom. celebri. *b* Fictitiæ, accerſitæ, caliendra.

*c* Et ex oſſe vel ebore factitios dentes reponas noctu, ut veſtes ſericas reponere ſolent. *d* Et mundus tuus, ſuci medicamina, &c recondantur innumeris pyxidibus. *e* Adſtitium faciei nitorem ſingulis noctibus reponas, craſſino die novum ſumptura. *f* Pyxidibus depromptum. *Vel*, productum. ſupercilia enim fuligine ſibi producebant. Juven. Sat. 2. v. 93.

## *Ad Agathinum.* XXX.

*a* SUmma licet velox, Agathine, *b* pericula ludas,
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
Nolentem ſequitur, tenueſque reverſa per auras
Vel pede, vel tergo, clune, vel ungue ſedet.

*a* Agath. hic ex numero Ventilatorum ac Pilariorum erat, cujus artem & agilitatem eam eſſe dicit poeta, ut illi opus ſit arte, ſi quando peccare & errare velit. *b* Erroris, vel etiam vulneris ab haſta, gladio ſeu clypeo quæ illi Ventilatores in alium jacta recipiebant. Lipſ. Saturn. 2. c. 19.

*b* Nec ſcena ſparſionibus theatralibus e croco dulci vino miſto. *ep.* 3. *lib Spect. & f.* Et lubrica nec vento agitata vela, quæ theatro obtenduntur ad arcendum ſolem & ventos, efficiunt tibi aut impediunt quo minus artem præſtes. *d* Al. *fortes*. *e* Agathin. *f* Al. *armis*.

*c* Lubrica Coryciо quamvis ſint pulpita nimbo,
Et rapiant *d* celeres vela negata Noti:
Securos *e* pueri negleſta perambulat artus,
Et nocet *f* artifici ventus, & unda nihil.
Ut peccare velis, cùm feceris omnia, falli
Non potes: arte opus eſt, ut tibi parma cadat.

## *De natali Cæſoniæ.* XXXI.

*a* IX. Kal. Novembris natus eſt Domitianus, qui & Cæſoniæ natalis, quem maritus ejus Rufus geminum jure coluit.

*a* PRima *b* Palatino lux eſt hæc orta *b* tonanti,
Optaſſet Cybele qua peperiſſe Jovem.
Hac & *c* ſancta mei genita eſt Cæſonia Rufi;
*d* Plus debet matri nulla puella ſuæ.
Lætatur *e* geminâ votorum ſorte maritus,
*e* Contigit hunc illi quòd bis amare diem.

*b* Domitiano. *c* Al. *ſanctæ meo genitæ eſt Cæſoniæ Rufo*. Vulg. Santonici. *d* Quod ab Aprilis ſit natali cum Domitiano illi communi. *e* Quod unum eundemque celebret natalem Cæſaris & uxoris.

## *Ad Apollinem pro Stellâ.* XXXII.

*a* Martialis καλ' ἐξοχὴν *Campas marinas* vocat Delphinos Apollini ſacros: nam *campas* veteres Latini omnia κητώδη & ingentes pisces vocabant. Joſ. Scal. in 5. Manil. & in conjectan. ad Varronem de L.L.

*a* CAmpis dives Apollo ſic marinis,
Sic ſemper *b* ſenibus fruare *b* cycnis,
Doctæ ſic tibi ſerviant *c* ſorores,
*d* Nec Delphis tua mentiatur ulli;
Sic *e* Pallatia te colant, amentque:
*f* Bis ſenos citò te rogante faſces
Det Stellæ bonus annuatque Cæſar.
Felix tunc ego, debitorque voti
Caſurum tibi ruſticas ad aras
Ducam cornibus *g* aureis juvencum.
Nata eſt hoſtia, Phœbe, quid moraris.

*b* Tibi conſecratis, in morte, quam præſciunt, canentibus. ep. 72. l. 13. *c* Muſæ. Domitius refert ad ſorores ſatidicas Fortunæ Præneſtinæ, vel Dodonæas. vide quæ ad Medeam Sen. v. 349. *d* Et vero det reſponſa ſacerdos tua Pythia. Phœbas Delphica, Delphis, idos. *e* Cæſares in Palatio. *f* Ut conſulatum Stellæ meo deferat Cæſar. *g* De more exornandi majores victimas, inaurando iis cornua.

De

## *De * ſtatua Herculis.* XXXIII.

* Ut publicè in conviviis excipiebantur Deorum ſimulachra pulvinaribus: ita & privatim in menſa collocabantur ſtatuæ. Inter cæteras imagines quas Nonius Vindex in cœna oſtenderat erat Hercules epitrapezius, cujus ſignificatum ad veſtrum cum noſtro Statius Papinius quarto Sylvarum exprimit, admiratur, laudat.

HIc, qui *a* dura ſedens porrecto ſaxa leone
Mitigat exiguo *b* magnus in ære deus,
*c* Quæque tulit, ſpectat reſupino ſidera vultu,
*d* Cujus læva calet robore, dextra mero:
*e* Non eſt fama recens, nec noſtri gloria *f* cæli:
Nobile Lyſippi munus, opuſque vides.
*g* Hoc habuit numen Pellæi menſa tyranni,
*h* Qui citò perdomito victor in orbe jacet.
*i* Hunc puer ad Libycas juraverat Hannibal aras:
*k* Juſſerat hic Syllam ponere regna trucem.
*l* Offenſus varie tumidis terroribus aulæ.
Privatos gaudet nunc habitare lares.
*m* Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis eſſe deus.

Scriverius concipit lemma ſ *De Herculis ſigillo apud Vindicem.* MS. Bodleianus; *De Lyſippo ſculptore.* *a* Saxo inſidens mitigat dum item ejus inſtrata leonis pelle, quæ Herculi pro armatura & lecto erat, Senec. Herc. Fu. 1150. v. *b* Imago magni dei Herc. ære expreſſa. *c* Reſpicit cœlum quod Atlantis loco humeris quondam ſuſtinuit. *d* Sinistra clavam, dextra poculum gerens. *e* Archetypum eſt, & veteris famæ opus, a Lyſippo ſc. optimo ſtatuario effictum, alii leg. *Non eſt forma recens.* *f* Inſtrumenti, ſtili ſculptorii. *g* Alexander natus in Pella Macedoniæ urbe primus habuit hunc Herculem cum ſcypho a Lyſippo. *h* Annis 12. devicto ab Alex. qui & ipſe juvenis extinctus eſt. *i* Poſſeſſum hanc ſtatuam Annibali Papinius canit: noſter juratam: Poetice magis quam hiſtorice. Annibal novem annorum puer juravit ſe cumprimum & quandiu poſſet Romanos bello perſecuturum. *k* Hoc ſignum & Sylla poſſedit; cujus juſſu dictaturam poſuiſſe Syllam fingit Poeta. *l* Epitrapezius tandem iſte Herc. indigne ferens tyrannicam principum dominorum poteſtatem quam in vivis ubique vindicarat, nunc privatas Vindicis ædes colit. *m* Ep. 53. l. 4. a.

## *De eadem ſtatua.* XXXIV.

*a* Herculis imaginem, de qua ep. præced. Lipſius l. quæſt. epiſt. 5. legit, *Alcides.* *b* Baſis ſtatuæ inſcriptum habet nomen artificis.

*a* ALciden modò Vindicis rogabam,
Eſſet cujus opus laborque felix.
Riſit (nam ſolet hoc) levique nutu,
Græcè numquid ait poëta, neſcis?
*b* Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen,
Ἀυσίππου lego, *c* Phidiæ putavi.

*c* Itane, *inquit Poeta*, hoccine eſt opus Lyſippi qui finxit Alexandrum? crediderim ego fuiſſe Phidiæ potius; qui finxit Jovem.

## ¶ *Ad Marcellinum.* XXXV.

*a* Quandò, vel poſtquam tuleris diu cœlum illud Boreale, libeat etiam Caucaſum inviſere, &c. Vide ep. 23. l. 6. b. & ep. 9. l. 4. c. *b* Urſas tarde moventes, quia polo vicinas.

*a* MIles Hyperboreos modò, Marcelline, Trio-
Et Getici tuteris *b* ſidera pigra poli. (nes,

Ecce *c* Promethæ rupes & fabula montis
Quàm propè sunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immensis cùm *d* conclamata querelis
Saxa senis, dices : *e* durior *f* ille fuit.
Et licet hoc addas *g* potuit qui talia ferre,
Humanum meritò finxerat ille genus.

*c* Caucasus Scythiæ mons cui alligatus fingitur Prometheus præbere aliti jecur in pœnas renascens, propter subductum Jovi ignem, &c. ep. 5. lib. spect. *d* Clamoribus Promethei cœlum & terram contestantis conscia se pati indigna. Æschyli Prometh. *e* Qui talia perpessus est. *f* Al. *Ipse.* *g* Prometheus duris cautibus affixus, ipse saxis durior dura perpessus, documenta dat duram esse homines progeniem ab illo autore, atque in ærumnas & pœnas natam.

## *In Gellium.* XXXVI.

GEllius *h* ædificat semper : modò limina ponit,
Nunc foribus claves aptat, emitq; seras :
Nunc has nunc illas *i* mutat, reficitque fenestras,
Dum *k* tamen ædificet, quidlibet ille facit.
Oranti nummos ut dicere possit amico
Unum illud verbum Gellius, *ædifico.*

*h* Minutula nescio quæ semper refert, ut ædificandi prætextu illiberalem tegat animum, ne quid in amicos eroget. *i* Al. *reficit, mutatque.* *k* Al. *tantum.*

## *In Pannicum.* XXXVII.

*a* DEmocritos, Zenonas, inexplicitosq; Platonas
Quidquid & hirsutis squalet imaginibus.
Sic quasi Pythagoræ loqueris successor, & hæres ;
Præpendit mento nec tibi barba minor.
Tu qui sectarum caussas & *b* pondera nosti,
Dic mihi, præcidi, Pannice, dogma quod est ?

*a* Crepas usque Stoicos & Academicos reconditioris scientiæ philosophos, quorum imagines visuntur hirsutæ & inculcæ, ipse hispidus & barba promissa gravis : sed, &c. De hujusmodi hypocritis vide Juven. sat. 2. *b* Argumenta, rationes.

## *In Gallicum.* XXXVIII.

HEredem cùm me patris tibi, Gallice, quartæ
Per tua jurares sacra, caputque tuum,
Credidimus, (*a* quis enim damnet sua vota liben-
Et spem muneribus fovimus usq; datis : [ter?)
*b* Inter quæ rari *b* Laurentem ponderis aprum
Misimus, *c* Ætolâ de Calydone putes.
At tu continuò populumque patresq; * vocasti :
*d* Ructat adhuc aprum *e* callida Roma meum.
Ipse ego (quis credat?) conviva *f* nec ultimus hæsi
Sed nec *g* costa data est, *g* caudáve missa mihi.

*a* Quis enim non libenter credat, quod optat & heri vult ? *b* Laurentes saltu captum. *c* Ep. 12. lib. spect. 2. & ep. 23. l. 7. c. * Invitasti. *d* Præ ingluvie, ut quæ avide apro vesceretur. *e* An propter Gallicum & alios divites qui heredipetas falsa spe lactatos fallebant ? an propter cœnipetas Romanos palato sapientes ? Al. leg. *pallida*, i. luxu & gula alba ? *f* Nec ima sede admissus, immo præteritus, non vocatus. *g* Apri

De *h* quadrante tuo quid ſperem Gallice? nulla
De noſtro nobis *i* uncia venit apro.

*h* Quarta hereditatis tuæ parte 3. unciis.

*i* Particula. & reſpicit *hereditatis aſſem*, & quem dixerat *quadrantem*.

## *De togâ à Partheniô ſibi donatâ.* XXIX.

*a* HÆc eſt illa meis multùm cantata libellis,
Quam meus edidicit lector amatq; togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile *b* vatis
Munus: in hac ibam conſpiciendus *c* eques:
Dum nova, dum nitidâ fulgebat ſplendida lanâ,
Dumq; erat *d* auctoris nomine digna ſui:
Nunc anus, & tremulo vix accipienda *e* tribuli,
Quam poſſis *f* niveam dicere jure rogam.
Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?
Hæc toga *g* jam non eſt Partheniane: mea eſt.

*a* Ep. 28. l. 8.
*b* Ep. 86. l. 5. & 1 ep. 11. l. & 11. ep. l. 12.
*c* Honorarius numero principis, non cenſu.
*d* Partheniî, tunc quidem toga παρθένιος, virgo: nunc anus & vetula.

*e* Algenti & horrenti frigore pauperi, tributim & capite cenſo, uni e turba ſine nomine. *f* Ep. 28. l. 4. *g* Degenerat ab autoris Partb. benignitate, & meæ convenit paupertati.

## *In Gaurum.* XL.

INgenium mihi, Gaure, probas ſic eſſe puſillum,
Carmina, quòd faciam quæ brevitate placent.
Confiteor: ſed tu bis denis grandia libris
Qui ſcribis Priami prælia, magnus homo *a* es.
*b* Nos facimus *c* Bruti puerum, nos *d* Lagona vivũ:
Tu *e* magnus *f* luteum, Gaure, Gigantа facis.

*a* Tibi videris.
*b* Ego quidem parva facio carmina, ſed viva & vegeta, tu magna, ſed ſtupida mortua.
*c* Ep. 17. l. 14. *d* Puerum elegantem, ſubdolæ ſed ſtultæ veriſimilitudinis, Luciſci opus Plin. 34. l. 8. c. *e* Al. *Langana*. *f* Mole non arte & ingenio certans. *f* μηλογόνον & γιγαντ. h. e. magnum, malum, lutulentum opus condis. At populus tumido gaudeat Antimacho. Catull.

## *De Lucano & Tullo.* XLI.

QUod ſemper ſuperos invito fratre rogaſti,
Hoc Lucane, tibi contigit, ante mori.
Invidet ille tibi: *g* Stygias nam Tullus ad undas
Optabat, quamvis ſit minor ire, prior.
Tu colis Elyſios, nemoriſque habitator amœni
Eſſe tuo primùm nunc ſine fratre cupis.
Et ſi jam nitidis alternus venit ab aſtris;
Pro Polluce mones Caſtora, *h* ne redeat.

*g* Namq; ille quamvis natu minor optarat prior mori vide ep. 32. l. 1. quod huic concinit.
*h* Ne velit vicem viciſſitudinem cum fratre Polluce habere, ſed, quod tu facis, fratri ſuo integrum nec alterna morte interruptam vitam cedere.

## ¶ *Ad Quinctum Ovidium.* XLII.

SI credis mihi Quincte (quod mereris)
Natales, Ovidi, tuos Apriles,
Ut noſtras amo Martias Calendas,
Felix utraque lux; dieſque nobis
*a* Signandi melioribus lapillis.
*b* Hæc vitam tribuit, ſed *c* hic *d* amicum,
*c* Plus dant, Quincte, mihi tuæ Calendæ.

*a* 44. ep. l. 8. b. *b* Natalis meus Cal. Martiis. *c* Tous natalis Cal. Aprilis. *d* Te. *e* Amicitia nempe tua mihi charior eſt vita mea.

## *Ad eundem.* XLIII.

*a* NAtali tibi, Quincte, tuo dare parva volebam
Munera tu prohibes: imperioſus homo es.
Parendum eſt monitis, fiat quod uterq; *b* jubemus;
*c* Et quod utrumq; juvat, tu mihi, Quincte, dato.

*a* Ep 61. l. 8. *b* Al. *Volemus*. *c* Ex inverſo officio elegans mendicatio.

## *Ad cognatum.* XLIV.

*a* SI mihi Picenâ turdus palleret olivâ,
Tenderet aut noſtras ſylva Sabina plagas.
Aut *b* creſcentes levis traheretur arundine præda,
*d* Pinguis & implicitas virga teneret aves:
*e* Cara daret ſolenne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior eſſet avus.
Nunc ſturnos inopes, fringuillarumque querelas
Audit, & arguto paſſere *f* vernat ager.
Inde ſaluratus picæ reſpondet arator:
Hinc prope ſumma rapax milvus in aſtra volat.
Mittimus ergo tibi parvæ *g* munuſcula *g* cortis,
Qualia ſi recipis, *h* ſæpe propinquus eris.

*a* Si mihi eſſent turdi, qui Picena oliva paſti pingueſcerent ἁλιοφυλακόσοι ceu ἁλιφρόκοι κιχήλαι. Athenæo 2. l. 24. c. aut ex ſylvis Sabinis feræ. *b* Lenta flexili arundine piſcatoria. vel quæ etiam creſcit in longitudinem, aliis atque aliis inſitis arundinibus. ep. 297. l. 14. *c* Ita Gruterus, ut omnino de avibus intelligatur, ut epigrammate inſequente & 197. l. 14. rejecta lectione vulg. *vadit*. *d* Viſcata arundo. *e* In his Chariſtiis vel Charis cognatorum (convivio ſc. ſolenni cui adſunt cognati tantum ſymbola conjicientes. Ovid. 2. Faſt. & Val. Max. l. 2. c. 1.) mitterem tibi munus. ep. ſeq. *f* Cal. enim Martiis celebrabantur hæc Chariſtia. *g* Ep. 25. l. 7. a. b. &c. *h* Pluribus annuis feſtis, *vel* pluries in anno.

## ¶ *Ad* * *Flaccum.* XLV.

LUce propinquorũ, qua plurima mittitur ale,
Dum *b* Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro:
Succurrit nobis ingens *c* oneroſaque turba;
In qua ſe primum quiſque meumq; putat.

* Poetam qui ſcripſit Argonautica. *b* Poetæ, de quo ep. 7. l. 1. &c. *c* Amicorum turba, quibus omnibus munera mittere mihi foret oneroſum.

*d* Demeruiſſe

*d* Demeruiſſe duos, votum eſt : offendere plures,
Vix tutum : multis mittere dona, grave eſt.
Qua poſſum ſolâ veniam ratione *e* merebor:
*f* Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

*d* Beneficio mihi conciliare te & Stellam volebam. *e* Reſpicit ad quod prius dixerat *Demeruiſſe*. *f* Ita nec vos ſibi prælatos quererentur cæteri.

## *In Hedylum.* XLVI.

NIl eſt tritius Hedyli lacernis.
Non anſæ veterum *a* Corinthiorum,
Nec crus *b* compede lubricum decenni,
Non ruptæ *c* recutita colla mulæ,
Nec quæ Flaminiam *d* ſecant *e* ſalebræ,
Nec qui litoribus nitent lapilli,
Nec *f* Tuſeâ ligo vineâ politus,
Nec *g* pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri rota quaſſa mulionis,
Nec *h* raſum caveâ latus biſontis,
Res una eſt tamen, ipſe non negabit,
Culus tritior *i* Hedyli lacernis.

*a* Vaſorum ex ære Corinthio. vide quæ ad 795. ver. Medeæ Senecæ. *b* Servorum in ergaſtulis. ſupra ep. 19. *b*. *c* Nova cute veſtita. *d* Interrumpunt, aſperam reddunt. *e* Saxa in via eminentiora & levia. An intelligit lapides quibus milliaria terminantur & diſtinguuntur ? *f* Ergaſtulis Etruſcis. *g* Defloccata toga, quia amictus effertur pauper. Romanorum autem cadavera efferebantur togata pro ſua cujuſq; conditione : Cenſorum purpurea, magiſtratuum, prætexta ; civium honeſtiorum, candida ; viliorum quoq; cadavera, toga alba, ſed viliori & tritiori. Juven. ſat. 3. ver. 170. *h* Latus bovis ſylveſtris cavea quæ coercetur tritum. *i* Cinædi.

## *Ad Nympham Sabini.* XLVII.

*a* NYmpha ſacri regina lacus, cui grata Sabinus
Et manſura pio munera templa dedit ;
Sic montana tuos ſemper colat Umbria fontes,
*b* Nec tua Baianas ſarcina malit aquas :
Excipe *c* ſolicitos placidè, mea dona, libellos :
*d* Tu fueris Muſis Pegaſis unda meis.
*e* Nympharum templis quiſquis ſua carmina donat,
*f* Quid fieri libris debeat, ipſe moner.

*a* Fons, cui Nympha fontis cui Cæſius Sab. de quo ep. 79. l. 7. templum conſecravit. *b* Nec minori fiſs in pretio & æſtimatione apud Sarſinates Umbriæ, quam ſunt Baiæ. *c* Judicium Cæſii ſubveritos. ep. 79 l. 7. *d* Mihi eris inſtar fontis Pegaſi ungula aperti, poetis culti & decantati. *e* Aquarum. *f* Mergendos ſc. & aqua delendos. ſic ep. 67. l. 3. & 8. ep. 4. l.

## ¶ *In Mamurram.* XLVIII.

IN *a* ſeptis Mamurra diu multumque * vagatus,
Hic *b* ubi Roma ſuas aurea vexat opes.

*a* Ep. 12. l. 2. d. * *Emporium pretiosi argentum, myrrhina, villæ.* Juven. 7. ſat. 132. v. *b* Ubi venales exponuntur, oſtentantur ; licitantur, emuntur ingentis pretii merces. ep. 76. l. 10.

Inſpicit

Inſpicit Illyricos grandes, oculiſque pererrat :
Non hos quos *e* primæ proſtituere *e* caſæ,
Sed quos *f* arcanæ ſervant tabulata *g* cataſtæ,
Et quos non populus, *h* nec mea turba videt.
Inde *i* ſatur menſas, & *k* operios exuit orbes,
*k* Expoſitumque altè pingue popóſcit ebur,
*l* Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit *m* citro non ſatis eſſe ſuo.
*n* Conſuluit nares, an olerent æra Corinthon :
Culpavit *o* ſtatuas &, Polyclete, tuas.
Et *p* turbata brevi queſtus *q* cryſtallina vitro,
*q* Myrrhina *r* ſignavit *r* ſepoſuitq; decem.
Expendit *ſ* veteres *ſ* calathos, & ſi qua fuerunt
Pocula *t* Mentoreâ nobilitata manu :
Et *u* virides picto *u* gemmas numeravit in auro,
*x* Quidquid & in niveâ grandius aure ſonat.
Sardonychas *y* veros menſâ quæſivit in omni,
Et *z* pretium magnis *z* fecit iaſpidibus.
2 Undecimâ laſſus cùm jam diſcederet horâ,
Aſſe duos calices emit, & 3 ipſe tulit.

*e* Tabernæ viliores & expoſitæ.
*f* Reconditiores & remotæ, *uti mox nota k.*
*g* Supra ep. 24. g. & l. 6. ep. 26. d.
*h* Nec meæ farinæ & conditiones pauperes.
*i* Oculos ſatiatus.
*k* Retegi poſtulavit & efferri opertas & interius reconditas magni pretii menſas citreas & ebureas rotundas, ep. 36. l. 2. i.
*l* Et poſtquam ſæpius emenſus eſt concave diſcubitorium ſex lectis inſtructum, teſtudineis putaminibus diſſectis exornatum. vide quæ ad 94. ver. ſat. 11. Juven.
*m* Quod non ſatis ampla eſſet menſæ ſuæ citreæ.
*n* An ſtatuæ eſſent ex ære Corinthio quod erat pretioſiſſimum vide quæ nos ad 795. ver. Medeæ Senecæ.
*o* Quæ erant ex ære Deliaco.
*p* Vitiata admiſto fragili vitro.
*q* Vaſa ep. 108. & 110. l. 14.
*r* Quaſi emturus.
*ſ* Vaſa viminea, *vel* calices vinarios archetypos. *t* Ep. 35. l. 3. a.
*u* Smaragdos aureo calici incertos. 109. ep. 14. l.
*x* Gemmas & elenchos ab auribus ſuſpendi ſolitos.
*y* Non adulterinos.
*z* Licitatus eſt.
2 Prætoria ſc. h. ſub noctem.
3 *Emphaſis*, quod ſervo careret. hic ep. 36. l. 5. h.

## *Sabino mittit coronam roſeam.* XLIX.

Quo gratior ſit Cæſio Sabino, putet roſeam hanc coronam quam illi mitto natam fuiſſe in horto meo Nomentano : etſi forte ſit e biſero Pæſto, Tibure, Tuſculano, Prænefte, ceu Campanis, namque mihi empta eſt : ſic ep 86. l. 10.

SEu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tiburis arvis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo :
Seu Prænestino te villica legit in horto ;
Seu modò Campani gloria rutis eras :
Pulchrior ut noſtro videare corona Sabino ;
De Nomentano te putet eſſe meo.

## *De platano Cæſaris.* L.

*a* Bætica Hiſpaniæ. Tarteſſus enim idem qui Bætis *a Strabone.*
*b* Ep. 36. l. 2. b. & 38. l. 5. h. & 129. l. 14. & 76. 12. l.
*c* Rutilus, aureus color nativus.

IN *a* Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Qua dives placidum Corduba Bætin amat ;
*b* Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Heſperium *c* bractea viva pecus :

Ædibus

Ædibus in mediis tectos amplexa penates
Stat platanus denſis *d* Cæſariana comis:
*e* Hoſpitis invicti poſuit quam dextera felix,
Cœpit & ex *e* illâ creſcere virga manu.
Auctorem, dominumque *f* nemus ſentire videtur:
Sic virêt, & ramis fidera celſa petit.
Sæpe ſub hac madidi luſerunt arbore Fauni:
Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde *g* Dryas,
Dumque fugit ſolos nocturnum Pana per agros;
Terruit & tacitam *h* fiſtula ſera domum,
Atque olïere lares *i* commiſſatore Lyæo,
Crevit & *k* effuſo latior umbra mero:
Heſterniſque rubens *l* dejecta eſt herba coronis,
Atque ſuas potuit dicere nemo roſas,
O dilecta deis, ô magni Cæſaris arbor,
Ne metuas ferrum, ſacrilegoſque focos.
Perpetuos ſperare licet tibi frondis honores;
*m* Non Pompeianæ te poſuere manus.

*d* Cæſaris manu ſata.
*e* Cæſ. victoris.
*f* Arbor opaca ingens.
*g* Nympha querceti Latiæ. vide quæ ad Herc. Oet. Senecæ. v. 1053.
*h* Syrinx in arundines paluſtres converſa.
*i* Baccho convivii celebrante.
*k* Ita Scriverius, hac mente, Poſtquam cerebrum mero ſanctum incaluit, accedit numerus lucernis, & umbra fit latior.
*l* Vulg. *dejecta*.

atque omnia videntur jacta majora, cum vulgo legatur *latior*.
*m* Non Pompeianæ victæ, ſed Cæſarianæ, victrices.

## *De Philæni.* LI.

TInctus murice veſtibus quòd omni
Et nocte utitur, & die Philænis,
Non eſt ambitioſa, nec ſuperba:
De'ectatur odore, non colore.

Philænis eodem laborabat morbo, quo Bæticus 60. ep. l. 3. purpuræ itaque odore delectabatur, qui vitii ſui faniem referret. vide ep. 4. l. 4. f.

## *De ſtatua Cæſ. Domitiani.* LII.

HEreulis in magni vultus deſcendere Cæſar
Dignatus Latiæ dat nova templa viæ:
Qua *b* Triviæ nemoroſa petit dum regna *c* viator,
*d* Octavum dominâ marmor ab urbe legit.
Ante colebatur votis, & ſanguine largo
Majorem Alciden, *e* nunc minor *f* ipſe colit.
*g* Hunc magnus rogat alter opes, rogat alter honores:
*h* Illi ſecurus vota minora facit.

*a* Domitianus ſe ad imaginem Herculis, cui templum in Appia via octavo ab urbe lapide condiderat, fingi & coli voluit. ep. 86. in fi.
*b* Dianæ Aritinæ lucum & templum, cur autem Diana dicatur Trivia, vide quæ adnotavimus ad Hippolytum Senecæ. v. 411. *c* Pedes, neque enim in gratiam Hyppolyti ab equis diſcerpti qui templum illud Dianæ dicavit, nemus illud aditur equis. Ov. 3. Faſt.
*d* Oct. lapidem, i. milliarium a Roma. *e* Sed nunc ipſe Hercules inferior noſtro factus Domitianum colit. infra ep. 86. g. *f* Al. *iſte*. *g* Domitianum, Herc. majorem. *h* Ab illo Herc. minore ſupplices minores petant minora.

Ad

*Ad Herculem, de eâdem ſtatuâ.*

## LIII.

A Leide Latio *a* nunc agnoſcende Tonanti,
Poſtquam Pulchra dei Cæſaris ora geris,
*b* Si tibi nunc iſti vultus habituſq; fuiſſent,
Ceſſerunt manibus cùm fera monſtra tuis;
*c* Argolico famulum non te ſervire *c* tyranno
Vidiſſent gentes, ſævaque regna pari:
Sed *c* tu juſſiſſes Euryſthea nec tibi fallax
Portaſſet *d* Neſſi perfida dona Lichas.
*e* Oetæi ſine lege rogi ſecurus adiſſes
Aſtra patris ſummi, quæ tibi pœna dedit:
*f* Lydia nec dominæ traxiſſes penſa ſuperbæ:
*g* Nec Styga vidiſſes Tartareumq; canem.

*a* Nunc tandem probas te Jovis Capitolini filium, poſtquam indutus es formam Domitiani, modo ep. 52. 2. *b* Si geſſiſſes ora & vultum Cæſaris, cum feras domares. *c* Euryſtheo, vide quæ ad Herc. Fu. Senecæ, v. 35. & v. 829. *d* Veſtem ſanguine Neſſi & veneno a ſagittis Hydræ felle tectis infectam, muneri a Deianeira miſſam Herculi per Lycham, vide Senecæ Herc. Oetæi argumentum. *e* Non tibi fuiſſet opus per ignem mortali parte expurgato conſcendiſſe cœlum, ſed certa rogum relatus fuiſſes in Deos ſi, qui nunc coletis, forma indutus eſſes. *f* Non gerraciſſes colum ſub Omphale, vide Mythologos. *g* Nec adiviſſes interos vidiſſesque Cerberum.

*In Magiſtrum ludi.* LIV.

QUid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter,
Inviſum pueris virginibuſque caput?
*a* Nondum criſtati rupere ſilentia galli:
Murmure jam ſævo verberibuſque tonas.
*b* Tam grave percuſſis incudibus æra reſultant,
Cauſſidicum medio cum faber aptat equo.
Mitior in magno clamor fuit amphitheatro,
*c* Vincenti parmæ cùm ſua turba favet.
Vicini ſomnum non torâ nocte rogamus:
Nam vigilare leve eſt, *d* pervigilare grave.
Diſcipulos dimitte tuos, vis garrule, quantum
Accipis ut clames, accipere ut taceas?

*a* Nondum eſt gallicinium. *b* Non intonas minore verberum verborumque ſtrepitu, quam fabri incus, dum fingitur equeſtris ſtatua cauſſidico, vide Juven. 7. ſat. v. 123. & autorem dialogi de Orator. ibid. *c* Cum parmularii, qui Thracibus gladiatoribus parma armatis favent, ſuæ factioni victrici applaudunt. *d* Totam noctem ducere inſomnem.

*In Cæcilianum.* LV.

*a* DIxerat ô mores, ô tempora Tullius olim,
Sacrilegum ſtruerent cùm Catalina *b* nefas:
Cum *c* gener atque ſocer diris concurreret armis,
Mœſtaque civili cæde maderet humus.

*a* 1. In Catilinam dixit Cicero, *O tempora! O mores! ſenatus hoc intelligit, conſul videt, hic tamen vivit.* *b* Patriæ excidium notum ex Salluſtio & Cic. *c* Pompeius & Cæſar, cujus filia Julia nupta eſt Pompeio, neq; tamen extat Ciceronem alicubi his verbis exclamaſſe contra bella civilia.

Cur

Cur nunc ô mores, cur nunc ô tempora dicis ?
Quod tibi non placeat, Cæciliane, quid eſt ?
Nulla *d* ducum feritas, nulla eſt inſania *e* ferri :
Pace frui certâ, lætitiâque licet.
Non noſtri faciunt, tua quod tibi tempora ſordent :
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.

*d* Nunc, ut quondam Pompeii & Cæſaris. *e* Patriæ ruinam molientis, ut Catilinæ olim.

## *De leone & ariete.* LVI.

*a* Maſſyli leo fama jugi, *b* precoriſque maritus
Lanigeri, *c* mirum, qua coïere fide.
Ipſe licet videas, caveâ ſtabulantur in unâ,
Et *d* paritet ſocias carpit uterque dapes.
*e* Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis :
Concordem ſatiat ſed rudis agna famem.
*f* Quid meruit terror Nemees, quid *g* proditor Hel-
Ut niteant celſi lucida ſigna poli ? (les,
Sidera ſi poſſent pecudeſque feræque mereri ;
*h* Hic aries aſtris, hic leo dignus erat.

*a* Magnitudine corporis nobiliſſimus in omnibus Libyæ, cujus Maſſylia pars eſt, montibus. *b* Aries. *c* Mirum eſt, quam unanimiter & placide inter ſe convenerint. Al. *poſſere*. abſolute.

*d* Uno eodemque cibi veſcuntur leo & aries. *e* Nec leo deſiderat cervos, tauros, alias feras, nec aries herbas, ſed & aries veſcitur agna, cibo inſolito. *f* Quid meruit leo Herculis, ep. 62. l. 5. b. quid Phryxi aries, de quo ep. 49. l. 8. h. ut referrentur in aſtra ? *g* Al. *portitor Helles*. *h* Noſter.

## ¶ *Ad Liberum.* LVII.

*a* Libet *b* Amycleâ frontem redimire coronâ,
*c* Qui quatis Auſoniâ verbera Graia manu,
*d* Clauſa mihi texto cùm prandia vimine mittas,
Cur comitata dapes nulla lagena venit ?
Atqui digna *e* tuo ſi *e* nomine munera ferres,
Scis, puto, debuerint quæ mihi dona dari.

*a* Ad quem ep. 73. l. 8. *b* Coronae victor in pugilatu, cujus inventor Pollux Spartanus. Amycle autem Laconiæ civitas eſt. *c* Qui Græca exerces certamina, ipſe Latinus pugil vel aurigа. *d* Cum mihi miſiſſes eſcula in ſpeculenta ; cur non & poculenta adjeciſti in lagena ? *e* *Libero*, quod tibi cum vini inventore Baccho nomen eſt commune.

## ¶ *In Sutorem.* LVIII.

*a* Dentibus antiquas ſolitus producere pelles,
Et mordere luto putre vetuſque *b* ſolum :
Prænestina tenes *c* decepti regna patroni,
*d* In quibus indignor ſi tibi cella fuit.
At me literulas *e* ſtulti docuere parentes :
Quid cum grammaticis rhetoribuſque mihi ?

*a* Quod videmus cerdones ſutores facere, dum mordicus extendentes corium adaptant calceis. *b* Soleam rupti, quem refecit, calcei. *c* Al. *defuncti rura*. *d* In quibus indignum eſt tibi eſſe vel cellam ſervi. 12. ep. 3. *e* Non vitientes quæſtus majus vel ex cerdonica quam ingenuis artibus ſi. e nolimentum.

*f* Juvenal. 7 Sat. 27. v. *Frange miser calamos.*

*f* Frange leves calamos, & scinde Thalia libellos:
Si dare sutori calceus ista potest.

Ὀργανα μισόκωμα, τὰ πολύστομα βίβλια πωλῶ, &c. Πιερίδες σωζοίσθε. Anthol. 1. l. 17. c.

## *De effigie Camoni.* LIX.

Defunctorum imagines charitatis & memoriæ ergo sibi fieri curabant servabantque veteres.

EFfigiem tantùm pueri pictura Camoni
Servat & infantis prima figura manet.
Florentes nulla signavit imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

Pater Camoni adolescentis vicennis mortui imaginem expressit, non quidem in illo ætatis flore, ne tantæ spei juvenis aspectus immodico dolore patrem afficeret, sed infantis forma effinxit, quo recordato foret minus ingrata. vide ep. 62. subsequens lege epigr. Αὐ ϗ θειοδότῳ ὀζαγεσίῳ, &c. l. 3. Anthologiæ, c. 12.

## *De balneo Tuccæ.* LX.

*a* Nec lapide cæso ad fundamentum jaciendum, cui ædificium superstruatur.

*b* Ambitus mœnium Babylonis erat milliariorum nostrorum XI. altitudo pedum CC. latitudo L. pedum: quo nomine Antipater dixit, ἐπίδομον ἅρμασι τεῖχος.

NOn silice duro *a* structilive cæmento,
Nec latere cocto, quo Semiramis *b* longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:
Sed *c* strage nemorum, pineâque compage,
Ut navigare Tucca balneo possit.
Idem *d* beatas lautus exstruit thermas
De *e* marmore omni, quod *f* Carystos invenit,
*g* Quod Phrygia Synas, Afra *h* quod Nomas mittit,
Et *i* quod virenti fonte lavit Eurotas.
Sed ligna desunt: *k* subice balneum theomis.

*c* Lignis, materia navibus magis quam frigidariis balneis conveniente. *d* Magnificas. *e* Materia frigidiori quam thermis & caldariis conveniebat. *f* Insula maris Ægæi ferax marmoris opt. *g* Marmor Synnadicum — *h* — Numidicum — *i* — Laconicum. vide ep. 34. l. 6. l. & 10. *k* Ad calfaciendas thermas. *ex absurdo.*

## ¶ *De effigie Camoni.* LXI.

* Vide ep. 60. superius.

*a* Infantis.

*b* Et lanugo ejus subrufa semel resecta sparserat summos cultus, i. vestes. vel *vultus*, vel ut alii legunt *cultros*, i. novacula.

*HÆc sunt illa mei quæ cernitis ora Camoni:
Hæc *a* pueri facies primaque forma fuit.
Creverat hic vultus bis denis fortior annis;
Gaudebatque suas pingere barba genas:
*b* Et libata semel summos modò purpura cultus
Sparserat, invidit de *c* tribus una soror.
Et festinatis incidit stamina pensis;
Absentemque patri rettulit urna rogum.

Cultros (inquit Jos. Scal. in Catullum) intelligit *sicilices*, i. cultros tonsorios.

*c* Parcit. sic ep. 43. l. 4. & *semper de tribus una sicut.*

*d* Sed

*d* Sed ne ſola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis major imago meis.

*d* Pictura infantem oſtendit, ipſa infans & interitura: carmen hoc meum fuiſſe vicennem teſtatur, monimentum pictura certius & perennius. ſic ep. 67. l. 7. f.

## *De convivio Priſci.* LXII.

QUod optimum ſit diſputat convivium
Facunda Priſci pagina:
Et multa dulci, multa ſublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum ſit quæritis convivium?
*a* In quod choraules non venit.

*a* Ut ille chorus muſicus optimus eſt, qui ex ſe dulcis, ſublimis, doctus non indiget Choraule qui tibia choro adſpiret. *Bellum homunculis, ut ſuaviter inter ſe ſint, nihil opus eſt calice, nihil tibicina.* Plutarch. Sympoſ.

## *Ad Picentinum.* LXIII.

FUnera poſt ſeptem nupſit tibi Galla virorum,
Picentine: *a* ſequi vult puto Galla viros.

*a* A te veneſico extincta, ut illa prius 7. maritos ſuſtulerat. vide ep. 43. l. 8.

## *Ad Domitianum.* LXIV.

ODerat antè *a* ducum famulos turbamque minorum
Et Pallatinum Roma *a* ſupercilium: (norem,
*b* At nunc tantus amor cunctis, Auguſte, tuorum;
*c* Ut ſit cuique ſuæ cura ſecunda domus.
Tam placidæ mentes, tanta eſt reverentia veſtri,
Tam placata quies, tantus in ore pudor.
Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores *d* Cæſarianus habet.

*a* Famulos priorum Impp. & faſtum aulicum.
*b* Falſo hoc & adulatorie, reclamante omnium hiſtoricorum fide.
*c* Ut pluris faciant Cæſarianos quam ſuos
*d* Qui in aula Cæſaris verſatur.

## ¶ *Ad* * *Auctum.* LXV.

* Al. *Aulum.*

LEctor & auditor noſtros probat, Auctе, libellos:
Sed quidam exactos eſſe poeta negat.
Non nimium curo: *c* nam cœnæ fercula noſtræ
Malim convivis quàm placuiſſe cocis.

*c* Volo carmina mea magis placere benevolis & ſimplicibus lectoribus, auditoribuſque: quam emunctis & curioſæ ſtrictæque cenſuræ poetis.

* Al. *Cinnam.*

## ¶ *In* * *Munnam.* LXVI.

† Jocus est in ambiguitate ♈ *Perire*, quod astrologus referebat ad vitam, poeta ad bona & fortunas quæ Munna perdiderat

† Dixerat astrologus petiturum te citò, Munna:
Nec puto mentitus dixerat ille tibi:
Nam tu dum metuis ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
*d* Bisque tuum decies non uno tabuit anno:
Die mihi, non hoc est, Munna, perire citò?

fretus Astrologi prædicto. *d* Vicies centena millia HS.

## *Ad Cæsarem Domitianum.* LXVII.

Inter tanta tuæ miracula, Cæsar, arenæ,
Quæ vincit veterum munera clara ducum,
*e* Mul um oculi, *f* sed plus aures debere fatentur
Se tibi, quòd spectant, qui recitare solent.

*e* Propter spectacula magnificentissima.

*f* Propter edictum, quo interdixisti histrionibus scenam, nunc enim equites (ut sub Nerone aliisque Imp.) histrionicam exercent, sed ex recitatoribus facti sunt auditores. Suet. 7. c. Domit.

## *Ad Norbanum.* LXVIII.

*a* Contra sacram Cæsaris majestatem motes. vide ep. 9. l. 9.

*b* Secessu suburbano, vel alio, ad studia.

*c* Fama in Vindeliciam, quæ ad Septentrionem jacet, sparsa, tibi narrabat me defunctum esse ex

Cum tua *a* sacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Cæsare sancta fides:
Hæc ego *b* Pieriâ ludebam rutus in *b* umbrâ,
Ille tuæ cultor notus amicitiæ.
*c* Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
O quoties veterem non inficiatus amicum
Dixisti; meus est iste poeta, meus!
*d* Omne tibi nostrum, quod bis trieteride junctâ
Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

morbo, quo laborabam. ep. 38 l. 6. & 26. 8. l. Nihil minus, inquit Jan. Rutgersius. Neque enim mortis suæ sed carminum suorum famam eo pervenisse dicar. Ego pro illo *raptum* nulla fere licentia legam *Raetus*, nisi quis, nam in MS. legitur *mœstus*, malit *Mœstus* Scrivenius tum narr. *d* Nunc tibi ego autor mitto libros una digestos: quos a me sexennio scriptos, tibi singulos alii afferebant.

## *De Paullo.* LXIX.

*e* Paullus vel morbo languens convivas vocat: tu ne invites & alios conviviis excipias, morbum simulas.

*e* Languidior noster si quando est Paullus Atillî,
Non se, convivis abstinet ille suis.
Tu languore quidem subito, fictoque laboras,
Sed mea *f* porrexit sportula, Paulle, *f* pedes.

nescio quidem an tu ægrotes, mihi certe moritur perinq; sportula & cœnæ tuæ spes. *f* Translatum a more componendi mortuos, extensis porrecti que in januam pedibus.

*In*

## *In obitum Severi Silii.* LXX.

*a* FEstinata sui geme er cùm fata Severi
Silius, Ausonio *b* non semel ore potens:
*c* Cum grege Pierio mœstus Phœboque querebar,
*d* Ipse meum flevi, dixit Apollo, Linon.
Respexitque suam, quæ stabat proxima fratri,
Calliopen, & ait, tu quoque *e* vulnus habes.
Adspice Tarpeium, Pallatinumque Tonantem:
Ausa nefas Lachesis læsit utrumque *f* Jovem.
Numina cùm videas duris obnoxia fatis,
Invidiâ possis exonerare deos.

*a* Præpoperam & immaturam filii sui Severi mortem. *b* Non uno genere, erat enim & orator & poeta. ep 51. l. 7. *c* Ego Silio condolui, & mecum Apollo atque Musæ. *vel*, apud Apollinem & Musas

quæstus sum de fato Severi. *d* Respondit Apollo; & nobis Dis periere filii, mihi Linus, Calliope, Orpheus, Jovi Sarpedon; Domitiano filius suus Domitianus. de quo l. 6. ep. 2. *e* Metaph. ab arena. vide quæ ad Senecæ Agam v. 895. *f* Jovem & Domitianum.

## *Ad Luperc um.* LXXI.

SEptem post calices *a* Opimiani
*b* Denso cùm jaceam *b* trieute *c* blæsus,
Affers *d* nescio quas mihi tabellas.
E- dicis, modo *e* liberum esse jussi
Nastam; (servus is est mihi *f* paternus)
Signa, *g* cras meliùs, Luperce, fiet.
Nunc signat meus annulus lagenam.

*a* Ep. 25. l. 1. e. *b* Crebris poculis, triens continet 4. cyathos. ep. 26. l. 1. b. *c* γραυλὸς, **tongue-tied.**

*d* Suppositicias & adulterinas testamentarias vel alias, quas mihi bene poto dicis esse manumissorias tabellas. *e* Alii leg. *liberum esse jussi Zenam*: *servus is est mihi paternus*. *f* Bonus, filius & frugi, ut qui diu servierit in eadem familia. *g* αὔριον ἄχυρον. inquit Archias. Plut. Pelopidas. cras, sobrius melius signabo tabellas, nunc lagenas signo & resigno: vasa vero signabant veteres, servorum λίχνων furta cavente.

## *Ad Rufum.* LXXII.

DUm *a* me capta es, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.
*b* Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
*c* De caveâ fugiat ne malè pastus aper.

*a* Amicitiam meam, vel hereditatem. *b* Eadem enim arte servantur res, qua acquiruntur. *c* A simili.

## *Ad Stellam.* LXXIII.

LEge nimis durâ convivam scribere versus
Cogis, Stella: licet scribere, nempe malos.

Neque enim ex tempore, neq; inter pocula scribuntur boni versus, Euripide & Virgilio digni. A. Gell. 17. l. 10. Val. Max.

## *Ad Flaccum.* LXXIV.

*a* Ad lene murmur lympidi rivi lapillos lapsu molliter excitantis.
*b* Supra ep.19.f & ep.61 l.5.h.
*Videbis in calicibus repente perfusis nivalium maculas & frustra nebularum*, &c. Stacius Apoll. epist. 2. l.2.
*Al. Pertundas.*
*c* Eod. ep.61. l.5.c. & d.
*d* Ut curam habeas valetudinis tuæ in Cypro inf. calore æstivo infami.

Sic in gramine floreo reclinis,
*a* Qua gemmantibus hinc & inde rivis
Curvâ calculus excitatur unda,
Exclusis procul omnibus molestis,
*b* Perfundas glaciem triente nigro
*c* Frontem sutilibus ruber coronis:
*d* Infamem nimio calore Cypron
Observes, moneo precorque, Flacce,
Messes area cùm teret *e* crepantes,
*f* Et fulvi juba sæviet leonis.
At tu, *g* diva Paphi, remitte, nostris
Illæsum juvenem remitte votis.
Sic *i* Martis tibi serviant *i* Calendæ,
Et cum thure, meroque, victimaque
Libetur tibi *k* candidas ad aras
*l* Sectâ plurima quadra de placentâ.

ep.44.l.8.h. *e* Aridas sc. & siccas, i. messis tempore. *f* Augusto mense, quo sol sub Leone ortus ardet. ep.46.l.4.g. & ep.68.l.5.b. *g* Venus. *h* Flaccum degentem in Cypro. ep.44.l.8.h. *i* In quibus celebratur natalis Veneris, & mittuntur mulieribus a maritis & amatoribus *munera* ep.81.l.5.h. *k* Supero sc. numini. cum manibus nigræ ponantur aræ. *l* Frustra.

## *Adulatur Domitiano.* LXXV.

AD cœnam si me diversa vocaret in astra
Hinc invitator Cæsaris, inde Jovis:
Astra licet propiùs, pallatia longiùs essent,
Responsa ad superos hæc referenda darem:
Quæritе qui malit fieri cor. viva *a* Tonantis;
Me meus in terris *b* Jupiter esse tenet.

*a* Jovis.
*b* Domitianus ep.8.l.5.b.

Videtur huic ep. præbuisse materiam epulum illud Domitiani quod celebrat Papinius, *s.* Sylv. Cal. Decemb. Situm.

## *Ad Condylum.* LXXVI.

QUæ mala sunt domini, quæ servi commoda Condyle, qui servũ te gemis esse diu (nescis,
Dat tibi securos vilis *a* tegeticula somnos:
*b* Pervigil in pluma *c* Caïus ecce jacet:
Caïus à primâ tremebundus luce salutat
*d* Tot dominos: at *e* tu, Condyle *f* nec dominũ,
Quod debes, Caï, redde inquit *g* Phœbus, & illinc
*g* Cinnamus: hoc dicit Condyle, nemo tibi.

*a* Alii leg. *Iecticula* a **mattress.**
*b* Exsomnis nocte tota, cui curæ somnum negant.
*c* Dominus tuus.
*d* Multos: quot habet patronos & potentes amicos. *e* O serve. *f* Nullum patronum, imo vix dominum tuum. *g* Fœnerator. *h* Loratum, qui te jussu heri misere carnifices.

Tortorem

Tortorem metuis? *i* podagrâ, cheragrâque ſecatur *i* Sic Catullus, *quem merito tarda podagra ſecat.*
Caius; & *k* mallet verba mille pati. *k* Quam continuum hunc
*l* Quod nec *m* mâne vomis, nec morbo, Condyle, ſecatur?
Non mavis, quàm ter Caius eſſe tuus? (fœtes:

cruciatum podagræ vel cheiragræ. *l* Quod non facis turpiſſima illa quibus delectatur dominus tuus, tua certe conditi ter illius ſuperat. *m* Ab hellenema crapula, vel eporo vino vili ad purgandum ſtomachum unde nonnulli legunt, Quod *nec vina vomis*, i. vina vilia.

## ¶ *Ad Calociſſum.* LXXVII.

*a* ADdere quid ceſſas, puer, *b* immortale falernũ? *a* Fundere, miſcere.
*c* Quadrantem duplica de *d* ſeniore cado. *b* Multos ferens annos, *vel*, Nectari quod confert immortalitatem, non poſtponendum.
Nunc mihi dic, quis erit, cui te, *e* Calociſſe deorum *c* Funde duos quadrantes. i. ſex cyathos. quadrans enim tres continet, ep. 26. l. 1 b. *d* Veteris rituli, interioris notæ vini optimi & vetuſti. *e* Puer, miniſter. *g* *Reſpondet puer.* *b* Ep. 61. l. 5. c. & d. *i* Ut ſignificet *Domitianum* quod nomen decem habet literas. vide ep 40. ſupra. *k* Templum Faviæ gentis de quo ſupra ep. 2. 3. & 27. *l* Ad ſignificandum *Germanicum*, quod nomen bis quinis conſtat literis. *modo not.* l. *m* 2. ep. l. 5. d. & l. 7. ep. 7. b.
Sex jubeo cyathos fundere? *g* Cæſar erit.
*h* Su illis aptetur *i* decies roſa crinibus, ut ſit
Qui poſuit ſacræ *k* nobile gentis opus.
Nunc *l* bis quina mihi da baſia, fiat ut illud
Nomen, ab *m* Odryſio quod deus orbe tulit.

## ¶ *De Hippocrate.* LXXVIII.

*a* SAntonicâ medicata dedit mihi pocula *b* virgâ, *a* Hippocrates miſit mihi abſynthiten, petitque ut me tantundem mulſi. Itane ſtupidus illi videor, qui mulſum abſynthite permutem? Dabo tamen, ſed ea lege ut ſumat in iſto elleborum purgaturus hanc cerebri ſui inſaniam. *b* Virga Santonica, i. Abſynthio, cujus tria genera; Ponticum; Seriphium ceu marinum; & Santonicum a Galliæ civitate. *c* Vide mpudentiam hominis! *d* Qui Diomedi dediſti aurea arma pro æreis Ὦ ξεῖς τυδείδῃ δῶκας πύκ' ἄμειβε χρύσεα χαλκείων. Il. ζ. *e* Quod inſanum ex melancholia ortum purgat. modo note 2.
*c* Os hominis! mulſum me rogat Hippocrates.
Tam ſtupidus numquam nec tu puto, *d* Glauce, fuiſti,
Chalcea donanti Chryſea qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poſcit amaro?
Accipiat, ſed ſi potat in *e* elleboro.

## *De Herode.* LXXIX.

*a* CLinicus Herodes *b* trullam ſubduxerat ægroto: *a* Ep. 29. l. 1.
*c* Deprenſus dixit; ſtulte, quid ergo bibis? *b* Vas potorium, dimidium iv. *a* trua vaſe aquario. *c* *O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!* excuſat ſe tum prætextu curæ quaſi amoviſſet trullam, ne æger præter imperium medici biberet.

## ¶ *Ad Julium.* LXXX.

RUmpitur invidiâ quidam, cariſſime Juli, *a* Ep. 48. l. 6. & 59. l. 8.
*a* Quod me Roma legit, rumpitur invidiâ.

Rumpitur invidiâ, quòd turbâ ſemper in omni
*b* Monſtramur digito, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, tribuit quòd *c* Cæſar *c* utrique
*d* Jus mihi natorum, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod *e* rus mihi dulce ſub urbe
Parvaq; in urbe domus, rumpitur invidia. (eſt,
Rumpitur invidia, quòd ſum jucundus amicis,
Quòd conviva frequens, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod amamur, quodq; proba-
*f* Rumpatur, quiſquis rumpitur invidiâ. (mur:

*b* Ep 1. l. 1. ὁ καταδεχόμενος λίζομαι.
*c* Titus & Domitianus.
*d* Ep. 66. & 67. l. 2.
*e* L. 8. ep. 59.
*g* Videtur *in animo habuiſſe* illud Virgilii: *rumpantur ilia Codro.*

## *Ad Quintum Ovidium.* LXXXI.

VIndemiarum non ubique proventus
Ceſſavit, Ovidi: pluvia *g* profuit grandis.
Centum *h* Coranus amphoras aquæ fecit.

*g* Al. *profuit.*
*h* Pater-familias frugi nimium, vel caupo perfidus, qui in vini caritate, vinum reddidit vilius & copioſius infuſa aqua. vide ep. 50. l. 1.

## *Ad Atticum de M. Antonio.* LXXXII.

* MArcus amat noſtras *Antonius, Attice, Mu-
*a* Charta ſalutatrix ſi modò vera refert (ſas,
* Marcus *b* Palladiæ non inficianda *c* Toloſæ
Gloria, *d* quem genuit pacis amica quies.

* De hoc Tacit. l. 2. hiſt. 3. & Suet. Vitel. c. 18. de hujus imagine l. 10. ep. 23. & 31.
*a* Epiſtola ſalutatoria. l. 14. ep. 11. Auguſta epiſtolis laudata. Plin. 13. l. 17. c.
*b* Colentis literas bonas, quarum præſes Minerva. *c* Oppidi Galliæ Narb.
*d* Non e familia, aut ſtudiis Antonii III viri hoſtis Reip. aut Antonii Saturnini hom. ſeditioſi. ep. 9. l. 4. P. Scr. legit, *quem genuit pacis alumna quies.* Quam lectionem aſtruit & MS. Bodleianus. Ed. Scriveriana huic ep. ſequens conjungit

## ¶ *Ad Librum.* LXXXIII.

TU qui longa potes diſpendia ferre viarum,
*a* Liber abſentis pignus amicitiæ.
Vilis eras, fateor, ſi te nunc mitteret emptor.
*b* Grande tui pretium muneris auctor erit.
*c* Multum crede mihi, refert, à fonte bibatur
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet unda lacu.

*a* In Galliam ad Antonium, credo, ad quem ep. ſuperius.
*b* Quod a me autore venit.
*c* *Quanquam ſapor eſt oblata dulcis in unda; Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

## *In Baſſum.* LXXXIV.

*a* DEnariis tribus invitas, & mâne *b* togatum
Obſervare jubes atria, Baſſe, tua:
Deinde *c* hærere tuo lateri, *d* præcedere ſellam;
Ad *e* vetulas tecum plus minùs ire decem.
Trita quidem nobis togula eſt, viliſque, putiſque
*f* Denariis tamen hanc non emo, Baſſe, tribus.

*a* Noſtræ mortæ 22. d. ob.
*b* Me clientem obſervantem atria ut te patronum ſalutem.
*c* Comitis vice.
*d* Anteambulonis vice. *e* Divites viduas & orbas, quarum hereditates tu officioſa ſalutatione amtis. Juven. 3. ſat. v. 127. P. Scriv. *Ad Vidua.* *f* Sic ep. 20. l. 4.

*Adulatur*

## *Adulatur Domitiano.* LXXXV.

a APpia, quâ ſimili venerandus in Hercule Cæſar
Conſecrat, Auſoniæ maxima fama viæ; (ſat.
Si cupis b Alcidæ cognoſcere facta b prioris,
Diſce: c Libyn domuit: aurea poma tulit:
d Peltatam Scythico e diſcinxit Amazona nodo:
* Addidit Arcadio terga leonis apro.
* Æripedem ſylvis cervum, * Stymphalidas undis
Abſtulit: * à Stygia cum cane venit aqua.
* Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
f Heſperias Tuſco lavit in amne boves.
Hæc g minor Alcides, h major quæ geſſerit, audi,
i Sextus ab Albanâ quem colit arce lapis.
k Aſſeruit poſſeſſa malis Pallatia regnis:
l Prima ſuo geſſit pro Jove bella puer.
m Solus Iuleas cùm jam retineret habenas,
Tradidit, inque ſuo tertius orbe fuit.
n Cornua Sarmatici ter perfida contudit Iſtri:
o Sudantem Geticâ ter nive lavit equum.
p Sæpe recuſato Parthos duxiſſe triumphos
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.
q Templa deis, r mores populis dedit, otia ſ ferro,
t Aſtra ſuis, t cœlo ſidera, u ſerta Jovi.
Herculeum tantis numen non ſufficit actis:
x Tarpeio deus hic commodet ora patri.

a O Appia Viarum Latinarum celeberrima, quam ſacram facit Cæſar, ſub Herculis imagine adorandus, ut ep. 52. a. ſupra, & vide Statium. l. 4. Sylv.

b Herculis Alcmenæ filii labores, de quibus * vide Mythologos, & * quæ nos ad Senecæ Herc. Fu. 214. & Herc. Oet. 15.

c Antæum gigantem Afric.

d Scuto brevi, cujus extrema in cornua lunar tur, uſam.

e Detraxit Amazonum reginæ Menalippæ baltheum.

f Boves Geryonis regis Hiſpaniæ in Italiam actas lavit Tyberi.

g Ille prior, Alcmenæ filius, namque — h — Domitianus ſe majorem Herculem dici colique voluit. ep. 8. l. Spect. d. ep. 52. & 53. ſupra. i Qui colitur ſexto ab Albana arce lapide; ab urbe, octavo. ep. 52. a. ſupra. k Vindicavit ſibi Imperium occupatum a Vitellio. l In bello Vitelliano confugit in Capitolium, &c. vide Suet. 2. c. Domit. & Xiphil. Vitel. m Mucianus quidem Veſpaſiani dux, Vitellio occiſo, Domitianum extraxit, cumq; eo adminiſtrabat omnia ſumma poteſtate, donec Veſpaſianus in urbem veniſſet. Xiphilin. Veſp. nec dubitavit Domitianus imperium adeptus in ſenatu jactare, *& patri ſe & fratri imperium dediſſe: illos ſibi reddiſſe.* Sueton. 13. c. Domit. n De Cattis & Dacis Iſtri accolis triumphos duos, de Sarmatis lauream tulit. ep. 15. l. 8. d. cur autem cornutus dicatur Iſter, vide ep. 7. l. 10. c. o Labore bellico adverſus Getas i. e. Dacos. p Cum ſæpe negaſſet tum illi juiſſet a patre proficiſci contra Parthos, & inde triumphum ducere, Germanici cognomen reportavit a Germanis devictis. &c. e membranis profert lectionem: *Sæpe recuſatos parcens duxiſſe triumphos*, quod victis Sarmatis triumphum recuſavit. q Supra ep. 3. r L. 6. ep. 3. & 5. & 5. ſupra. ſ Pacem confecto bello Germ. t Patri, fratri, uxori, filio ἀποθέωσιν, de qua vide Herodianum in Commodo. u Laurum Sarmaticam, modo nota n. x Colatur potius Jupiter Capitolinus ſub imagine Domitiani, quam Hercules in via Appia. ſupra nota. 2.

## *Ad Phœbum.* LXXXVI.

y QUadringentorũ reddis mihi, Phœbe, tabellas:
Centum da potius munera, Phœbe, mihi.
Quære alium, cui te tam vano munere jactes: (eſt.
z Quod tibi non poſſum ſolvere, Phœbe, meum

y Vide ejuſdem ingenii ep. 36. l. 8.

z Debet enim ſi quis ſolvere, ſine poteſt. ep. 3. l. 2.

M. VAL.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER X.

### *Liber ad Lectorem.* I.

SI nimius videor, ſeràque *a* coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero:
*b* Terque quaterq; mihi finitur carmine parvo
Pagina, fac tibi me quàm cupis eſſe brevem.

*a* Signo abſoluti operis in calce libri poſito, hac figura V. vel 7. aliæ ſc. cornicis, tranſlatione ab ædificio, cujus jam abſoluti ſummitas appingitur cornix. ſed vide Cœl. Rhodig. 15. l. 20. c. *b* Poteris ſingulo epigrammate præfinire tibi finem libri.

### ¶ *Ad eundem.* II.

*a* FEſtinata prior decimi mihi cura libelli
Elapſum manibus nunc revocavit opus.
*b* Nota leges quædam, ſed limâ raſa recenti.
Pars nova major erit; lector, *c* utrique fave:
Lector *d* opes noſtræ, què cùm mihi Roma dediſſet,
*e* Nil tibi quod demus majus habemus, ait.
*f* Pigra per hunc fugies ingratæ flumina Lethes,
Et meliore tui parte ſuperſtes eris.
*g* Marmora * Meſſalæ findit caprificus, *h* & audax
Dimidios *i* Criſpi mulio ridet equos.

*a* Decimus hic epigrammaton liber ius præpropere editus, revocatur ad incudem, & ſecundum curam, quæ emendavit, quæ addidit plurima. *b* Prima illa editione. *c* Poſterioribus illis, & novis his curis. *d* *Appoſitive*, quo majores opes non poſſet mihi Roma dare. *e* Namq; a lectoris candore & gratia librorum immortalitas, ut ſeq. verſu. *f* Vives vindicatus ab hominum oblivione & fato. Lethe ſi. infernum oblivionis. Al. *Nigra*. *g* Monimenta vel nobiliſſima caprificus e muris & ſaxis erumpens diſcutere valet. Plin. 16. l. 19. c. vide ep 2. 8. l. * *monumenta fatiſcunt, Mors etiam ſaxis nominibuſque venit.* Auſonius. Ἡήχει ἡ πίτυλω ὁ πολὺς χεὼν &c. 3 l. Antholog. c. 14. *h* Ec viliſſimæ quiſque conditionis audet deridere vanitatem divitum quibus ſtatuuntur imagines equeſtres quas vetuſtas exedit frangitque. ſic Juven. ſat. 8. v. 4. *i* Ep. 43. l. 4.

At

At chartis nec furta nocent, *k* nec fecula præsunt;
Solaque non norunt hæc *l* monumenta mori.

*k* Dies non habet jus abolendi carmina.

al. *prosunt.* *l* *carmina quam donant, fama perennis erit.* & γὰρ ἀοιδὰς Ἀμυβλύνειν αἰῶν (κλῶ ἐθέλῃ) δύναθ'. 3. l. epigr. 14. c.

## ¶ *Ad Priscum.* III.

*a* VErnaculorum dicta, sordidum *b* dentem,
Et fœda linguæ probra *c* circulatricis,
*d* Quæ sulphurato nolit empta ramento
*e* Vatiniorum proxeneta fractorum,
*f* Poeta quidam clancularius spargit;
Et vult videri nostra. credis hoc, Prisce,
*g* Voce ut loquatur psittachus coturnicis,
*h* Et concupiscat esse Canus ascaules?
Procul à libellis *i* nigra sit meis fama,
*k* Quos rumor albâ gemmeus vehit penna,
*l* Cur ego laborem notus esse tam pravè,
*m* Constare gratis cùm silentium possit?

*a* Scurrilia dicteria, qualia sunt vernarum, ep. 36. l. 12.
*b* Mordacitatem.
*c* Ut quisque abjectissimus, ita solutissimæ linguæ est. cujus importunitate maximè strenoi sunt vagi, erroncs, circulitores, γόητες.
*d* Quæ vilissimos quosque homines proloqui pudeat. Quæ nolit qui vitrea fracta sulphuratis permutat, 36. ep. l 12. c.
*e* Vitreorum calicum, a Vatinio Beneventano artifice. l. 14 ep. 93.
*e* Ep. 11. l. 7. *.
*g* Ut ego solers Poeta loquar rauca voce indocilis illius & obstreperi poetastri. Psittachus enim supra alias aves docilis, coturnix indocilis exprimere humanas voces.
*h* Et velim esse talis poeta. non magis quam celebris choraules Canus (ep. 5. l. 4. g.) cupiat esse ascules, i. utricularius, *a bag-piper.* ex ἀσκὸς & αὐλὸς. i. Male quæsita & ex aliorum infamia.
*k* Qui ex candore quærunt famam & laudem.
*l* Sic epist. ad lib. 1. f.
*m* Alii leg. *Cum stare gratis cum silentio possim?*

## *Ad Mamurram.* IV.

QUi legis *a* Oedipodē, *b* caligantēq; Thyesten,
*c* Colchidas, & *d* Scyllas; quid nisi mōstra legis?
Quid tibi raptus Hylas, quid *f* Parthenopeus, & *g* Atys?
Quid tibi *h* dormitor proderit *h* Endimion? (ιys?
Exutúsve *i* puer pennis labentibus? aut qui
Odit *k* amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te vana juvant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege, * quod possis dicere jure, *l* meum est:
*m* Non hîc Centauros, non Gorgonas, Harpyïasq;
Invenies: hominem pagina nostra sapit.

*a* Fabulas & tragœdias de Oedipo, Thyeste, &c. vide Mythologos.
*b* Quem filios sibi a fratre apposites edentem refugit sol ne videret. vide Senecæ. Thyesten.
*c* Tragœdias de Medæa.
*d* Hanc Nisi filiam Phorci filiam.
*f* L. 6. ep. 59. b.
*g* Puer Cybele dilectus.
*h* Lunæ amasius, ab illa in Latmo sopitus
*i* Icarus.
*k* Salmacidas. Ovid. Metam. 4. Auson. ep. 99. & 68. vide & infra ep. 29. e.
* Al. *quod possit dicere quisque.* Pil. *quod possit dicere vita, meum est.*
*l* Vitam meam spectat, mores meos format.
*m* Meus hic liber non fabulas nubilas & monstrosas garrit: sed vitam humanam corrigit & instituit.

Sed

Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores,
Nec te scire: *n* legas ἀῖτια Callimachi.

*n Iron.* Callimachus autem scripsit librum de originibus, causis & ritubus sacrorum, quem inscripsit τὰ αἴτια vide Cœl. Rhodig. l. 12. c. 1. Gyrald. Dial. 3. hist. Jani Parrhas. var. Annot. Obscurum illud & morosum opus historias ab omni cognitione remotas continens, quod Propertius 2. l. vocat, *Somnia Callimachi*, quia scripturo sibi finxit per somnium adfuisse musas. vide Anthol. l. 1. c. 67. & 3. l. c. 25. ἐις ϖοιητὰς.

## ¶ *In maledicum Poetam.* V.

QUisquis *a* stolæve *b* purpuræve contemptor,
Quos colere debet *c* læsit impio versu:
*d* Erret per urbem pontis exsul & clivi,
Interque raucos ultimus *e* rogato es
Oret *f* caninas panis *g* imp obi *h* buccas.
* Illi December longus, & madens bru na,
Claususque fornix triste frigus extendat:
*i* Vocet beatos clamitetque felices,
*k* Orciniana qui feruntur in spondâ.
Et, cùm supremæ fila venerint horæ,
*l* Diesque tardus; *m* sentiat canum litem,
*n* Abigatque moro noxias aves panno;
*o* Nec finiantur morte simplices pœnæ:
Sed modò *p* severi sectus Æaci loris,
Nunc inquieti *q* monte Sisyphi pressus,
Nunc inter undas *r* garruli senis siccus,
*s* Delasset omnes fabulas poetarum:
Et cùm *t* fateri Furia jusserit verum,
Prodente clamet conscientiâ, *u* scripsi.

*a* Matronarum, *q* arum est stola.
*b* Senatorum, Patrum purpuratorum.
*c* Supra ep. 3. l. & ep. 11. l. 7.
*d* Sic Palatinus codex: mente sitis acri & acuta. Et, per urb. ultra infraq; vilissimam mendicabulorum conditionem, cui nec sedes nec stipis spes in pontibus. In vulgatis legebatur: *Pontes per urbis erret exul & olivus.*
*e* Mendicos.
*f* Canibus projiciendas, ut quæ geminum agitent.
*g* Multis miseris precibus a viatoribus exoriti. *h* Bucceas, buccellas.
* Longam experiatur hyemem in cella frigida. *i* Mortuos præ se beatos prædicet. *k* Sandapilo, fere ro. ab Oreo vel ὄρκος. vide Cœl. Rhod. 10. l. 18. c.
*l* Mortis, quam jam dudum votis expetebat. *m* Dilanietur a canibus. *n* Fiat prædæ avibus: credo ejectis malificorum corporibus, quo diutius putrescerent insepulta, affixos & appensos fuisse pannos ad terrorem avium, quod apud nos factum videmus in hortis & agris a sementes. *o* Nec mortis pœnas mors ultima finiat, &c. Ovid. in Ibin, undæ multæ nostri hic imprecationes. *p* Ex sententia Æaci ex inferni judicibus unius, in pœnas ingeniosi. *q* Sisyphi quod volvit Sisyphus. *r* Tantali, cui sitis famisque pœnas garrula lingua dedit. *s* Exercearetur pœnis omnium quos poetæ fingunt apud inferos torqueri. *t* Ita Ovid. in Ibin. *Sic tibi de furtis scindet latus una flagello, Et sceleris memores conficiare tui.* & Virg. 6 Æn. *u* Ego edidi hæc famosa carmina sub nomine Martialis.

## ¶ *De adventu Cæsaris Trojani.* VI.

FElices, quibus *a* urna dedit spectare *b* conuscum
Solibus Arctoïs sideribusque *c* ducem.

*a* Urna vitæ diuturnioris, ceu mortis. prout serius aut ocyus sors exierit. *vel* electionis urna, qua lecti mittebantur ad principem legati. *b* E Germania, quæ ad Arctum & cui præerat Trajanus, redeuntem. *c* Trajanum.

Quando

Quando erit ille dies, *d* quo campus, & arbor, & Lucebit Latiâ culta feneſtra nuru ? (omnis
Quando *e* moræ dulces, longuſq; à Cæſare *f* pulvis, *g* Toraque Flaminiâ Roma videnda via ?
Quando eques, & *h* picti tunica Nilotide Mauri Ibitis, & populi vox erit una, venit ?

*d* In ὑπόδ· χαῖς Imperatorum, procedebant ordines obviam per campos & ex arboribus ſpectabat populus, fœminæ ex ædibus & feneſtris : tabernæ, feneſtræ, fores ornabantur lauro, fronde, floribus, lucernis appenſis. *e* Ingredientis in urbem Imperatoris ingreſſus lentus & cum pompa, omnibus gratus. *f* In via excitatus. *g* Multitudo egreſſa gratulatum Cæſ. in via Flam. quæ Germaniam ſpectat. *h* Luxus gratia nonnulli equites more Mauricum qui Libyæ pop. ſunt, præcurrebant, tunica acu ab Ægyptiis elaborata induti. infra ep. 13. 6.

## *Ad Rhenum de eodem.* VII.

NYmpharum pater amniumque *a* Rhene,
Quicunque *b* Odryſias bibunt pruinas,
Sic ſemper *c* liquidis fruaris undis,
*d* Nec te barbara contumelioſi
Calcatum rota conterat bubulci ;
Sic & *e* cornibus *f* aureus *g* receptis,
Et *h* Romanus eas utrâque ripa :
Trajanum populis ſuis, & urbi,
*i* Tibris te dominus rogat, remittas.

*a* Fl. Germaniæ, unde Trajanus, ep. ſup. *b*. *b* Ep. 7. l. 7. *b*. *c* Non hiberno gelu conſtrictis. *d* Neque unquam gelu duratus pontem præſtes tranſitumque barbarorum Germanorum incurſibus. *e* Finguntur Dii fluminum præſides cornuti propter ripanum alveorumque curvitatem, magis proprie tamen cornuti dicuntur iſti fluvii qui ſe diducunt in geminos pluresve alveos, unde nata fabulæ occaſio de Anchelöi cornu ab Hercule avulſo. Rheuum Virg. 9. Æn. dixit *bicornem* propter duo oſtia, quibus Druſus tertium addidit, ducta foſſa adverſus incurſum barbarorum. *f* An propter auriſodinas Germaniæ ? an propter ipſos Germanos auricomos ? *g* In unum alveum. *h* Subjecta Romanis ſit Germania cis tranſq; Rhenum. *i* Dominus orbis fluvius, Romæ ſc. capitis & reginæ triumphati orbis fluvius te rogat, cui tamen imperii jus eſt.

## *De Paulla.* VIII.

NUbere Paulla cupit nobis, ego ducere Paullã Nolo. anus eſt, vellem ſi *k* magis eſſet anus.

*k* Capulo vicina & brevi moritura.

## *De ſe.* IX.

*l* UNdenis pedibuſque, ſyllabiſque,
Et multo ſale, nec tamen protervo,
Notus gentibus ille Martialis,
Et notus populis ; quid inviderís ?
*m* Non ſum Andremone notior Caballo.

*l* Hendecaſyllabis. *m* Non ſic mihi ingenii invidere famam, cum minoti fim in pretio & fama apud ſcurrilis hujus ævi cultores quam Sextius Andremon Caballus ſcurra, ep. 36. l. 1. 0. alii Andremona vocant effectum ex nobilis equi Circenſis.

*In*

## *In Paullum.* X.

*a* Ejuſdem ingenii epigr. vide 15.l 2.& l.5.ep 23. & Juven.ſat.1. v.117.

*b* Qui geris conſulatum, quem tibi incunti & annum aperienti præferuntur faſces laureati.

*c* Plebe tenui & paupere, cujuſmodi ipſe fuit Numa.

*d* Al.*reſpicies.*

*a* CUm tu *b* laur geris annum qui faſcibus in-
Mâne ſalutator limina mille teras: (tras,
Hîc ego quid faciam? quid nobis, Paulle, relinquis,
Qui de *c* plebe Numæ, denſaque turba ſumus?
Quid me *d* reſpiciat, dominum, regemque vocabo?
*e* Hoe tu (ſed quanto blandiùs?) ipſe facis.
Lecticam, ſellamque ſequar? nec ferre recuſo:
*f* Per medium pugnas ſed prior ire lutum.
*g* Sæpius aſſurgam recitanti carmina? tu ſtas,
Et *h* pariter geminas tendis in ora manus.
Quid faciet pauper, cui non licet eſſe clienti?
*i* Diviſit noſtras purpura veſtra togas.

Juven.v.3.ſat.184. *e* Ergone te patronum ſalutabo, qui ipſe alios ſalutas multo blandius quam ego te? *f* Sed & ipſe alios præcedis anteambulo, comeſque, ep.31.l.3.c. *g* Quod attendentis, faventis applaudentiſque ſignum eſt. *h* Applaudis. *vel* A facie jactas manus, quaſi per admirationem. Juven v.3. ſat. 100. *i* Æque ſumus clientes, vos purpurati tantum diſtincti eſtis a nobis togatis, alii leg. *Dimiſit*, vos purpurati clientes excluſiſtis nos togatos ab officio clientum. Turneb.30.l.30.

## ¶ *In Calliodorum.* XI.

*a* Nobile amicorum par.

*b* Vel infimo ſervitii munere defungi, ut præſtare matutam, vel porcos paſcere.

*c* Forte, quod in glandiferis Pindi ſylvis degebat Perithous.

NIl aliud loqueris, quàm *a* Theſea, Perithöũq;
Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.
Diſpeream, ſi tu *b* Pyladi præſtare matellam
Dignus es, aut *c* porcos paſcere Perithoï.
Donavi tamen, inquis, amico millia quinque,
*d* Et lotam *e* (ut multum) terq; quaterq; togam.
Quid! quòd *f* nil unquam Pyladi donavit Oreſtes?
Qui donat, quamvis plurima, plura negat.

*d* Et togam non uſq; adeo tritam, non ultra ter quaterve lotam. *e* Ex perſona poetæ interpoſitum, indignantis togam imputatam, quaſi magna illa res fier. *f* Quippe qui omnia cum Pylade communicavit. quod quia tu non facis, ſed multa negas, non es verus amicus.

## *Ad Domitium.* XII.

*a* Ep.3.l.3.2.

*b* Oppidum Inſubrium, ubi Apollo colitur. vide Pt. Cluverium, l 1. Ital. antiq.c.23.

* Ep 19. l.4.b.

*c* Niſi te ſecceſſu permittam, al *dimitto*. P. Scriv. emendat, *præmitto*, quod de vita functis dicebant, tanquam eos ipſos ſequuturi, ſed diſpiciat lector. *d* Sed deſiderio noſtri tu præferis unius ætatis ruſticationem, qua tui colendi & animi relaxandi cauſa ab urbanis curis ſecedis.

AEmiliæ gentes, & *b* Apollineas Vercellas,
Et * Phaëtontei qui petis arva Padi;
Ne vivam, niſi te, Domiti, *c* permitto libenter,
Grata licet ſine te ſit mihi nulla dies
*d* Sed deſiderium tanti eſt, ut meſſe vel unâ
Urbano releves colla peruſta jugo.

*e* I precor, & totos avidâ cute combibe soles,
*f* Quàm formosus eris, dum peregrinus eris!
Et venies *g* albis non cognoscendus amicis,
*h* Libabitque tuas pallida turba genas.
Sed via quem dederat, rapiet citò Roma colorem,
*i* Niliaco redeas tu licet ore niger.

*e* Vade itaque, insolationi vaca, qua utebantur veteres ad figendam valetudinis causa, & colorandum nitoris gratia, curim. *f* Quam pulchre coloratus peregre redibis! *g* σκιαγόροις abumbrà urbana pallidis, sole non coloratis. vide ep. 49. l. 1. *h* Oculo excipiet. Al. *libebitque tuæ palat gentis*, h.e. invidebit. *i* Ægyptii vero fusci.

## ¶ *Ad Tuccam.* XIII.

*a* CUm cathedralicios portet tibi rheda minis-
*b* Et Libys in longo pulvere sudet eques;
*c* Strataque non unas cingant trielinia *d* Baias,
*e* Et Thetis unguento palleat uncta tuo;
Candida *f* Setini rumpant crystalla *g* trientes,
Dormiat in plumâ nec meliore *h* Venus:
Utere nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam malè sit cui tibi, Tucca? *k* bene est.

*a* Cum habeas tecum in rheda vel curru, quoties iter facis, pueros délicatos, teneros, effœminatos, mollitie non cedentes fœminis quarum proprie est cathedra. Turneb. 30. l. 3. & 30. c. Symphoniacos, forte. *b* Et tibi, pro more lautiorum, præcurrant equites Numidæ. Senec. epist 114. *Omnes &c jam peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat.* *c* Et tibi ad multas tuas thermas & balneas multa exeruantur triclinia, diætæ, cœnationes. *d* Baiæ, quibus celebres sunt Baiæ. *e* Et ampla balnea, quæ & maria dicebantur & piscinæ unguentis infusis (qui veterum luxus) palleant. *f* Optima vina e Setia frangant dum miscentur, calore rumpant pocula tua crystallina. *g* Calices 4. cyathorum. ep. 26. l. 1. b. *h* Quæ in olorina cubat. *k* Ex rerum affluentia nascitur tibi vitiosa materia.

## *Ad Crispum.* XIV.

CEdere de nostris nulli te dicis amicis,
Sed sit ut hoc verum, quid, rogo, Crispe, facis?
Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti:
Non caperet nummos cùm gravis arca tuos.
Quando fabæ nobis modium sarrisve dedisti,
*l* Cùm tua Niliacus rura colonus aret?
Quàdo brevis gelidę missa est toga tępo e brumę?
*m* Argenti venit quando selibra mihi?
Nil aliud video, quo te credamus amicum,
*n* Quàm quòd me coram pedere, Crispe, soles.

*l* Cum colonus tuus in Ægypto multos tibi aret fundos. *m* Sic Palatinus Vulg. *Argenti quando missa selibra mihi est?* *n* Animam impendere, sive, ut ait ille, aliquid animæ amittere in honorem amici, honeste parum, at satis familiariter, & pro comitate suilla: ubi arctioris amicitiæ argumentum habetur, mutuis se officiis comitari ac deducere ad sellas Patrocliana; & dulcissimos conserere sermones in Cloacinæ sacello.

## *De Apro.* XV.

*n* In ludo ſagittario, quaſi per errorem, vel ſauciat uxoris cor acuta amoris, ceu doloris ſagitta, dum ipſe ludit in aliis. *o* Sed dum ſe ludere neſcire ſimulat, optime in rem ſuam ludit, efferendo uxorem bene dotatam, alii leg. *lædere.*

*n* DOtatæ uxori cor arundine fixit acutâ,
*o* Sed dum ludit Aper; ludere novit Aper.

## ¶ *In Caïum.* XVI.

*a* Quicquid auri fodituri in Hiſpania. Gallecia autem & Aſturia Hiſpaniæ regiones ſunt, aurifodinis quondam celebres.

SI donare vocas promittere nec dare, Caï:
Vincam te donis, muneribuſque meis.
Accipe *a* Callaicis quidquid fodit Aſtur in arvis,
Aurea quidquid habet *b* divitis unda Tagi;
Quidquid *c* Erythræâ niger invenit Indus in algâ,
Quidquid & in nidis *d* unica ſervat avis;
Quidquid *e* Agenoreo Tyros *f* improba cogit aëno:
Quidquid habent omnes, accipe *g* quomodo das.

*b* Auri ramentis fluens Tagus fl. Hiſpaniæ. *c* Ep. 36. l. 5. e. *d* Phœnix. vide ep. 7. l. 5. 2. & 43 ep. l. 6. c. & o. *e* Tyrio, purpureo. Tyros enim & Sidon Agenori regna erant. *f* Inventrix purpuræ qua iterantur lanæ, veſtes purpureas appellat Sen. ep. 115. *Lacernas colorbs improbi.* Improbum laborem appellavit Virgilius aſſiduum & iteratum, ita & veſtes *improbi coloris* dibaphas & iteratas aheno purpureo. & huc facit Plin. 9. l. 41 c. *Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum, rurſus abſoluens inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroq; nomen improbum, ſimulq; luxuria duplex.* 14. l. 147. ep. *g* Promiſſis ſc.

## *De Macro ad Muſam.* XVII.

*a* Carmina mea, quæ per Macri, in via Appia ſternenda cui præficiebatur ab Imperatore, occupationes intermiſſa ſunt a me in Saturnalibus, exigit Macer tanquam tributum ſtatum & annuum. *b* Geometrarum. libris Geometricis, ut rationem viæ ſternendæ & muniendi percipiat. *c* Negligeris ſc. meis nugis poſthabita.

*a* SAturnalicio Macrum fraudare tributo
Fruſtra, Muſa, cupis: non licet, ipſe petit!
Solenneiſque jocos, nec triſtia carmina poſcit;
Et queritur nugas obticuiſſe meas.
*b* Menſorum longis ſed nunc vacat ille libellis,
Appia, *c* quid facies, ſi leget iſta Macer?

## *De Mario.* XVIII.

*a* Pro clientibus. *b* Munera dare. *c* Clientum. *d* Unde nihil huſtus. *e* Inſipientes qui gratis ſerviant — *f* — Togati clientes! *Metonymice.*

*a* NEc vocat ad cœnã Marius, nec munera mittit,
Nec *a* ſpõdet, nec vult *b* credere: ſed nec habet.
*c* Turba tamen non deeſt, *d* ſterilẽ quę curet amicũ.
Eheu quàm *e* fatuæ ſunt tibi, Roma, *f* togæ!

¶ *Mittit*

¶ *Mittit librum ſuum ad Plinium.*

XIX.

[a] NEc doctum ſatis, & parum ſeverum,
[b] Sed non ruſticulum nimis libellum,
Facundo mea Plinio, [c] Thalia,
Imperfer: brevis eſt labor peractæ
[d] Altum vincere tramitem Suburræ,
Illic [e] Orphea protinus videbis
Udi vertice [f] lubricum theatri,
Miranteiſque feras, [g] avemque regis,
Raptum quæ [h] Phryga pertulit Tonanti.
Illic parva tui domus [i] Pedonis
Cælata eſt aquilæ minore pennâ.
Sed ne tempore [k] non tuo [l] diſertam
Pulſes [m] ebria januam, videto.
Totos dat [n] tetricæ dies [n] Minervæ,
Dum [o] centum ſtudet auribus virorum,
Hoc quod ſecula, poſterique poſſint
[p] Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lacernas:
[q] Hæc hora eſt tua, cùm furit Lyæus,
Cùm regnat roſa, cùm madent capilli:
[r] Tunc me vel rigidi legant Catones.

[a] Super rumore defuncti Martialis in epiſtola ult. lib. 3. ad Priſcum, gratatur Plinius, laudat & bene precatur Poetæ de hoc epigr. cujus partem ibi referens, *Aliquintur Muſam*, ut quit de Martiali, *mandat, ut domum meam Esquiliis quæ rat, adeatq; reverenter*, &c.
[b] Non tamen omnino inelegantem.
[c] Muſa carminis mei jocoſi præſes, ep. 7. l. 4. in. & ep. 14. l. 7. c.
[d] Aſcendere per declivem collem e Suburra Eſquilias.

[e] Inſignis Plinii faſtigio effictum. Plin. hiſt. l. 35. c. 8. [f] Stillicidio, vel Aſperſionibus theatri. [g] Aquilam. In templorum, atque ædium nobiliorum faſtigiis apponebatur aquila. minorum vero, coronis. ep. 1. hujus libri. [h] Ganymedem. [i] Albinovani, Poetæ, cujus domus faſtigio inſidet aquila minor priore illa Ganymedem rapiente. [k] Alio quam quod jocoſis carminibus convenit. vide ep. 7. l. 4. l. [l] Plinii Sec. oratoris diſerti. [m] Laſciva, petulans, intempeſtiva. [n] Studiis ſeveris & gravioribus. [o] Foro & cauſis Centumviralibus. ep. 31. l. 6. c. & 51. ep. 7. l. 9. & Plinii epiſt. paſſim. [p] M. Tullii Cic. Arpinatis, quem ſibi ubique imitandum propoſuiſſe Plinius confitetur. [q] Nona hora aut decima. ep. 7. l. 4. l. & in. inter pocula, roſas, unguenta. [r] Namque hac hora vel rigidi Catones depoſita gravitate calent mero.

¶ *Ad Manium.* XX.

[a] DUcit ad auriferas quòd me Salo Celtiber ſoras,
[b] Pendula quòd patriæ viſere tecta liber,
Tu mihi ſimplicibus, Mani, dilectus ab annis,
[c] Et prætextatæ cultus amicitiæ;
Tu facis; in terris quo non eſt alter Iberis
Dulcior, & vero dignus amore magis.
[d] Tecum ego vel ſicci Gætula mapalia Pœni,
Et poteram Scythicas hoſpes amare caſas.

[a] Cur redire velim in patriam meam, viſurus Hiſpaniam aurifodinis celebrem, & ſalonem. ep. 43. l. 1. l. tu mihi cauſa es O Mani, &c.
[b] Bilbilim in edito ſitam.
[c] Uſqs a pueris qui prætextam gerunt, amicitia culta. [d] Tecum vel in arenoſis Africæ deſertis vel inhoſpitali Scythia degerem.

e Omnis nobis locus pro Roma erit.

Si tibi mens eadem, si noſtri mutua cura eſt,
e In quocunque loco Roma duobus erit.

## *Ad Sextum.* XXI.

a Grammaticus cujus meminit Tranquilius & A. Gell. & Macrobius.

b Grammaticus cujus meminerunt Seneca, epiſt. 66. & Auſonius, epiſt. 18. ad Urſul.

SCribere te, quę vix intelligat ipſe a Modeſtus,
Et vix b Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?
Non lectore tuis opus eſt c ſed Apolline libris:
Judice te major d Cinna Marone fuit.
c Sic tua laudentur: ſanè mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & f ſine Grammaticis.

c Sed divinatore Oedipo aliquo, Sibylla, imo ipſo Apolline. d Poeta, autor egregii quidem laudatique operis ſed obſcuri, & quo nec ſe ſcribere ſatis digna per modeſtiam profitetur Virgilius, eclog. 9. e Propter obſcuritatem & intricatas tenebras. f Abſque ope Grammaticorum interpretum. Quotus tamen quiſque Grammaticorum, immo Criticorum, aut (quos M. Cato dixit, *Mortuaria gloſſaria*) philoſophorum hæc intelligit?

## *In Philænim.* XXII.

b Ep. 25. l. 2. n.

f Ne te ſalutem.

CUr e ſplenario ſæpe prodeam mento,
Albâve pictus ſana labra ceruſſa,
Philæni quæris? f baſiare te nolo.

## ¶ *De M. Antonio.* XXIII.

a Annos LX. ex computatione Chronologorum, quibus Olympias eſt quatuor annorum ſpatium, annos LXXV. ex ratione poetarum qui Olympiadi pro quinquennio cum luſtro uſurpant.

JAm numerat placido felix Antonius ævo
a Quindecies actas * Primus Olympiadas:
Præteritoſque dies, & b tutos reſpicit annos:
c Nec metuit Lethes jam propioris aquas.
Nulla recordanti lux eſt ingrata, graviſque:
d Nulla fuit cujus non meminiſſe velit.
Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus: hoc eſt
Vivere bis, e vitâ poſſe priore frui.

* Cognomen Antonii, ut infra ep. 31. ep. 83. l. 9. b Extra fortunæ aleam poſitos, in quos fortuna jus perdidit. Al. *toros.* c Nec metuit mortem. d Al. *Nulla ſubit.* e Jucunda bene actæ vitæ recordatione.

## *Ad Calend. Martias.* XXIV.

a Jam quinquageſimum ſeptimum natalem meum celebro libis & thuris acerra.

NAtales mihi Martiæ Calendæ,
(Lux formoſior omnibus Calendis,)
a Quinquageſima liba, ſeptimamque
Veſtris addimus hanc focis acerram.
His vos (ſi tamen expedit roganti;)
Annos addite b bis precor novenos.

b Alii leg. *ter*, rectius *bis*, anni enim 27. additi nimis & ultra votum Poetæ extenderent ſenectam.

Ut

Ut non dum nimiâ piger senectâ,
Sed vitæ *c* tribus areis peractis
Lucos *d* Elysiæ petam *d* puellæ.
Post hæc tempora, nec diem rogabo.

*c* Area in Circo spacium est curriculi. 25. missuum est unius diei arga. Missus trium

arearum conficiunt numerum annorum, quos sibi vovet Poeta. P. Scriv. explosa lectione *tribus aureis*, cum recepta expositione Aurei Rom. æstimari 25. denariis. Jo. Meursii. Mantissa c. 19. *d* Proserpinæ.

## *De Mucio.* XXV.

IN *a* matutinâ nuper *b* spectatus arenâ
Mucius, imposuit qui sua membra focis;
Si patiens fortisque tibi durusque videtur,
*c* Abderitanæ pectora plebis habes.
*d* Nam cùm dicatur tunicâ præsente molestâ;
Ure manum: plus est dicere; non facio.

*a* Mane pugnabant damnati cum bestiis, post meridiem qui ex bestiariis superaverunt, inter se. Lypf. 3. Saturn. c. 15. Senec. epist. 7.

*b* Vide hoc spectaculum, ep 30. l. 8. *c* Stolidus es, *Verve rum in patria crassoque sub aere natus*, ut ait Juven. 10. sat. v. 50. ad quem, vide quæ nos *d* Nam si damnato huic daretur conditio ut repræsentando Mucii manum exustam (de quo ep. 22. l. 1. & l. 8. ep. 30.) redimeret supplicium tunicæ molestæ in qua pice, sulphure, bitumine, cæteriisque ignium alimentis infita ardendum illi fuerat: minus fortiter facit (saltem audacter minus) parte quam toto corpore exusto.

## *De morte Vari.* XXVI.

*a* VAre Parætonias Latiâ modò vite per urbes
Nobilis, & *b* centum dux memorande viris:
At nunc *c* Ausonio *d* frustra *e* promisse *c* Quirino
Hospita *f* Lagæi littoris umbra jaces.
*g* Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
Pinguia nec mœstis addere thura rogis.
Sed datur æterno victurum carmine nomen.
Numquid & hoc, *h* fallax Nile, negare potes?

*a* Vare, quimodo in Ægypto Parætonium autem Ægypti urbs) gessisti Rom. tribunatum, cujus insigne est vitis quam gestabat tribunus ad castigandos milites.

*b* Centurio. Romuli instituto, legio, quæ constabat 3. millibus, distributa est in 30. centurias, quibus singulis singuli præerant centuriones. postea tamen mutatio numero militum, manipulorum & centuriarum in legione, 60 militibus præerat centurio, qui primitus 100. *c* Romæ in Italia quam condidit Quirinus. i. Romulus, *vel* Romanis frustra prom. *d* Namque mortuus es in Ægypto. *e* Umbra prom. i. tu promiseras, nos expectabamus reditum. *f* Ægyptii, a Lago patre Ptolomæi Maced. *g* Sic ep. 66. l. 6. g. *h* Ægypte, quæ negabas Varo reditum, mihi funeris curam.

## *Ad Diodorum.* XXVII.

NAtali, Diodore, tuo conviva senatus
Accubat & *a* rarus non adhibetur eques;
Et tua *b* tricenos largitur sportula nummos:
*c* Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

*a* Non rarus, i. frequens. *b* Tripliceni sportulam. *c* Hoc faciunt allecti tua sportula, vel in gratiam Imperatoris, cui tu gratus, ut quondam Vespasiano: nemo tamen eorum est qui non te pro ignobili habeat obscuro terræque filio. Seneca in Apocolocyntho si: *Nemo enim illum unquam natum putavit.*

*Ad Janum.* XXVIII.

a Ep. 2. 2. & 8. b. l. 8.
b Prius habuisti sacellum in foro Transitorio; dicto. *Vel* quod per id in aula esset transitus utpote situm inter Capitolium & collem Quirinalem; *vel* a quatuor transitionibus ad 4. portas Jani templi. c Quibus ornatur templum tuum a Domitiano, Nerva, Trajano. d Nempe, quatuor, veteres Romanum, Julium, Augustum, Transitorium: e Ep. 2. l. 8. c. f Præsta pacem æternam, cujus signum Janus clausus; ut apertus, belli. ep. 63. l. 8. c.

A Nnorum, nitidiq; fator pulcherrime mundi,
a Publica quē primū vota precesq; vocant,
b Pervius exiguos habitabas antè Penates,
Plurima qua medium Roma terebat iter:
Nunc tua c Cæsareis cinguntur limina donis;
Et fora d tot numeras, Jane, e quot ora geris.
At tu, sancte pater, tanto pro munere gratus,
f Ferrea perpetuâ clausira tuere sera.

*De Apollinaris litore Formiano.*
XXIX.

a Maritima Campaniæ urbs, ubi villam ceu prætorium habuit Apollinaris, ad quem, ep. 73. l. 4. & 22. l. 7.
b Cum se recipit ex urbis Romanæ occupationibus & negotiis.
c Temperato cœlo & amœnitati Formianum non præfert Tibur pudicæ suæ uxoris solum natale ceu villam. non Tusc. Algidos recessus, Præneste nec Arxur.
d Præ Formiis non desiderat Circæum promontorium,

O Temperatæ dulce a Formiæ litus:
Vos, b cum severi fugit oppidum Mattis,
Et inquietas fessus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
c Non ille sanctæ dulce Tibur uxoris,
Nec Tusculanos, Algidósve secessus,
Præneste nec sic, Antiúmve miratur.
d Non blanda Circe, Dardaniśve Cajeta
Desiderantur, nec Marica, nec Liris,
e Nec in Lucrinâ lora Salmacis venâ.
Hic summa leni stringitur f Thetis vento;
g Nec languet æquor: viva sed quies Ponti
Pictam phaselon adjuvante fert aura,
Sicut puellæ non amantis æstatem
h Morâ salubre purpurâ venit frigus.
Nec i sera k longo quærit in mari prædam,
Sed à cubili lectulóque jactatam
l Spectatus altè lineam trahit piscis.
m Si quando Nereus sentit Æoli regnum,
Ridet procellas tuta de suo mensa.

Cajetam Trojanis conditam; Maricam, Liris, de quibus vide Geographos & Leandrum in primis. e Nec lacum Lucrinum in Campania, cujus aqua ut & Baiarum atque delicata & mollis ac Salmacis in Caria cujus fons effœminare vulnos dicitur à poetis. Ovid. 5. Met. Auson. ep. 68. & 92. Anthologiæ. l. 1. c. 17. f Æquor. g Nec tamen stagnat, sed leni aura portat naviculas. h Æque lenis est Formiani sinus aura, atque illa quam sibi faciunt puellæ per æstatem agitantes aera mota veste vel flabello 33. epist. Brodæus flabellum ex pavoninis pinnis purpureis confectum intelligit. Miscel. l. 10. c. 22. i Linea piscatoria. k Longe. l Per aquam pellucidam. m Si quando mare ventis tollatur, mensa minime solicita est de piscibus, ut quæ suo penu e suo regno, suis piscinis satis instructa.

Piscina

Piſcina rhombum paſcit, & lupos *n* vernat;
*o* Narat ad magiſtrum delicata muræna,
*p* Nomenculator mugilem citat notum,
Et adeſſe juſſi prodeunt ſenes multi.
Frui ſed iſtis quando, Roma, *q* permittis?
*r* Quot Formianos imputat dies annus.
Negotioſis rebus urbis hærenti?
O ſanitores, villicique felices!
*t* Dominis parantur iſta, ſerviunt vobis.

*n* In ſuis natos piſcinis.
*o* Sic ep. 30. l. 2. e.
*p* Qui piſces nominatim citet evocetque; non ſecus ac nomenclatores ſolebant in foro & campo Martio citare reos convivaſque, & ſuggerere nomina civium dominis ſuis in ambitu & petitione magiſtratus ſalutandorum. *q* Per occupationes & curas urbanas. *r* Quot dies, quos jucunde liceret agere Formiis, poſſunt imputari quaſi perditi urbanis curis? *ſ* Aliis, *vigilatores*. *t* Domini raro, furtim & per otium, civicis quaſi omiſſi vinculis has voluptates carpunt: Vos, O villici, ſemper, libere & ad ſatietatem iis fruimini.

## *In Calliodorum.* XXX.

A Ddixſti ſervũ nummis *b* here, mille trecentis
Ut benè cœnares, Calliodore, *c* ſemel:
Nec bene cœnaſti, nullus tibi quatuor emptus
Librarum *d* cœnæ pompa caputque fuit.
Exclamare libet, non eſt hic improbe, non eſt
Piſcis: homo eſt, hominem, Calliodore, voras.

*a* Vendidiſti.
*b* Heri, ep. 44. l. 1. 2.
*c* Ex pretio ſervi venundati.
*d* Cœnæ 3. ſunt partes, antecœna, cœnæ caput, cœna pompa, & ſecundæ menſæ, ceu bellaria.

## ¶ *De imagine Marci Antonii, ad Cæditianum.* XXXI.

HÆc mihi quæ colitur violis pictura, roſiſque,
Quos referat vultus, Cæditiane, rogas?
Talis erat *a* Marcus mediis *a* Antonius annis
* Primus: in hoc juvenem ſe videt ore ſenex.
*b* Ars utinam mores animumq; effingere poſſet:
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

*a* Ep. 83. l. 9.
* Supra ep. 23.
*b* *Quod ſi occulta facies honeſti cerneretur, mirificos ſui amores excitaret.* Plato. Spectabile hoc & imitabile picturam laudandi exemplar.

## *Ad Munatium Gallum.* XXXII.

SImplicior priſcis, Munati Galle, *a* Sabinis,
*b* Cecropium ſuperas qui bonitate *b* ſenem;
*c* Sic tibi cum ſoceri claros retinere Penates
Perpetuâ natæ det face caſta Venus:
*d* Ut tu, ſi viridi tinctos *e* æruginе verſus,
Fortè malus livor dixerit eſſe meos,

*a* A quibus pet ludorum ſpeciem circumventis Romani fœminas rapuerunt.
*b* Socratem, qui Juvenali *ſenex vicino Hymetto*. Alii Epicurum intelligunt. *c* Sic tibi caſta Venus det retinere claros Penates ſoceri cum perpetua face natæ. uxoris ſc. tuæ. Alii leg. *conſoceri claros*. *d* Ut tu, &c. a nobis abigas. i. me aſſeras. ut ep. 58. & 11. l. 7. *e* Maledicentiæ livore, quem ep. 58. l. 7. dixerat, *atrum venenum*.

Ut

Ut facis, à nobis abigas: nec scribere quemquam
Talia contendas carmina qui legitur.
f Ep. ad l. 1. g. & epigr. 3. l. 8. m. f Hunc servare modum nostri novere libelli;
Parcere personis, dicere de vitiis.

## *Ad Cæs. Trajanum.* XXXIII.

(reris;
* Al. *Cæsar Tra.* DI tibi dent quidquid,* princeps Trajane, me-
Et rata perpetuo, quæ tribuere, velint:
a Qui restituis patronis jus patronatus in libertos suos, quos Domitianus militibus æquarat. a Qui sua restituis spoliato jura patrono;
Libertis b exul non erit ille suis.
c Dignus es, ut possis totum servare d clientem
e Ut liceat tantùm; vera probare potes.

b Jure suo spoliatus tanquam proscriptus & exul. c Certe dignus es integram inire laudem ex integro cive Romano pristinæ suæ dignitati restituto. d Civem Rom. e Al. *Ut (liceat tantum vera probare) potes.*

## *De Sulpiciâ.* XXXIV.

a Poetriam, Martiali coævam, cujus meminit Sidonius carm. 9. OMnes a Sulpiciam legant puellæ,
Uni quæ cupiunt viro placere.
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Uni qui cupiunt placere nuptæ,
b Non hæc * Colchidos asserit furorem,
* Diri prandia nec refert Thyestæ;
* Scyllam, * Byblida c nec fuisse credit:
Sed d castos docet, & pios amores,
Lusus, delicias, facetiasque.
Cujus carmina qui bene æstimârit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
g Hac condiscipulâ, vel hac magistrâ
Esses doctior & pudica h Sappho.
Sed tecum pariter simulque visam
i Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra k: namque ea nec Tonantis uxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viveret Caleno.

b Non scribit insanos Medeæ amores, vel non excusat Medeæ scelera, sic Juven. *pertinuit ignoscit Elisa.* 6 sat. 436. * Vide Mythologos & 4. ep. supra. c Nec ipsa creder, nec aliis credendas ingerit has fab. d De amore conjugum. g Si Sulpitia usa fuisses magistra vel condiscipula, O Sappho. h Poetria, celebrata decima musa. i Qui neglexit, contempsitq; alias mulieres, ad amores durus, Sulpiciam tamen æque aut potius amaret. k Neq; enim Bacchi, Apollinis, ipsiusve Jovis thalamos præferet thalamis conjugis sui Caleni, ad quem mox ep. 37.

## *In Munnam.* XXXV.

a Adulterantia virum. b Ep. 62. l. 3. q. & 13. l. 118 ep. a IMproba Massiliæ quidquid b fumaria cogunt,
c Accipit ætatem quisquis ab igne cadus;

c Vina apothecis condita superponebantur fumariis ut præcoctem maturitatem a fumi tenore traherent. Horat. 8. od. l. 3 Columell. 6. c. 1. l. & Galen. περὶ ἀντιδ. sed insalubrissima esse hæc vina testatur Plin. l. 23. c. 1.

A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis
Per freta per longas *d* toxica sæva vias:
Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit, aut cellis *e* Setia cara suis.
Non venias quare tam longo tempore Romam,
Hæc puto causſa tibi est; ne tua vina bibas.

*d* Vina insaluberrima, ut jam nota c. vine & ep 19. l. 1. f.
*e* Vina Setina nobilia e Setia Campaniæ.

## ¶ *Ad Maternum.* XXXVI.

*a* JUris, & æquarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum;
*b* Municipi, Materne, tuo veterique sodali
*c* Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.
*d* An *e* Laurentino turpes in litore ranas,
Et satius tenues * ducere credis *f* acos?
*g* Ad *h* sua captivum quàm saxa remittere mullū,
Visus erit libris qui minor esse tribus?
Et *i* fatuam *k* summâ cœnare *l* Pelorida mensâ,
*m* Quosque tegit levi cortice choncha brevis?
Ostrea *n* Baianis quàm non liventia testis,
*o* Quæ pueri domino non prohibente vorent?
Hic *p* olidam *q* clamosus ages in retia vulpem,
Mordebitq; tuos *r* sordida præda canes.
*s* Illic piscoso modò vix educta profundo
Impedient lepores *t* humida lina meos.
Dum loquor, ecce redit sportâ piscator inani:
Venator capta *u* mele *x* superbus adest.
*y* Omnis ab urbano venit ad mare cœna macello.
*z* Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.

*a* Jurisperite sanctissime atq; disertissime.
*b* Mihi concivi tuo & συμμαθητῆ meditanti patriam & Bilbilim meam visuro (ut supra ep. 20.) si quid est, quod mandatum velis, mandabis nuncio.
*c* Hispanum. ep. 16. supra 2.
*d* An forte Hispaniæ copiæ præfers Italiæ inopiam?
*e* Quod distat a Roma 17. M. passuum.
* Capere.
*f* Piciculos quosdam vilissimos.

*g* Quam in Hispania captos mullos, nisi trilibres sint in mare rejicere. *h* Quibus vivant, unde extrahuntur. Pisces vero saxatiles fluviatilibus meliores. *i* Insipidam, nullius corporis. *k* Lautissima mensa. *l* Ep. 20. l. 6. d.. *m* Mitulos. *n* Potius quam in Hispania cœnare ostrea nobilia — *n* — quæ non habent quod invideant, i. non cedentia ostreis in Lucrino lacu prope Baias natis. *o* Tanta eorum in Hispania copia. *p* Ep. 4. l. 4. m. *q* Canes horratus *r* Vulpes. *s* In Hispania. *t* Retia modo extra & e piscosi maris & in terra capient lepores. *u* Pilat. *mele*, unde Rutgersius & Scriverius *mele*, animali mordaci & pernitioso, quod vulgo Taxus sive Dassus appellatur, legebatur antea *marte*. *x* Perinde ac optima præda esset onustus. *y* Ad villas in Italia maritimas pisces ex urbe feruntur ad mensas instruendas. sic ep. 42. q. & 48. ep. nota 25. l. 3. *z* Supra not. c.

## *Ad Calenum.* XXXVII.

O *a* Molles tibi quindecim, * Calene,
Quos cum * Sulpicia tuâ jugales
Indulsit deus & peregit annos!
O nox omnis & hora, quæ notata est
*b* Caris litoris Indici lapillis:

*a* Jucundos, felices.
* Supra ep. 34.
*b* Ep. 44. l. 8. b.

*f* Vixisti

*f* Verum egisti vitam solos hoice 15. annos quibus rursti uxoratus.
*g* Unum ejusmodi diem tibi a fatis redditam præferres
*c* Vixisti tribus, ô Calene, lustris;
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
*g* Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos vel unam,
Malles quàm Pyliam quater senectam.

4. ætatibus Nestoris. i. 12. seculis. vide ep. 24. l. 9. a.

## ¶ *In Lesbiam.* XXXVIII.

*a* Immo antiquiores omnibus Consulibus.
*b* Secundo rege Rom.
*c* Al. *narres.*
*d* Ita annosa es & simul adeo squalida & turpis ut videaris e luto facta a Prometheo. respicitque figmentum Poeticum. vide ep. 63. initio.

COnsule te Bruto quid juras, Lesbia, natam?
*a* Mentiris: nata es, Lesbia, Rege *b* Numa.
Sic quoq; mentiris namq;, ut tua secula *c* narrant:
*d* Ficta Prometheo diceris esse luto.

## *In Proculeiam.* XXXIX.

*b* Januario. & *νὺ νου μηνὸς* ἀντὶ τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνδρα τὸν ἐμὸν. *veterem maritum.*
*c* In repudiis comprobata sunt hæc verba, *Tua res tibi habeto*, item, *Tuas res tibi agito.* Caius l. 2. ff. de Divort.
*d* Ne itaque uxor dotata & dives marito pauperi designato Prætori cogeretur suppeditare impensas purpuræ (namq; purpurati ceu prætextati curabant Megalesia Prætores) & ludorum in honorem Magnæ matris deum & ad conciliandam gratiam & salutem populi; fecit Proculeia divortium. *e* Merula refert ad Floralia. Raderas ad Fornacalia, Palilia ceu Larentalia. Ego hæc eadem Megalesia maxime populare sacrum fuisse censeo, ut quæ ad religionem & lætitiam populi celebrata sunt.

*b* Januario. & *νὺ νου μηνὸς* ἀντὶ τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνδρα τὸν ἐμὸν. *veterem maritum.*

MEnse novo Jani veteré Proculeia, maritum
Deseris, atq; jubes *c* res sibi habere suas.
Quid rogo; quid factũ est? subiti quæ causa doloris?
Nil mihi respondes? dicam ego: *d* prætor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus, ut nimium munera parca dares:
Et *e* populare sacrum bis millia dena tulisset.
Discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

## *Ad* * *Dyndimum.* XL.

* Ad eundem, ep. 42 & 80. l. 5.
*b* Nondum decerpta, intacta adhuc.

TAm dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus, & soles, & levis aura terat:
Celantur simili *b* ventura Cydonia lanâ,
Pollice virgineo quæ spoliata nitent.

## *Ad Philerotem.* XLI.

*i* Sepulchris consecrati agellum moris fuit ut dictum ep. 97. & 98. l. 1.
*k* Plus nulli, Phileros, quàm tibi reddit ager.
*k* Minent enim tibi dotes sepultarum, vacatq; thalamus novo conjugio.

SEptima jã Phileros, tibi conditur uxor in *i* agro,

¶ *Ad*

## ¶ *Ad a Q. Ovidium.* XLII.

"QUincte *b* Caledonias Ovidi viſure Britanos,
Et *c* virídem Tethyn, Oceanumq; *d* patrem:
Ergo *e* Numæ colles, & *f* Nomentana relinques
Otia? nec retenet tuſque focuſque ſenem?
*g* Gaudia tu differs: at non & ſtamina differt
Atropos; atque omnis ſcribitur hora tibi.
Præſtiteris caro (quis non hoc laudet?) *h* amico,
Ut potior vitâ ſit tibi ſancta fides.
Sed reddare tuis tandem manſure Sabinis.
*i* Teque tuas numeres inter amicitias.

a De hoc ep 37. & 38. l. 7 & 42. l. 9
b Scotos. ep. 9. lib. ſpect. e.
c Cœruleum ceu viride mare.
d Patremne fluminum *Phyſice*? an quia Deus? Dii autem omnes dicti patres, an ex opinione Thaletis qui omnia ex aqua generari ſenſit? vide quæ nos ad 266. verſ. Oedipi Senecæ.
e Sabinorum regionem montanam, unde oriundus Numa, Curibus ſc. & in qua prædium Ovidii Nomentum. Cluver. Ital. l. 2. c. 8. Alii exp. Romam a Numa ſecundo rege auctam.
f Prædium tuum Nomentanum, de quo ep. 89. l. 1. & 75. l. 7.
g Vide ep. 43. l. 4. & 16. l. 1.
h *Cæſonio*, ut ep. 37. & 38 l. 7. vel alteri cuivis am.
i Virum probum maxime ſe amare decet, &c. Ariſt. Magn. Mor. 2. l. 13. c. & 14. *Qui ſibi amicus eſt, hunc certo amicum omnibus eſſe.* Senec. 6. epiſt.

## ¶ *In delicatum lectorem.* XLIII.

SI quid *a* lene mei dicunt & *a* dulce libelli:
Si quid *b* honorificum pagina blanda ſonat:
Hoc tu *c* pingue putas, & *d* coſtam rodere mavis,
Ilia Laurentis cùm tibi demus apri.
*e* Vaticana bibas, ſi deleſtaris aceto:
Non facit ad ſtomachum *f* noſtra lagena tuum.

a Amatorium, nuptiale, ſalutatorium, &c.
b Encomiaſticum.
c Craſſum, rude.
d Oſſa mavis rodere, quam guſtare ita a-pri, h. e. maledica probas carmina, & acria dulcibus præferi — e — bibe itaque vina venenoſa (ut ep. 19. l. 1. & 72. l. 6.) & acetum, h. e carmina maledica.
f Dulce & mite vinum. i. carmen lene, dulce, honorificum.

## *In Mathonem.* XLIV.

OMnia vis *g* bellè Matho dicere: dic aliquando
Et *h* bene: dic neutrum, dic aliquando *i* malè.

g Placenter & ad voluptatem audientium, vel ex regulis Rhetorices & artis lenociniis, ſic Perſ. 1. ſat. v. 86.
h Ad rem propoſitam, omiſſis artis præceptis, ex rei veritate.
i Miſſis lenociniis & blanditiis, atque ubi opus erit, maledicas neque in obſequium malefico vel potentiſſimo parcas.

## ¶ *Ad* Julium Martialem.* XLV.

* Ad quem 4. l. 53. ep. l. 6. ep. 1. &c.

VIram quæ faciunt beatiorem,
Jucundiſſime Martialis, hæc ſunt;
Res *a* non parta labore ſed *b* relicta;

a Parce enim, duriter & ar-te quæſita, ar-te & non ſine curis tenentur.
b A patre cum majoribus. Πατρῴ' ἔχειν δεῖ τ' ἀγαθὸς ἀνδρὶ μόχθον. *Paterna rura bobus exercet ſuis.* Vide & Senec. de beata vita. c. 23.

Non

c Qui semina reddit cum largo fœnore. qui spem non ementitur.
d Officia togata, urbana, clientum, ambitus, &c. nulla. ep. 51. infra. e.
e Convictores faciles & jucundi.
f Convivæ, vel ipse cibus parabilis, nec mari, terra & aere exquisitus, gula non irritata. τὰ μὴ πείθοντα τὰς μὴ πειθομένας ἐσθίειν, ἢ τὰς μὴ διψῶντας πίνειν. Xenoph. ἀπομν. α. g O quid solutis est beatius curis! Catull. h Tori socia, uxor. i Somnus faciis, suavis, brevis. k Mortis non libido, non fuga. Sen. epist. 24. 70. 78. de beata vita c. 5. &c.

c Non ingratus ager; focus perennis;
Lis numquam; d toga rara; mens quieta;
Vires ingenuæ; salubre corpus;
Prudens simplicitas; e pares amici;
f Convictus facilis; sine arte mensa;
Nox non ebria sed g soluta curis;
Non tristis h torus & tamen pudicus;
i Somnus qui faciat breves tenebras;
Quod sis esse velis, nihilque malis:
k Summum nec metuas diem, nec optes.

## ¶ *Parat Poeta convivium.*

## LXVI.

a Isidis sacerdotes reversi ab interdictione filii anniversariæ (quam quotidie repræsentabant) indicant festum tunc esse horam octavam, secundam a meridie.
b Tra restitutit Scriverius a Jos. Scaligero monitus, depilata, volsa, calva. H. Salmuth ad Panciroli cap. de Bysso, *Ecce pilata* cum ante ea legeretur *Et pilata*, exponeretque pilis, gladiis, cultris armata. Alii, *Et pileata*, contra legem Pediam metri. c Ad templum Deæ Isidis in campo Martio. d Septima, i. prima pomeridiana, octava prior. f Neronianis thermis ep. 28. l. 7. g Amici & convivæ Tertæ. * *Sese enim convivium Cum rege jussum; si super; convicium est.* Anson. Ephemer. & A. Gellius, l. 13. c. 11. vide & Rosinum antiq. Rom. l. 5. c. 28. h Lectus ad mensam accommodatus. qui referebat imaginem Græcorum Σ, quod olim formabatur ut Latinum C. vide ep. 84. l. 14. Brodæus mensam interpretatur, cui cont. Lipsi. astipulatur Savaro ad Sidonium, l. 2. e. ep. 2. vide & Stuckium antiquitatum conviv. l. 2. c. 34. & Rosinum, c. 28. l. 5. Rom. antiquitat. k Sessilis, 41. ep. l. 3. de qua Athenæus, l. 2. c. 27. l Ep. 41. l. 3. i. Al. *tonsile* p. m Quæ ructus ciet. Al. *stupatrix mentha*. Al. *nec destuptrix mentha, sed h.* i. στύδιον, frugiperda, quæ semen destruit. n Eruca, qua falaci appellata ne & bulbis interdicit Ovid. 2. Remed. o Ep. 75. l. 5. e. * Ruta conditos. p Papillæ suis ] rimiparæ falso thynni liquore imbutæ.

a Nuncior octavam Pariæ sua turba juvenæ
b Et sistrata c redit, calva subitque cohors.
Tepebat hæc thermas, nimios e prior hora vapores
Halat, & immodico sexta f Nerone caler.
g Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis?
Septem h sigma capit, sex * sumus, adde Lupum.
Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.
In quibus est lactuca k sedens, & l sectile porrum:
Nec deest m ructatrix mentha, nec n herba salax.
o Secta coronabunt * rutatos o ova lacertos,
p Et madidum thynni de sale sumen erit.

*q* Parvus in his una ponetur cœnula mensâ,
Hœdus *r* inhumani raptus ab ore lupi.
Et, quæ non egeant fe ro *s* structoris, *t* ofellæ,
Et *u* faba fabrorum, *x* protorumique rudes.
Pullus ad hæc *y* cœnisq; tribus jam perna superstes
Addetur: saturis mitia poma dabo.
De *z* Nomentana vinum sine fœce lagena,
1 Quæ bis Frontino consule plena fuit.
Accedent sine felle joci, 2 nec mâne timenda
Libertas, & nil quod tacuisse velis.
3 De Prasino conviva meus, Venetoq; loquatur:
Nec facient quemquam pocula nostra reum.

Gruteri Palatinus agnoscit scripturam *Gastus*, unde Scriverius optimo sensu atq; huic loco aptissimo conjecit *Gustus*. q.d. Priora illa bibuntur in promulside & gustu: sequitur caput cœnæ, hœdus, ofellæ, &c. vide quæ ad ep. 75. l. 5. b. *r* Quem impo raptori obnoxi-

um nos nostrum faciemus, experturi teneriorem, rationem vide apud Plutarchum l. 1. Sympos. 9. Quæst. *s* Carptoris. vide quæ ad 11. sat. Juv. 136. v. *t* Partes carnium. *u* Herba qua faba condita *fabrilis* dicebatur. Colum. *quisq; fabis habilis fabrilis misceat*. *x* Caules qui primi succiduntur. *y* Quartæ hujus cœnæ inserviens. *z* Ep 89. l. 1. b. 1 Qua vinum conditum erat priore consulatu Frontini iterum Cos. Al. *prima fuit*. 2 Libertas loquendi, cujus nos non pœniteat proximo mane vel propter difficilem aliquem convivam, vel qui dicta foris eliminet, reumque faciat. 3 De factionibus aurigarum, & studiis Principis & Populi, periculosum autem erat sub Nerone, Vitellio & Domitiano iis favere, a quibus alieni principes. Prasinæ autem & Venetæ maxime fovebant.

## *In Cottam.* XLVII.

*a* CUm * potes *b* amethystinos trientes,
Et nigro * madeas *d* Opimiano:
Propinas *e* modò conditum Sabinum.
Et dicis mihi Cotta, *vis in auro?*
Quisquam *f* plumbea vina vult in auro?

* Bibas vinum nobile.
*a* Vide geminum huic ep. 72. l. 4.
*b* Scyphis gemmis ornatos vel vitreos pellucidos instar amethysti, vel respicit ad colorem vini. *d* Ep. 25. l. 1. e. *e* Quod tamen ante annum sextum non est potabile. *f* Pessima & vilissima, ut inter metalla plumbum, aureo poculo indigna.

## ¶ *De Scorpo.* XLVIII.

*a* FRangat *b* Idumæas tristis * victoria *c* palmas:
*d* Plange * Favor sæva pectora nuda manu.
*e* Muret * Honor cultus, & iniquis *f* munera flămis:
*f* Mitte coronatas Gloria mœsta comas.

* Incitat ad luctus numina quondam Scorpo nobilissimo aurigatori faventia Victoriam, Favorem, Honorem, Gloriam. *a* Respicit ad publicum luctum, quo *Consul init fractis inscientem fascibus urbem*. Ovid. ad Liviam. *b* Idume extrema Judeæ pars, palmæ ferax. *Arbusto palmarum dives Idume*. Lucan. *c* Signum victoriæ in certaminibus donabatur palma, quod depressa ea arbor non cedat, sed adversus pondus renitatur ac resurgat. Arist. probl. Plut. Sympos. *d* Qui solebas plaudere, plausum in planctum converte. *e* Respicit morem publici luctus, quo patres Rom. depositis quæ ad ornatum & ἀνμοσίας insignia pertinebant, atrati, sordidati, pullatiq; incedebant. *f* Quæ munera rogo imponantur vide Suet. Jul. c. 84. Dion. August. Et de more laniandi crines in funere vide quæ nos ad Senecæ, Hippol. v. 1176.

Heu facinus! *g* primâ fraudatus, Scorpe, juventâ
Occidis, & *h* nigros tam citò jungis equos.
*i* Curribus illa tuis semper properata, brevisque:
Cur fuit & vitæ tam propè meta tuæ?

*g* Anno ætatis 27. infra ep. 50. *h* Pro Albis quibus victor vehebaris, jam veheris Plutoniis equis, infernis, nigris, siquidem affectus & studia in morte & apud inferos manere fingunt poetæ. *i* Ut semper victoriæ, ita & vitæ metam attingere properabas.

## ¶ *Ad Faustinum.* XLIX.

*a* Sidera jam Tyrius Phryxeï respicit agni
Taurus, & alternum Castora fugit hiems.
Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos:
*b* Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
*c* Quos, Faustine, dies, qualem tibi Roma Ravennâ
Abstulit? ô *d* soles, ô *e* tunicata quies!
O nemus, ô fontes, solidumque madentis arenæ
Litus, & *f* æquoreis splendidus anxur aquis:
Et *g* non unius spectator lectulus undæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris?
*h* Sed nec *i* Marcelli, *k* Pompeianumque, nec illic
Sunt *l* triplices thermæ: nec *m* fora juncta quater:
Nec *n* Capitolini summum penetrale tonantis,
*o* Quæque nitent cœlo proxima templa suo.
Dicere te lassum quoties ego credo *p* Quirino?
*q* Quæ tua sunt, tibi habeo: quæ mea, redde mihi.

*a* Signa vernantia garant hyemem. Taurus, cui adsignatur Aprilis respicit Arietem præeuntem mense Martio, Geminis intersecutis mense Maio, de Jove tauro Europa ne Tyro in Cretam vehente; de Phryxi ariete & Geminis, vide Mythol, & quæ nos ad Senec. Hip. v. 802. Troad. 1032. v. & Thyest. 851. *b* Philomela vernunciat, fabulam, vide apud Ovid. Metam. l. 6. Ismaros mons est Thraciæ. *c* Quas delicias, quibus Ravennæ rusticatus frui poteras, tibi auferunt curæ & negotia urbana? Bodleianus MS. *Quos, Faustine, dies, qualem tibi Roma Ravenna abstulit?* Ravenna autem hæc Faustina erat villa in agro Tarracinensi 20. ab urbe lapide, non urbs Italiæ. *d* Dies clari, jucundi, liberi. *Fulsere quondam candidi tibi soles* Catullus. *e* Ab officiis & servitiis togatorum libera. rusticati quippe & in municipiis agentes togam raro induebant. ep. 43. l. 1. 2. ep. 45. supra. d. Juven. sat. 3. v. 171. Cicin Rufi. Plin. 7. l. 3. epist. *f* Ep. 1. l. 5. 1. k. *g* Ex ipso lectulo prospicere licet hinc paludem, illinc mare. *h* Sed objiciet quispiam fortasse, non esse hic, ut Romæ, theatra, balnea, templa. *i* Theatrum Marcelli filii Octaviæ sororis Augusti ab Augusto exstructum. *k* Theatrum Pompeii. *l* Thermæ Agrippinæ, Titianæ, Neronianæ, ep. 31. l. 3. & 2. l. 39. ep. *m* Supra ep. 28. d. *n* Capitolium. *o* Templum Flaviæ genti excitatum a Domitiano. ep. 2. & 4. *p* Romulo ac Romæ. *q* Honores tuos cum curis. e formula divortii. ep. 39. c. supra. *r* Villam meam, rusticum otium.

## ¶ *Epitaphium Scorpi.* L.

*c* Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria circi,
Plausus, Roma, tui, deliciæque *d* breves:
*d* Invida quem Lachesis raptum *e* trieteride nonâ,
*f* Dum numerat palmas, credidit esse senem.

*c* Ep. 50. supra. *d* Præcepit. morte immatura. *e* Annos natum 27. vide ep. 31. l. 6. b. *f* Propter victoriarum Circensium numerum posset Scorpus videri octo ex.

In

## *In Olum.* LI.

MEnsas, Ole, bonas ponis: sed ponis *a* opertas.
Ridiculũ est, possum *b* sic ego habere bonas.

*a* E quibus tamen aperi bit Olus quas velet. *b* Apponendo opertas. Sed vacuas, quas aperire non licet.

## *In Gallum.* LII.

TOtis, Galle, jubes tibi *a* me servire diebus,
Et per *b* Aventinum ter quater ire *b* tuum.
*c* Eximit, aut reficit dentem Cascellius ægrum;
*d* Infestos oculis uris Higine pilos.
*e* Non secat & tollit stillantem Faunius uvam:
Tristia *f* servorum stigmata delet Eros,
*g* Enterocelarum fertor *h* Podalirius Hermes:
*i* Qui sanet ruptos, die mihi Galle quis est?

*a* Functum munere clientis, (abutendo, undecunque, communi abusu quendo, &c. *b* Collem Aventinum in quo ædes tuæ. *c* Morbi cæteris statuuntur medici & remedia: sed sterili huic officio meo, nullus medicus, remedium nullum, uti dentium dolori, &c. *d* Ubi palpebrarum pili oculos lædunt. Celsus. 7. l. 7. c. *e* Absque sectione F. curat dejectam uvam, tuberculum in faucibus. Cels. l. 5. c. 14. *f* Ita de Cinnami arte delendorum stigmatum ep. 52. l. 6. f. & t. *g* Enterocelarum, ubi intestina in scrotum delabuntur. *h* Chirurgus, medicus. Podalirius autem & Machaon filii fuerunt Æsculapii medici. *i* Ab Herniæ curatore deflecendit ad quærendum de cura rupturæ, non ramicis, sed togæ, calceorum, corpori detriti officiis quæ nemo patronorum resarcit compensative.

## *Ad Sextum.* LIII.

*ARgenti libram mittebas: facta selibra est,
Sed piperis. *b* tanti non emo, Sexte, piper.

*a* Vide ep. 68. l. 8. *b* Libra argenti mihi non itti soluta.

## *Ad Frontinum.* LIV.

* ANxuris æquoreï placidos, Frontine, recessus
Et propius Baias, *b* litoreamque domum,
*c* Et quod inhumanæ *d* Cancro fervente cicadæ
Non novere nemus, *e* flumineosque lacus,
* Dum colui; *f* doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas, nunc nos maxima Roma *g* terit.
Hic mihi quando dies meus est? jactamur in *h* alto
Urbis, & in sterili vita labore perit.
Dura suburbani dum jugera *i* pascimus agri,
*k* Vicinosque tibi, sancte Quirine, Lares.

* Ordo est. Dum colui Anxur. Baias, Rhegium, &c. *a* Ep. 49. supra t. & ep. 1. l. 5. l. *b* Centum cellas, vel palatia Baiis ad mare extructa. *c* Et nemus quod cicadæ non novere. *i*. Rhegium in quo (teste Plinio, l. 11. c. 27.) silent cicadæ sub solstitio, alias vocalissimæ, unde *inhumanas* vocat. i. sine pietate, importunas, nisi præplaceat lectio *inhumano*. *d* Mense Julio, ubi Sol in Cancro fervet. *e* Alicem amnem in Locris, ultra quem canunt cicadæ. *f* Musis & carminibus vacabam. *g* Officiis urbanis. ep. 52. (supra a, & i. *h* *Metaph.* in alt is urbis fluctibus, officiorum sc. curarum, turbarum &c. *i* Stercoratione, cultura, repastinatione. ep. 65. infra c. *k* Ergo in Quirinale, ut modo nota h.

Sed non ſolus amat, qui noſte, dieq; frequentat
Limina, *l* nec vatem talia damna decent.
Per veneranda mihi Muſarum ſacra, per omnes
Juro deos, & non officioſus amo.

*l* Ep.63.l.1. *m* Amo te, etiamſi non ceremoniis amorem uſque præ me feram.

## *In delicatum lectorem.* LV.

*a* Si unum epigramma tam longum ſit, ut paginam totam impleat, *Lemma* autem eſt titulus & inſcriptio epigrammatis.

*a* COnſumpta eſt uno ſi lemmate pagina, tranſis,
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives, & ex omni poſita eſt inſtructa macello
Cœna tibi, ſed te *b* mactea ſola juvant.
*c* Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo,
Hunc volo, qui fiat non ſine pane ſatur.

*b* Cupediæ & dulciaria. Athenæo l.14.c.23. mazz. *c* Nolo lectorem qui jocorum & acuminum cupediis ſaturari velit, ſed qui ſolida expectat carmina & gravia, quaſi caput convivii. Alii leg. *pene* & intelligunt caudam ceu finem. non placet.

## *De Munnâ.* LVI.

In miſerum literatorem, qui, cum non haberet 3. diſcipulos, petiit a Cæſ. jus trium diſcipulorum. Jocus petitus a jure trium liberorum, de quo, ep.66.& 67. l.2.

JUra trium petiit à Cæſare diſcipulorum,
Aſſuetus ſemper Munna docere duos.

## *Epitaphium Erotii.* LVII.

*a* Vide ep. 35. & 38.l.5. unde huc lux.
*b* Immatura, præpropera.
*c* Ep.35.l.5.c.
*d* Dominus agri hujus poſt diſceſſum meum in patriam, ceu mortem.
*e* Umbræ Erotii.
*f* Anniverſaria ſacra, feralia, parentalia, ad ſepulchrum.
*g* Sic facienti precor tibi domum cum familia incolumem, nec habeas alium quempiam e tuis quem fleas. ſic ep.25.l.6.b.

*a* HIc *b* feſtinatâ requieſcit Erotion umbrâ,
Crimine quam fati *c* ſexta peremit hiems.
Quiſquis eris noſtri poſt me *d* regnator agelli,
*e* Manibus exiguis *f* annua juſta dato.
*g* Sic Lare perpetuo, ſic turbâ ſoſpite, ſolus
Flebilis in terrâ ſit lapis iſte tuâ.

## ¶ *Ad magiſtrum ludi.* LVIII.

*a* Sic multos habeas diſcipulos ingenuos, nobiles, citratos vide ep.49. l.3.nota.8.
*b* Et ameris a diſcipulis tuis qui corona cingentes menſam tibi aſſident. Lipſ.l.1.5. epiſt.quæſt. legit *chorus muſæ*, & exponit pueros deditos muſis.
*c* Qui rationes computandi per calculos & Arithmeticam docet.
*d* Qui docet literis ceu notis excipere dicta alterius. ep.189.l.14.
*e* Corona diſcipulorum.
*f* Ep.46.l.4.c.f.g.& ep.68.l.5.b.

LUdi magiſter parce ſimplici turbæ:
*a* Sic te frequentes audiant capillati,
*b* Et delicatæ diligat chorus menſæ:
Nec *c* calculator, nec *d* notarius velox
Majore quiſquam *e* circulo coronetur.
Albæ *f* leone flammeo calent luces,
Toſtamque fervens Julius coquit meſſem.

* Scutica.

* Scuticaque loris horridis *g* Scythæ pellis,
Qua vapulavit Marſyas *h* Celenæus,
Ferulæque triſtes ſceptra pædagogorum,
*i* Ceſſent, & Idus dormiant in Octobres:
Æſtate pueri ſi valent, ſatis diſcunt.

* MSS *cirrata lora*.
*g* Scythicæ pellis. reſpicit autem fab. Marſyæ ab Apolline victi traditique Scythæ, ut ſcutica male mulctatus exueretur pelle. *h* Ad Celenas oppidum Phrygiæ, ubi certavit Marſyas cum Apolline. *i* Uſque dum deterbuerint æſtatis calor, deterbeat ſcuticæ ferulæque ſævitia.

## *Epitaphium nobilis matronæ.* LIX.

*a* MArmora parva quidē, ſed non ceſſura viator
*b* Mauſoli ſaxis *c* Pyramidumque legis.
*d* Bis mea Romano ſpectata eſt *e* vita Terento,
*f* Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinq; dedit pueros, totidem mihi *g* Juno puellas:
*h* Clauſerunt omnes lumina noſtra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara, *i* fuitque
Una pudicitiæ copula nota meæ.

*a* Tumulum marmoreum. *b* Lib. ſpect. 1. ep. 88. *c* Lib. ſpect. 1. ep. 6. *d* Ludi ſcenici, peſtilitatis averruncandæ gratia inſtituti, ut creditum, a V. Publicola, celebrabantur centeſimo quoque anno; cæſis atro bove Diti, concolori juvenca Proſerpinæ ad aram Ditis in Tarento in campo Martio. ſpectabatur itaque hæc matrona ſecundis ſecularibus. Neque enim carminis hujus laude & miraculo digna fuiſſet matrona hæc ſecularibus Claudii & Domitiani, inter quos interfuerunt anni 41. (vid. Suet. Claud. c. 21.) ut hunc locum exponunt Ang. Politianus, Beroaldus, Heraldus & Rutgersius. *e* Lipſius legit *vita*. 26 epiſt. 3. centur. *f* Et vita mihi permanſit ſyncere felix ad exitum uſque. *g* Quæ præſidet puerperiis, Lucina. *h* Omnes illi mihi morienti ſuperſtites clauſerunt oculos, quod erat maxime propinquorum officium. *i* Unici mariti ſui conjunx.

## *Ad Pollam.* LX.

COntigeris *a* regina meos ſi *b* Polla libellos,
Non tetricâ noſtros excipe fronte jocos.
*c* Ille tuus vates *d* Heliconis gloria noſtri,
Pieria caneret cùm *e* fera bella tubâ,
*f* Non tamen erubuit ludenti dicere verſu,
Si nec rideo, mi Cotta, quid hîc facio.

*a* Dives, nobilis patrona. *b* Uxor Lucani vide ep. 2. 7. & 29. l. 7. *c* Lucanus. *d* Poetæ Latinæ decus. *e* C. Vibia inter Cæſarem & Pompeium. *f* Scripſit etiam laſcivia carmina & epigrammata.

## *In Carmenionem.* LXI.

CUm te *a* municipem Corinthiorum
Jactes Carmenion, *b* negante nullo,
*c* Cur frater tibi dicor ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagique civis?
An vultu ſimiles videmur eſſe?
Tu flexa nitidus comâ vagaris;

*a* Civem Corinthium. de jure municipum, vide A. Gell. l. 16. c. 13. & Roſinum, l. 10. c. 22. *b* Mores enim & improbi mores tui hoc loquuntur. *c* Cur me Bilbilitanum ex Celtiberis appellas fratrem tuum?

*d* Horridus, inculrus. *unus de capillatis cuniculosa Celtiberia*, &c. Catull.

*d* Hiſpanis ego contumax capillis.

*e* Ep. 25. l. 2. g.

Levis *e* dropace tu quotidiano:

* Filia mea habet vocem magis virilem quam tu.

Hirſutis ego cruribus, geniſque.
Os blæſum tibi, debiliſque lingua eſt:
* Nobis filia fortiùs loquetur.

*f* Mollem & effœminatum.

Tam diſpar aquilæ columba eſt,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare deſine me vocare fratrem,
Ne te Carmenion vocem *f* ſororem.

*Vel* amaſium. ſororum enim nomine amicas deſignabant antiqui, vid. Petron. paſſim.

## *De Theopompo.* LXII.

*a Emphatice*, Te tam eximie formoſum.

*b* Manu unctâ. **greaſe.** alii leg. *unctâ pedicino*, i. nidore.

*c* Quis eſſet magis idoneus miniſter miſcendis poculis?

QUis, rogo, tam durus, quis tã fuit ille ſuperbus
Qui juſſit fieri *a* te, Theopompe, cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culinâ
Suſtinet? has *b* uncto polluit *b* ungue comas?
*c* Quis potius cyathos, aut quis cryſtalla tenebit?
Qua ſapient meliùs mixta falerna manu?
Si tam *d* ſidereos manet *e* exitus iſte miniſtros,
Jupiter utatur jam Ganymede coco.

*d* Pulchros, & cœlitum convivio dignos. *e* Culina.

## ¶ *Epitaphium vetulæ.* LXIII.

*a* Vide ep. 38. ſupra, *Hyperbolice omnia.*

*b* Quæ longævæ ſunt. *Cornici novem ætates noſtras tribuit Heſiodus.* Plin. 7. l. 48. c.

*c* Liordinoſam animum fingit etiam ſepultam prurire.

*a* PYrrhæ filia, Neſtoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes aviam ſenex vocavit,
Nutricem Priamus, ſoceram Thyeſtes,
Jam *b* cornicibus omnibus ſuperſtes
Hoc tandem *c* ſita prurit in ſepulchro
Calvo Plotia cum Melanthione.

## *In Læliam.* LXIV.

*a* Cum non ſis ex aliqua inſula vel parte Græciæ oriunda, ſed media nata Roma. vide 6. ſat. Juven. a verſu 186. unde huic lux & ſortaſſe ingenium.

*b* Et mater tua ex Etruria, nunquam fucata, imo ſole offuſcata.

*c* Aricia oppidum Latii, ad cujus clivum ſedebant mendici

*d* Vid. 195. ver. 6. ſat. Juven. & quæ nos ad illum.

*e* Tu Romana. Herſilia autem Romulo ceſſit conjux e Sabinis raptis una. De egeria, ſupra ep. 34. e.

*f* Linguam græcam. vel magis proprie blanditias & ſermones nequam Corinthi. unde Lais.

*g* Nunquam tamen ex deformi & blanda Læliæ fies pulchra & elegans Lais.

CUm tibi nõ Epheſus, nec ſit Rhodus, aut Mytilene,
Sed domus in vico Lælia patricio,
*b* Deque coloratis nunquam lita mater Etruſcis,
Durus *c* Aricina de regione pater;
*d* Ζωὴ καὶ ψυχὴ laſcivum congeris uſque,
Prô pudor! *e* Herſiliæ civis, & Egeriæ.
Tu licet ediſcas totam, referaſque; *f* Corinthon,
*g* Non tamen omnino, Lælia, Thais eris.

De

## *De Polla.* LXV.

CUstodes das Polla viro; non accipis *b* ipsa:
Hoc est uxorem *c* ducere, Polla, virum.

*b* Quæ tamen versaris cum cinædis, &c.

*c* Exercere imperium in virum, perinde ac si uxor *duxisset* maritum, quæ tamen proprie dicitur *nubere* marito, ep. 12. l. 8.

## *Ad Potitum.* LXVI.

QUòd mihi vix unus toto liber exeat anno,
Desidiæ tibi sum, docte Potite, reus.
Justius aut quanto mirere, quòd exeat unus,
Labantur tori cùm mihi sæpe dies.
*a* Nunc resalutantes video nocturnus amicos:
*b* Gratulor & multis; nemo, Potite, *c* mihi.
Nunc *d* ad luciferam signat mea gemma Dianam:
Nunc me *e* prima sibi, nunc sibi *f* quincta rapit.
Nunc *g* consul, prætorve tenet, *h* reducesq; choreæ:
Auditur toto sæpe *i* poeta die.
Sed nec *k* cauſſidico possis impunè negare,
Nec si te *k* rhetor, *k* grammaticusve rogent:
*l* Balnea post decimam lasso, centumq; petuntur
Quadrantes, fiet quando, Potite, liber?

*a* Vesperi resalutant discedentem patroni, mihiq; *Vale* dicunt, quibus ego mane. *Ave.*
*b* Nuptias, liberos natos, hereditates, honores &c.
*c* Nihil ejusmodi adepto.
*d* Rogatus annuli mei gemma signo testamenta ceu tabellas alias in monte Aventino ubi Lucina parturientium præses colitur. *e* Salutationum hora. ep. 7. l. 4. b. *f* Occupationes, quarum quinta est hora. ep. 7 l. 4. d. *g* Judicia & cauſſæ forenses quibus præsunt Coss. & Prætor. *h* Reducentiumve patronos? An sacerdotum ſisdis, ut supra ep. 46. a? An histrionum vel saltatricularum? *i* Recitans novum suum carmen. *k* Namq; & oratores recitabant. Plin. l. 3. epist. ut & Rhetores & Grammatici. *l* Cum itaque per has occupationes sero & post horam statutam lavem cœnemque accepta sporcula, quis quæso locus libro componendo?

## ¶ *De Rabirio.* LXVII.

QUisquis læta tuis & sera parentibus optas
Fata, brevem titulum marmoris hujus ama.
Condidit hac caras tellure *a* Rabirius *b* umbras:
Nulli sorte jacent *c* candidiore senes.
*d* Bis sex lustra tori nox *e* mitis & ultima elusit,
Arserunt uno funera bina rogo.
Hos tamen *f* ut primis raptos sibi quærit in annis,
Improbius nihil *g* his fletibus esse poterit.

*a* Ep. 47. l. 7.
*b* Utriusque parentis sui.
*c* Feliciore.
*d* Annos 60.
*e* Quia uterque mitis & maturo fato defunctus est.

*f* Sic ep. 33. l. 7. f. quod vide. *g* Quibus prosequitur parentes longa felicique vita functos, jamque maturo letho defunctos, non itaque tantum flendos.

*Adula-*

*Adulatorium.* LXVIII.

FRuſtra blandiciæ venitis ad me
*a* Attritis miſerabiles labellis :
*b* Dicturus dominum, deumq; non ſum.
Jam non eſt locus hac in urbe vobis :
* Ad Parthos procul ite *c* pileatos,
Et turpes humileſq; ſuppliceſque
*d* Pictorum *e* ſola * baſiate regum.
Non eſt hic dominus, ſed imperator,
Sed juſtiſſimus omnium ſenator :
Per quem de Stygiâ domo reducta eſt
*f* Siccis ruſtica Veritas capillis.
Hoc ſub principe, ſi ſapis, caveto,
Verbis, Roma, *g* prioribus loquaris.

*a* Blanditiiſne, an adoratione ? *b* Non blanditurus Trajano ut Domitiano quondam. vide ep. 8. l. 5. b. * Parthi enim ſerviliter regem adorant, pedes illius oſculati. *c* Cum cæteræ gentes pileis raro uterentur, Parthi & Perſæ geſtabant mitras, tiaras, cydares, cen pileos turbinatos, ut hodie Turcæ. *d* Picta veſte cen ſoccis pictis utentium. *e* Soleas, calceos, ſoccos. ep. 59. l. 9. b. *f* Inurctis & delibutis. *g* Servilibus, adulatoriis, quibus nuper ſibi placebat Domicianus, quæ tamen non feret Trajanus.

*Ad Marcum.* LXIX.

*a* LItera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit, Auſoniæ dona ſevera togæ :
Qua non Fabricius, ſed vellet Apicius uti,
Vellet Mæcenas Cæſarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuiſſet :
*b* Non quacunque manu victima cæſa *b* litat.
A te miſſa venit : poſſem niſi munus amare,
Marce, tuum : poteram *c* nomen amare meum.
Munere ſed plus eſt, & nomine gratius ipſo,
Officium docti, judiciumque viro.

*a* M. Antonius Toloſanus de quo ep 83. l. 9. & 31. ep l 10, &c. miſit mihi literas & togam elegantiorem quam qua uti vellet Fabricius continens ille pauperratis cultor, modo qualem geſtare voluiſſet luxurioſus Apicius & ipſe tener ac mollis Mæcenas, ſic Juven. 12. ſat. *veſtem Purpuream teneris quoq; Mæcenatibus aptam.* *b* Non ſacrificat, non impetrit, ita donum ab omni miſſum æque non placet. *c* *Marci*, quod mihi tecum commune.

*Ad Romam.* LXX.

JAm parce laſſo, Roma, gratulatori,
Laſſo clienti : quandiu ſalutator
Anteambulones, & togatulos inter
*a* Centum merebor plumbeos die toto ?
Cùm *b* Scorpus *c* una quindecim graves horæ
*d* Ferventis auri victor auferat ſaccos.

*a* Sportulam, centum quadrantes, noſtræ monetæ 18. d. ob. q. ſed de plumbeis, vide ep. 83. l. 1. h. *b* Auriga, de quo ſupra. ep. 48. 50. & ſæpe alias. *c* Victoribus aurigis poſtulabantur aurei per circum, Buleng. de Circo. 34. c. & vide quæ nos ad ſat. 7. Juven. ver. ult. *d* Radiantis colore rutilo.

Non

Non ego meorum præmium libellorum,
(Quid enim merentur?) *e* Apulos velim campos,
Non Hybla, non me ſpicifer capit Nilus,
Nec quæ paludes delicata Pomptinas
Ex arce clivi ſpectat uva Setini.
Quid concupiſcam quæris ergo? *f* dormire.

*e* Non poſco armenta greſſque in campis Apuliæ, non Hybiæ Siculæ meſſificia, non fruges fertilis Ægypti, non vineas Setiæ quæ monte ſita deſpectat paludem Pomptinam. *f* Sortem tenuem & modicam, unde quietus agam & vacem tandem ab his officiis atque moleſtiis urbanis.

*De Cotta, amico mercenario.*

## LXXI.

MIllia viginti quondam me Cotta poposcit;
Et, fateor, magni non erat ille nimis.
Annus abit: bis quina dabis ſeſtertia? dixit.
Poſcere plus viſus, quàm prius, ille mihi.
Jam duo poſcenti poſt ſextum millia menſem,
Mille dabam nummos: noluit accipere.
Tranſierant binæ forſan, trinæve Calendæ,
Aureolos ultrò quatuor ipſe petit.
Non dedimus. centum juſſit me mittere nummos:
Sed viſa eſt nobis hæc quoque ſumma gravis.
Sportula nos junxit quadrantibus arida centum.
Hanc voluit: puero diximus eſſe datam.
Inferius numquid potuit deſcendere? fecit.
Vilior hic gratis cœpit amare: nego.

## ¶ *De Mævio.* LXXII.

HOC, fortuna, tibi videtur æquum?
*a* Ciuis non Syriæve, Parthiæve,
Nec de Cappadocis eques * caraſtis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna,
Jucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus *b* utraque, cujus unum eſt,
Sed *c* magnum vitium, quòd eſt poeta,
*d* Pullo Mævius alget in cucullo:
*e* Cocco mulio fulget Incitatus.

*a* Non e ſervo, Syro, Partho aut Cappadoce civis Rom. factus & in equeſtrem ordinem relatus, ſed ingenuus, & vere Romæ natus. * De Caraſta, ep. 26. l. 6. d. *b* Græca & Latina.

*c* Paupertatis ſc. alumna poeſis. *d* Querela hæc & indignatio ipſius Martialis videtur, ſed per modeſtiam ſibi adſciſcit nomen Mævii, mali ſc. poetæ. *e* Purpureus ſplendet agaſo, ad ſummam mulio Incitatus, quem tamen tanquam aurigam Scorpo conjungit. l. 11. ep. 1. poteſt etiam legi, *Cocco mulio fulget Incitati*, equi ſc. Caligulæ, de quo Dio in Calig. & Sueton. Cal. c. 55.

De

## *De Caro medico.* LXXIII.

NEquius à *a* Caro nihil unquã, Maxime, factũ (est,
Quàm quòd febre perit: fecit & *b* ille nefas.
Sæva nocens febris saltem quartana fuisset,
Servari medico debuit illa suo.

*a* Medico.
*b* Male fecit febris quæ leniter & sine cruce sustulit tortorem medicum, cui exeruciando non satis fuisset unius quartanæ (quæ medicorum opprobrium est) & cujus medelam imperitus hic medicus professus videtur) eculeus.

## *Ad Macrum.* LXXIV.

IBis litoreas *a* Macer Salonas.
Ibit rara fides, amorque recti,
Et secum comitem trahet pudorem,
Semper pauperior redit potestas.
Felix *b* auriferæ colone *b* terræ,
Rectorem *c* vacuo sinu remittes,
Optabilque moras, & exeuntem
*d* Udo Dalmata gaudio sequêris.
*e* Nos Celtas Macer, & truces Iberos
*f* Cum desiderio tui petemus.
*g* Sed quæcunque tamen feretur illîc
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter veteres legar poetas;
Nec multos mihi præfetas priores,
*h* Uno sed tibi sim minor Catullo.

*a* Macrum hunc Hispaniæ & Dalmatiæ diversis annis præfuisse volunt, propter *Salonas*, quæ Dalmatiæ oppidum est. de præfectura ejus Dalmatiæ non constat, neq; omnia hic conveniunt, præfuisse illum Hispaniæ summa cum integritate apparet. ep. 76. l. 12. Poteris itaque legere, *Ibis litoreum Macer Salona*. fl. Hisp. juxta Bilbilim, ep. 43. l. 1. l. & infra *d* lege, *Hunc udo Celta gaud. seq.* *b* Dalmatiæ, teste Plinio l. 33. c. 4. Quod si de Hispania intelligere malis. quis non audivit de illius auriferis ? *c* Nihil prædatum e provincia, imo suarum rerum inniorem revertum. *d* Lacrymis præ desiderio Macri abeuntis effusis prosequeris, supra nota a. *e* Et ego revisam Celtiberiam meam— *f* —In tuam gratiam, *vel* non sine desiderio tui quem habuimus prætorem. *g* Sed quæcunq; carmina scribam ad Tagum. i. in Hispania, sonabunt tuum nomen. *h* Sic ep. 5. l. 5. b. vide & ep. 51. l. 2.

## ¶ *De Torquato & Otacilio.* LXXV.

AD lapidem Torquatus habet *a* prætoria quar-
Ad quartum breve rus emit Otacilius. (tum
Torquatus nitidas *b* vario de marmore thermas
Exstruxit: *c* cucumam fecit Otacilius.
Disposuit *d* Daphnona suo Torquatus in agro;
Castaneas centum sevit Otacilius.
Consul Torquatus, *e* vici fuit ille magister;
Nec minor in tanto visus honore sibi.

*a* Villas magnificas.
*b* Ep. 34. l. 6. k. l. m. n. o.
*c* Balneolum. cucuma. 2. vas est ad calefaciendam aquam.
*d* Lauretam.
*e* Vici singuli, qui in urbe 424. habuerunt magistros, quos appellabant Viccuros & Vicomagistros.

*f* Grandis

*f* Grandis ut exiguam bos ranam rupperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Oraciliũm.

*f* Ex apologo noto. vide Horat. 3 sat. 2. l. 308. ver. unde hoc ep. sumptum videtur.

## ¶ *De Erote.* LXXVI.

*Plorat Eros, quoties maculoſæ pocula *a* murrhæ
Inſpicit, aut pueros, nobiliuſve *b* citrum. (hæc
Et gemitus imo promit de pectore, quòd non
*c* Tota miſer coëmat *c* ſepta, feratq; domum.
Quã multi faciunt, quòd Eros, ſed *d* lumine ſicco!
Pars major *e* lacrymas ridet, & intus habet.

* Quod non habet unde hæc omnia emat. quæ licitari geſtiebat Mamurra. ep. 48. l. 9.
*a* De poculis murrhinis vide quæ ad 110. ep. l. 14. *b* Menſam citream, ep. 48. l. 9. m. *c* Omnia quæ venalia exponuntur in ſeptis. ep 12. l. 2. d. & ep. 48. l. 9. a. & b. *d* Sed tacite, oculis non lacrymantibus, abſque lacrymis. *e* Riſu ficto coercet diſſimulatq; lacrymas, quas intus concepit.

## *Ad Gallum.* LXXVII.

*a* Si quid noſtra tuis adicit vexatio rebus,
Mane, vel à mediâ nocte *b* rogatus ero.
*c* Strideníeſque feram flatus Aquilonis iniqui,
Et patiar nimbos, excipiamque nives.
Sed ſi non fias quadrante beatior uno,
Per gemitus noſtros, *d* ingenuaſque cruces:
Parce precor laſſo, vanoſq; remitte labores.
Qui tibi non proſunt, & *e* mihi, Galle, nocent.

*a* Si cui tibi uſui & emolimento eſſe poſſint officia a me cliente, cui ſubmoleſta hæc ſervitus. *b* Officioſus cliens, qui patronum togatus comitatur. Al. *togatus eo.*
*c* Juven. ſat. 5. v. 75. *d* Servilia officia, quæ non æquo animo ferit ingenuus. *e* Sic ep. 63. l. 1. l.

## *Ad Marinum.* LXXVIII.

*a* Caros colligis hinc & hinc capillos,
Et latum nitidæ, Marine, calvæ
*b* Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti *c* redeunt jubente vento,
Redduntúrque ſibi, capuíque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt.
*d* Inter Spendophorum, Theleſphorumque,
*e* Cidæ ſtare putabis Hermeroten,
Vis tu ſimpliciùs ſenem fateri?
Ut tandem videaris unus eſſe,
Tonſor jam reliquos metat capillos.
Calvo turpius eſt nihil *f* comato.

*a* Comas a fronte temporibus utrinque rejicis & tegendam calvam.
*b* Calvam quam ep. 50. l. 5. c. dixerat *aream.*
*c* In ſuum locum defluunt.
*d* Ita calva tua utrinque cirrata videtur eſſe caput calvi Hermeroæ inter capita cirrata duorum puerorum Spendophori & Theleſphori. vide calvam Labieni, ep. 48. l. 5. *e* Cidæ nescio cujus filius Hermeroles vel Theleſphorus. *f* Calvitiem diſſimulante ut coma. tus videatur.

De

## *De Ladonte nauta.* LXXIX.

*a* Juxta Tiberim ſibi aſſuetum dilectumque, rus emit.
*b* Inundans.
*c* Quæ ceſſabat, poſtquam Ladon a duro nautæ labore emeritus rus hoc emiſſet.
*d* Molem ad cohibendum inundationis impetum. *e* Quæ alias mergit vectorem.

JAm ſenior Ladon Tiberinæ nauta carinæ
*a* Proxima dilectis rura paravit aquis.
Quę cùm ſæpe *b* vagus premeret torrentibus undis
Tibris, & hiberno rumperet arva lacu:
*c* Emeritam puppim, ripa quæ ſtabat in altâ;
Implevit ſaxis, *d* oppoſuitque vadis.
Sic nimias avertit aquas. quis credere poſſet?
Auxilium domino *e* merſa carina tulit.

## *De Lauro.* LXXX.

*a* Qui Juventutem pilæ ludo eluſit, ſenex jam pannoſus eſt inſtar pilæ compitalis vide ep.36.l.2. e. f. & eleganter jocatur inquiens, qui *primus erat luſor pila* jam factus eſt *prima pila*.

NEmo novâ caluit ſic inflammatus amicâ,
Flagravit quanto Laurus amore pilæ.
Sed *a* qui primus erat luſor, dum floruit ætas;
Nunc poſtquam deſit ludere, prima pila eſt.

## *De natali Reſtituti.* LXXXI.

*a* Qui Reſtituti dies natalis. ad hunc Reſt. Plin.ep.15. l.6. & l.7.ep.1.
*b* Advertat, obſervet, celebret miſſis muneribus.ep.51.l.8.
*c* Silentio & votis favere ſacris. *formula in ſacris ſolennibus.* Briſſon. l.1. form.
*d* *Rituale verbum.* Rebus divinis, ut favorent linguis, imperabatur, utque litibus & jurgiis abſtinerent. Cic. 1.de Divinat.

*a* OCtobres age *b* ſentiat *a* Calendas
Facundi pia Roma Reſtituri.
*c* Linguis omnibus & *d* favete votis.
Natalem colimus, *d* tacete lites.
*e* Abſit cereus aridi clientis,
Et vani triplices, breveſque mappæ
Expectent gelidi jocos Decembris.
*f* Certent muneribus beatiores.
*g* Agrippæ tumidus negotiator
*h* Cadmi municipes ferat lacernas.
*i* Pugnorum reus, *i* ebriæque noctis
* Cœnatoria mittat *k* advocato.
*l* Infamata virum puella vicit?
Veros ſardonychas ſed ipſa tradat.
*m* Mitator veterum ſenex avorum,
Donet *n* Phidiaci toreuma cœli.

*e* Non mittantur Reſtituto vilia pauperculorum clientum munera, cerei, pugillares, mappæ. mittantur hæc in Saturnal bus Decemb. *f* Ditiores amici & clientes mittant certatim munera pretioſa. *g* Qui in Agrippæ porticu & ſeptis campi Martii ſuperbas & pretioſas merces vendebat. *h* Tyrias, purpureas. ep.36. .2.g. *i* Petulantiæ & vis per ebrietatem noctu cuipiam illatæ, cujuſmodi deſcribit Juvenalis 3.ſat.278.v. * Lænas, veſtes quibus in cœna antiqui utebantur. δειπνιδες. *k* Tibi. *l* Adulterii rea, quæ te patrono abſolutâ accuſatorem vicit, mittat tibi gemmas, ſed non fictitias, ſic ep.48.l.9.v. *m* Qualem ſe profitebatur Fuſcus, ep.6.l.8. *n* Crateras & ſtatuas a Phidia laudibus torente torno ac cœlo effabre factis. ep.12.l.6.3.*

Venator

Venator leporem, colonus hœdum,
Piſcator ferat æquorum rapinas.
Si mittit ſua quiſque, quid poetam
Miſſurum tibi Reſtituere credis? o

o Carmina.

## *Ad Cottam.* LXXXII.

OMnes perſequeris prætorum, Cotta, locellos,
Accipis & ceras: p officioſus homo es.

p Omnia armaria & loculos nec non tabellas, vulg. *Records* excutis, quo liticulam aliquam nanſciſcaris: Officioſus Cotta es.

## *De ſtatuâ Junonis.* LXXXIII.

JUno a labor, Polyclete, tuus, & gloria felix,
b Phidiacæ cuperent quam meruiſſe manus,
c Ore nitet tanto, quanto ſuperaſſet in Ida
Judice convictas non dubitante deas.
d Junonem, Polyclete, d ſuam niſi e frater amaret,
f Junonem poterat frater amare f tuam.

a Opus Polycleti inſignis ſtatuarii. b Ep. 12. l. 6. 9. c Si hac forma fuiſſet Juno ipſa in contentione cum Pallade & Venere de pulchritudine, ipſi adjudicaſſet litem arbiter Paris. d Sororem uxorem, que ſuam e Jupiter. f Statuam hanc tuam.

## *Ad Marium.* LXXXIV.

MAri, quiete cultor, & comes vitæ,
Quo cive priſca gloriatur a Atina?
b Has tibi c gemellas barbari decus luci
Commendo c pinus, c iliceſque Faunorum,
Et ſemidoctâ villici manu ſtructas
d Tonantis aras, e horridique Silvani,
Quas f tinxit agni ſæpe ſanguis, & hœdi,
g Dominamque ſancti virginem deam templi,
Et h quem ſororis hoſpitem vides caſtæ
Martem i mearum principem Calendarum,
Et delicatæ laureum nemus Floræ,
Hoc omne agelli mite parvuli numen
Seu tu cruore, ſive thure placabis:
k Ubicunque noſter Martialis eſt, dices,
Hac ecce meum dextrâ litat vobis
Abſens ſacerdos; vos putate præſentem;
Et date duobus, quidquid aliter optârit.

a Italiæ urbs antiqua, ex iis una quæ Turno adverſus Æneam arma fabricavit, Virg. 7. Æn. *Atina potens, Tiburgq; ſuperbum, &c.* b Rediturus in patriam meam commendo tibi ruſculum meum Nomentanum cum diis & ſacris. c Duas pinus, atque ilices Fauno & diis agreſtibus ſacras. d Jovis. e Hirſuti, capripedis, cornuti, cui & pinus conſecrata. f *Rite*, Horat. 4. od 1. l. idem. g Dianam, cui dicatur templum cum luco, uti nemorum reginæ. h Dianæ frater erat Mars i Cujus Calendis mihi prima affulſit lux, natalis ſc. meus. 24. ep. ſupra & 9. l. 42. ep. k Dices, Martialis noſter ubicunque eſt, abſens tamen mea hac dextra vobis hæc ſacra facit.

## *Ad Clementem.* LXXXV.

*a* Ut primum adveneris oras & arva Pataviі vineis conſita.
*b* Patavini dicti ſunt Euganei quaſi ἀγχίγειοι, finitimi ſc. & Trojanis orundi.

*a* SI prior *b* Euganeas Clemens *c* Helicaonis oras,
Pictaque pampineis videris arva jugis;
Perfer *d* Ateſtinæ nondum vulgata Sabinæ
Carmina, purpureâ ſed modò culta togâ.
Ut toſa deleſtat, metitur quæ pollice primo:
Sic nova *f* nec mento ſordida charta juvat.

*c* Filii Antenoris qui Patavium condidit, male legitur ab aliis, *Heliconis in ora*. *d* Ateſtæ civitas Venetorum, unde Sabina uxor Clementis hujus. *e* Tecta purpura. ep. 2. l. 13. l. Sic ep. 1. l. 11. *cultus Sidone*. vulg. leg. *ſuta* toga. *f* Non villoſa & barbata aſſiduo uſu trita. Ep. 59. l. 1. k.

## ¶ *Munuſculum pomorum.* LXXXVI.

*a* Non mihi ſunt aurea & nobilia mala, quæ cuſtodiat draco vigil Lados, ut in hortis Heſperidum in Libya, cujus pars Maſſylia.

*a* NOn mea Maſſylus ſervat pomaria ſerpens,
*b* Regius Alcinoi nec mihi ſervit ager:
Sed Nomentanâ *c* ſecurus germinat hortus
Arbore, nec furem *d* plumbea mala timent.
Hæc igitur, *e* mediâ quæ ſunt mihi nata Suburra,
Mittimus *f* Autumni cerea poma mei.

*b* Nec nobilis hortus Alcinoi. ep. 53. l. 4. f. *c* Non timens fures. *d* Non aurea, non nobilia. *e* Empta Romæ in medio vico, ubi forum pomarium, ſic ep. 49. l. 9. *f* Horti & Autumni mei matura poma.

## ¶ *Ad Avitum.* LXXXVII.

*a* Hiſpanas, ad quas anhelare videar cum eas uſque ſequar, & tamen Romæ conſenescam.
*b* Patriæ appetam fluvios & agros. ep. 43. l. 1. n. & l.
*c* Ep. 54. ſupra l.
*d* Lignis multo emptis.
*e* Arida cœna & famelica magno empta pretio.
*f* In quo decoctis opibus conturbantur rationes. ep. 23. l. 7. k. Alii leg. *conturbaturq; macellus*. Alii *conturbatrixque ma. alii, Menſa, ibi.*

*a* SÆpe loquar nimium gentes quòd, Avite, *a* re-
Miraris, Latiâ factus in urbe ſenex; (motas
*b* Auriferumq; Tagum ſitiam, patriumq; Salonem,
Et repetam ſaturæ ſordida rura caſæ.
Illa placet tellus, in qua res parva beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.
*c* Paſcitur hîc, ibi paſcit ager: tepet *d* igne maligno
Hîc focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hîc *e* pretioſa fames, *f* conturbatorque macellus,
Menſa ibi divitiis ruris operta ſui.
Quatuor hic æſtate togæ, pluréſve teruntur:
Autumnis ibi me quatuor una tegit.
I, cole nunc reges: quicquid non præſtat amicus,
Cùm præſtare tibi poſſit, Avite, locus.

## *De Numâ.* LXXXVIII.

DUm levis arſurâ ſtruitur *b* Libitinâ *c* papyro,
Dum *d* myrrhâ, & caſiam flebilis uxor emit,
Jam *e* ſcrobe, jam *f* lecto, jam *g* pollinctore parato
Heredem ſcripſit me Numa: convaluit.

*a* Dum tibi deplorata jam ſalutis & vitæ ſpe parantur quæ ad funera ſpectant & rogum. *b* Ep. 42. l. 8. d. *c* Ep. 43. l. 8. i. *d* Aromata rogo injicienda, & oſſibus cineribuque urnæ datis miſcenda, ep. 26. ſupra a. *e* Sepulchro tumulo. *f* Ferali, quo efferendus erat. *g* νεκροστολιστὴν, qui cadaver lavat & ungit.

## *De figura Socratis.* LXXXIX.

SI Romana forent hæc Socratis ora, fuiſſent
Julius in Satyris qualia Rufus habet.

Si hæc Socratis imago Romano cultu effingeretur; certe ad vivum exprimeret gravitatem Julii Rufi qualis deridetur a Satyricis, *vel* qui refert Satyrum. namq; & Socrates fuit naſo ſimo & oculis emiſſitiis, Sileno haud abſimilis; uti deſcribitur a Platone & Xenophonte. *vel*, Si hæc Socratis imago cultu Romano expreſſa eſſet, poſſet quidem haberi pro effigie Julii Rufi, quæ poſita eſt in Satyris, loco quodam in VIII. Regione urbis, ubi ſpectabantur 4. Satyrorum imagines. P. Scriv.

## ¶ *In Plagiarium.* XC.

QUid, ſtulte, noſtris verſibus tuos miſces?
Cum *a* litigante quid tibi, miſer, libro?
*b* Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
*c* Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte, fruſtrà crure ligneo curres.

*a* Qui tibi litem intendit, & contra te dicit, *Furti.* uſ ep. 47. l. 1. h. *b* Quid nobilibus, claris, altiſque carminibus inſeris ignobiles, tenebroſos, & claudicantes verſus tuos? hujuſmodi comparationes in eodem argumento vid. ep. 47. & 64. l. 1. *c* Non magis convenit carminibus meis cum tuis, quam ſi quis haberet alterum pedem perniciſſimi curſoris Ladæ, alterum lignеum. Ladæ velocitatem celebrant Pauſanias in Corinth. & Arcad. Elig. 4. Anthol. Juven. ſat. 13. &c.

## *De Capitolino.* XCI.

ELyſio redeat ſi fortè remiſſus ab agro
Ille ſuo felix Cæſare Galba vetus,
Qui Capitolinum pariter, Galbamq; jocantes
Audierit: dicet, ruſtice Galba tace.

Si reviviſcat Galba nobilis ille Cæſ. Auguſti ſcurra. ep. 36. l. 1. & jocis ſalinuſque eum Capitolino contendat, ruſticus videretur & inſulſus præ Capitolino

## *Ad Avitum, de Gaditano pſeudo-poeta.* XCII.

GAditanus, Avite, (die quid iſtud:)
Qui ſcribit nihil, & tamen poeta eſt.

## *Ad municipes ſuos Bilbilitanos.* XCIII.

*a* Cives. *b* Colonia ſc. Bilbilis & in æreo Tiberii nummo inſcripta *Auguſta*, ceſſe Adelpho Occone in Tiberio. Alii leg. *anguſta*. *c* Aui, *alto*. ut ep. inſequenti. & 43. ep. l. 1. & Sidon. Apollinar. c. 22. *d* Ita Scriv. & MS. noſter, vulg. *quos*.

*a* Unicipes, *b* Auguſta mihi quos Bilbilis *c* acri
Monte creat, rapidis *d* quē *e* Salo cingit a-
Ecquid læta juvat veſtri vos gloria vatis? (quis,
Nam decus & nomen, famaq; veſtra ſumus.
Nec ſua plus debet *f* tenui * Verona * Catullo,
Meque velit dici non minùs illa ſuum.
*g* Quatuor acceſſit triceſima meſſibus æſtas,
Ut ſine me Cereri ruſtica liba datis.
Mœnia dū colimus *h* dominę pulcherrima Romę,
*i* Mutavere meas Itala regna comas:
Excipitis reducem placidâ ſi mente, venimus:
Aſpera ſi geritis corda, redire licet.

*e* Ep. 43. l. 1. *f* Nitido, culto. *g* Jam per 34. autumnos, quibus vos ſacra facitis Cereri, abfui a vobis, vix iq; Romæ. ep. ſeq. f. *h* Ep. 3. l. 1. b. *i* Nigras canis mutavere.

## *Ad librum.* XCIV.

*a* In Hiſpaniam ituro. Al. *Flacco*. *b* Sed placidum mare. *c* Urbis, unde illa Hiſpaniæ regio in qua Bilbilis, Tarraconenſis dicta. *d* Vehiculum. *e* Quinto die iemere ipſe vehiculo vectus. *f* Ep. proxime præcedēt. *g* Mox ut adveneris Bilbilin. *h* Al. *pretio*. Rutgerſ. *precio parvi ſcilicet*. *i* Ubi in ocio conſeneſcat parens tuus i. autor libri, ego ep. 35. l. 6. b. *k* Quæ tibi in Hiſpaniam meam proficiſcenti mandata velim. *l* Quem vocant tumidi venti, ipſe tumidus & imperioſus vectores. *m* Vento ſecundo ſolventibus portu jam laxiore facto navibus. *n* Non licet navi expectare unum, qui moram trahit, vectorem.

I Noſtro comes, I libelle *a* Flacco
Longum per mare, ſed *b* faventis undæ,
Et curſu facili, tuiſque ventis
Hiſpanæ pete *c* Tarraconis arces.
Illinc te *d* rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
*e* Quinto forſitan eſſedo videbis.
Quid mandem tibi quæris? ut ſodales
Paucos, & veteres, & ante *f* brumas
Triginta mihi quatuorque viſos
Ipsâ *g* protinus à viâ ſalutes,
Et noſtrum admoneas ſubinde Flaccum,
Jucundos mihi nec laboriōſos
Receſſus *h* ſpatio paret ſalubri,
*i* Qui pigrum faciant tuum parentem.
*k* Hæc ſunt. jam *l* tumidus vocat magiſter,
Caſtigatque moras, & aura portum
*m* Laxavit melior. vale libelle:
*n* Navem, ſcis puto, non moratur unus.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER XI.

### ¶ I.

QUo tu, quò liber ocioſe tendis,
*a* Cultus Sidone non quotidianâ ?
Numquid *b* Parthenium videre tentas ?
Vadas, & redeas * inevolutus.
Libros non legit ille, ſed *c* libellos :
*d* Nec Muſis vacat, aut, ſuis vacaret.
Ecquid te ſatis æſtimas beatum,
Contingunt tibi ſi manus *e* minores ?
*f* Vicini pete porticum Quirini :
Turbam non habet ocioſiorem
*g* Pompeius, vel *h* Agenoris puella,
Vel *i* primus dominus *k* levis carinæ.
Sunt illic duo, tréſve, qui revolvant
*l* Noſtrarum tineas ineptiarum :
*m* Sed cum ſponſio, fabulæque laſſæ
De *n* Scorpo fuerint, & *o* Incitato.

*a* Eleganter cultus pumice mimo, cedro, velamine purpureo, &c. ut ep. 2. l. 3. & 5. l. 6. ep. vide ep. 14. l. 2.

*b* De quo vide ep. 6. l. 5. & 4. l. ep. 36 Cum vero Parthenius interfectus ſit ſub initio Nervæ Imp. & prodierit hic liber Trajano Imp. videtur Poeta vel ratiſonem temporum in epigrammatum libris non obſervaſſe, vel inceptum jam vivo Parthenio librum abſolviſſe atque ediditſe mortuo, vel non audiviſſe de morte Parthenii. * Non lectus. *c* Supplicum libellos quos Imperatoria cubiculis exhibet. *d* Quod ſi vacaret carminibus, certe vacaret ſuis pangendis, nam quæ & ipſe docta & Poeta, ut ep. 6. l. 5 b & 12 l. ep. 11. *e* Plebeiæ, vulgi, nili & Palatinorum manibus teri aſſ ctas. *f* In monte Quirinali habitavit Martialis, ep. 46. l. 10. b. In Quirini autem porticu (quæ in valle Quirini, 2. ſat. Juven. v. 133.) magnus erat hominum conventus, componendi negotiorum gratia. *g* Porticus Pompeiana, ep. 72. l. 2. l. *b* Porticus Europæ, dict. ep. b & p. *i* Porticus Argonautarum, ep. dict. & ep. 19. l. 3. h. Janus autem primus navigaſſe fertur a Poetis. *k* Alludit Etymon Argus ab ἀργὸς levis. *l* Nugas has meas, carmina hæc mea alias tineis & blattis relinquendas eſcas. *per modeſtiam ſua extenuat.* *m* Et tamen legent hæc non niſi a Circi ſpectaculis ocioſi & laſſi, ubi ceſſarint ſponſiones & ſermones de factionibus & aurigis, *n* Ep. 48. & 50 l. 10. *o* Ep. 72. l. 10.

## *Ad Lectores.* II.

a Procul O procul eſte, faceſſite hinc, quotquot adeſtis triſtis atq; cenſorii ſupercilii, gravis tetricæque frontis & compoſiti vultus. b Pudica & dura a patre duro. c Cenſura, cenſoria regula, præfectura morum. d Caſtitas & luce gaudens pudicitia. Nox enim pudore vacat. Ovid. l. 1. Amo. 6. el. e In quibus libertas & loquendi licentia. Macrob. Saturn. l. c. 10. 11. pueri autem plaudentes clamabant, *Io Saturnalia.* Dio. l. 58. *Saturnalia optimi dierum.* Catull. f Quo Imperatore vera fruimur libertate. g Ita MS. Bodleianus, cui concinunt duo Gruteri. Vulgg. *licet.*

a TRiſte ſupercilium, durique ſevera Catonis
Frons, & aratoris b filia Fabricii,
Et perſonati faſtus, & c regula morum,
d Quidquid & in tenebris non ſumus, ite foràs.
e Clamant ecce mei, Iö Saturnalia, verſus,
Et licet, & f ſub te præſide, Nerva, g libet.

* Conjungit hoc diſtichon præcedenti ep. ex autoritate MSS. P. Scriverius.

## * *Ad Lectores.* III.

* LEctores tetrici g ſalebroſũ ediſcite Sanctrã:
Nil mihi vobiſcum eſt: iſte liber h meus eſt.

g Duris numeris philoſophica ſcribentem conſulta, nec molli fluentem carmine. h Mollis, immo laſcivus, ne dicam impius, infra ep. 16.

## ¶ *De ſuis libellis.* IV.

a Rom. cives otioſi. b Carminibus meis, muſa, a fonte Macedoniæ ceu Pieriæ dicta. c Duas in Dacos expeditiones ſuſcepit Cæſar. Xiphilin. in Nerva. d Illi quidem legunt carmina mea, ſed ego nihil inde lego nummi.

NOn * urbana meâ tantũ a Pimpleïde gaudent
* Ocia, nec vacuis auribus iſta damus:
Sed meus in b Geticis ad Martia ſigna pruinis
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur & noſtros cantare Britannia verſus,
Quid prodeſt? c neſcit ſacculus iſta meus.
At quàm d victuras poteramus pangere chartas,
Quantaque Piëria d prælia flare tuba;
e Cùm pia reddiderint Auguſtum numina terris,
Et Mæcenatem ſi mihi Roma daret!

d Grande epos, & victurum quo bella & geſta Cæſaris canerem. e Si mihi Roma alterum daret Mæcenatem, ut Dii dederunt Romæ alterum Auguſtum in Nerva.

## ¶ *Precatur deos pro Nerva. Trajano.* V.

a Vittæ, Veſtæ ignis ἀσβέστου æterne, &c. b Minerva, Jupiter, Juno. quos recenſet diſticho ſeq. qui tres aeris regiones referant, unde & *penates* dicti per quos penitus ſpiramus. vide Macrob. Saturn. 3. l. 4 c. c Æneas. vide Ælianum 3. l. Var. hiſt. 22. c. d Trojanas. a Laomedonte primi patre.

(c heres;)

a SAcra, b Lareſq; Phrygum, quos c Trojæ maluit
Quam rapere arſuras d Laomedontis opes:

e Scriptus

*e* Scriptus & æterno nunc primùm Jupiter auro,
Et *f* ſoror, & ſummi *g* filia tota patris:
Et *h* qui * purpureis jam tertia nomina faſtis
Jane refers Nervæ, vos precor ore pio:
Hunc omnes ſervate ducem, ſervate ſenatum:
Moribus *i* hic vivat principis, *k* ille ſuis.

*e* Effictus, inſcriptus, inſignitus aurea imagine. *f* Juno. *g* Minerva ἀμήτωρ, è Jovis cerebro nata, patrima virgo. *h* Jane cuſtos Faſtorum in quos referuntur nomina conſulum, adeoque Nervæ, qui Imperii anno geſſit tertium conſulatum cum Virg. Ruſo. Junius de tertio conſulatu Ulp. Nervæ Trajani intelligit. * Ep. 24. l. 12. c. *i* Senatus. *k* Nerva Imp.

## ¶ *In laudem Nervæ Trajani.* VI.

TAnta tibi eſt recti reverentia, Cæſar, & æqui,
Quanta Numę fuerat: *a* ſed Numa pauper erat:
Ardua res hæc eſt, *b* opibus non tradere mores,
Et cùm tot *c* Cræſos viceris, eſſe *d* Numam.
*e* Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elyſium liceat ſi vacuare nemus:
Te volet invictus *f* pro libertate *g* Camillus,
Aurum *h* Fabricius te tribuente voler.
Te duce gaudebit *i* Brutus: tibi Sylla *k* cruentus
*l* Imperium tradet, cùm poſiturus erit.
Et te *m* privato cum Cæſare Magnus amabit:
Donabit totas & tibi *n* Craſſus opes.
Ipſe quoq; infernis revocatus Ditis ab umbris,
Si *o* Cato reddatur, Cæſarianus erit.

*a* Non itaq; tam miranda atque ardua res in paupertate erat pietas & ſanctitas. *b* Non efferri & corrumpi a divitiis. *c* Divites reges, Decebalum Dacorum, & Armeniæ Parthiæque reges, Xipnilin. Tra. *d* Sanctum, æquum, continentem, qualis fuit Numa ſecundus Rom. rex. *e* Si reviviſcant ab inferis reverſi antiqui illi clariq; Romani. Atque hinc novum ordiuntur aliqui epigr. a præcedenti tetraſticho diviſum. *f* Lipſ. l. 1. Epiſt. quæſt. 5 legit *præ libertate* q.d. Camillus te principem malit quam ſuam illam libertatem. *g* Qui Romam a Gallis occupatam Dictator abſens creatus liberavit. *h* Qui continentiſſime in paupertate vivens munera ſibi a Pyrrho & aurum a Samnitibus miſſum repudiavit. *i* Juniuſne qui reges ejecit? an Marcus Brutus unus e Julii Cæſ. percuſſoribus? *k* C. M. hoſtium deleverat, ſenatores 90. conſulares 15. equites 260. *l* Ut quondam dictaturam depoſuit, feceſſitque Puteolos. *m* Non rerum ſummam affectante, idque civili bello. *n* Licinius ne Craſſus, an Marcus qui periit apud Parthos? *o* Qui ſibi mortem conſcivit Uticæ ne videret Cæſarem: tua tamen æquitate adductus a Cæſare ſtabit.

## ¶ *Saturnalia.* VII.

*a* UNctis faleiferi ſenis diebus,
*b* Regnator quibus imperat fritillus,
Verſu ludere *c* non laborioſo
Permittis, puto, *d* pileata Roma,
*e* Riſiſti: licet ergo, nec vetamur,

*a* Feriis Saturni falcem gerentis (quod χρόνος χρόνας .i. tempus omnia metat) in quibus ut & cœnæ. *b* In quibus impune regnat alea, ep. 11. l. 4. h. i & ep. 81. l. 5. a. *c* Ficilis jocoſo. *d* In Saturnalibus ſervi incedebant pileos induti velut domini. *e* Riſui annuere & conſentire videris.

Pallentes

Pallentes procul hinc abite curæ:
Quidquid venerit obvium loquamur,
Morosa sine cogitatione.
Misce dimidios puer *f* trientes,
Quales *g* Pythagoras dabat Neroni:
Misce *h* Dindyme, sed frequentiores,
Possum nil ego sobrius: *i* bibenti
Succurrent mihi quindecim poëtæ.

*f* Ep.26.l.11.b. *g* Puer e contaminatorum grege, cui nupsit Nero. Tacit. Annal.15. quem Suetonius 29. c. Neronis, Doriphorum nominat. *h* Puer, Ministrer. ep. 40. l.10.& ep.65.l.6. *i* Calens mero (quod animi educit instrumenta) fundam carmina & exprimam ingenia XV simul poetarum. Exprimit certe Æschylum, Aristophanem, Anacreontem, Ennium, Horatium, &c. quibus vinum erat Hippocrene. lege Antipatri epigr. Ω ἑλικὼν Βοιωτί, &c. 2.l. Anthol. c. 46.

## ¶ *De basiis sui pueri.* VIII.

LAssa quod *externi spirât opobalsama drauci,
Ultima *b* Corycio quæ cadit aura croco,
*c* Poma quod hibernâ maturescentia *d* capsâ,
Arbore quod verna luxuriosus ager,
De Pallatinis *e* dominæ quod serica prelis,
Succina virgineâ quod *f* regelata manu:
Amphora quod nigri, *g* sed longe fracta Falerni,
Quod qui *h* Sicanias detinet hortus apes,
Quod *i* Cosmi redolent *k* alabastra, *l* fociq; deorũ,
Quod modò *m* divitibus lapsa corona comis:
Singula quid dicam? non sunt satis, omnia misce:
Hoc fragrant horti lilia mane mei.

* Quod olent trita opobalsama delicati pueri ex Asia, Græcia, vel Ægypto. * Al. *besterni*, i. ejus qui nocte præterita ἐκόμασε. *b* Ep.55.l.3.b. & ep.55.l.9.c. Al. Curvo. *c* Ep.64.l 3.2. *d* Qua poma, hyeme servantur. *e* Augustæ nempe vestimenta serica cen syntheses, Palatinis recondita prelis. ep.38.l.2.b. *f* Hoc est attritu calefacta. ep.38.l.5.n. *g* Odora enim per aerem diffusa gratiora sunt: propius autem admota obstruunt sensorium. *h* Siculas apes, mellifica Hyblæa. *i* Myropolæ. ep 74.l.1.2. *k* Pyxides unguentariæ ex alabastro. *l* Thure ardentes. *m* Proinde nardo & unguento delibutis.

## *De statua Memoris.* IX.

CLarus fronde Jovis, *b* Rõani fama *c* cothurni,
*d* Spirat *e* Apelleâ redditus arte Memor.

* Querna ornatur corona Jovis Capitolini. ep.43.l.4.a. *b* Tragicine carminis Poeta, an heroici? Tragicum fuisse testatur Placiades Fulgentius. *c* Ep.19 l.3.c. *d* Ad vivum expressa statua. *e* Memoris statua Apellis opus. alii leg. *Apollinea*, intelliguntq; Memoris statuam in Apollinis bibliothecam receptam, ut Persii prolog.

## *De Turno.* X.

COntulit ad Satyras ingentia pectora *a* Turnus,
Cur non ad Memoris *b* carmina? *c* frater erat.

* Ep.79.l.7. c. *b* Heroicane, an tragica? epigr. præced. b. *c* Cessit illius carminis gloriam fratri, neq; voluit sciili æmulum. ingerere, ut Unicus. ep.37.l.12.

Ad

## *Ad puerum ſuum.* XI.

*a* TOlle puer calices, tepidiq; toreumata Nili,
*b* Et mihi ſecurâ pocula trade manu,
*c* Trita patrum labris, & *d* tonſo pura miniſtro;
*e* Antiquus menſis reſtituatur *e* honor.
Te potare decet *f* gemmâ, *g* qui Mentora frangis
In ſcaphium mœchæ, Sardanapale, tuæ.

*a* Amove elaboratos calices vitreos ex Ægypto Romam allatos. *b* Et trade mihi pocula ſagina vel Saguntina de quibus non ſis ſollicitus ne labantur, ep. 105. l. 14. *peccant ſecuræ ſollicitæque manus.* *c* Fictilia, cujuſmodi a Numa inſtituta ſunt in honorem deorum, & ab antiquis Romanis in uſu. *d* Non ornato & calamiſtrato, ſed rudi & ſimplici. *e* Urnarum & calicum fictilium. *f* Calice e gemma, vel gemmato poculo. *g* *Qui pocula Mentorea nobilitata manu* (ut dixit ep. 48. l. 9. t.) diffringis ut inde conficiatur mœchæ tuæ matula, dignum ſane te homine molli & impuro poculum. Sed vide an placeat lectio, *Te potare decet gemma, qui Mentora frangis? In ſcaphio mœchæ Sardanapale tuæ.* q. d. Magis convenit fictile ſcaphium quam calix e gemma illi qui Mentoris opera frangit.

## *In Zoilum.* XII.

JUs tibi natorum vel ſeptem, Zoile, detur:
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Vis jure natorum clarescere, cum tibi natales ſint ortu Nili obſcuriores. Petas licet jus liberorum ſeptem vel ſexcentorum ſi placet ipſe uſque obſcurus eris & nullius filius, terra natus. *Negatamen jus petebatur liberorum ultra tres.* ep 66. l. 2.

## ¶ *Epitaphium Paridis.* XIII.

QUiſquis *a* Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Urbis deliciæ, ſaleſque *b* Nili,
Ars & gratia, luſus & voluptas,
Romani *c* decus, & *c* dolor theatri,
Atque *d* omnes Veneres, Cupidineſque,
Hoc ſunt condita, quo *e* Paris, ſepulchro.

*a* Ep. 25. l. 6. e. *b* Ægypti. *c* Decus dum viveret, dolor ex morte ejus. *d* Vide Planti epitaph. apud A. Gell. l. 1. c. 24. *e* Hiſtrio nobilis quem interfici juſſit Domitianus, quod cum deperiret Domitia Auguſta. Sueton. c. 3. Domit.

## *De colono.* XIV.

HEredes nolite brevem ſepelire colonum.
*a* Nam terra eſt illi quantulacumque gravis.

*a* Qui puſillus cum ſit, vel leviſſimæ terræ ferendæ non ſufficit. *Luait autem Poeta in formula* S. T. T. L. vide ep. 75. l. 1. d.

## *Ad Sabinum.* XV.

NOn omnis roſtri *h* nocturna eſt pagina libri:
Invenies & quod *i* mâne, Sabine, legas.

*h* Ebria, petulans, impudica. *i* Sobrius, & ſalva verecundia.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Lupum.* XVI.

* Huic geminum, vide 2. Anthолog. Luciliani. Ἀγρὸν Μλωφάνης, &c.

a Prædiolum urbanum.

b Plebs Romana in feneſtris alebat ad ſpeciem hortorum flores & frutices, quos videmus in Hiſpania & Italia monachos facere in feneſtris oſtendentes arbuſcula, malos citreas, hortulos penſiles, &c.

c Quem hortum ruta unica tegit obumbratq; non ſecus ac ſi eſſet nemus Dianæ Aricinæ. *Hyperbolice, ut cœtera quæ ſeq.*

d Quæ non naſcitur in Italia, uti nec piper.

* Donaſti Lupe *a* rus ſub urbe nobis:
Sed rus eſt mihi majus *b* in feneſtrâ.
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
*c* In quo ruta facit nemus Dianæ.
Argutæ regit ala quod cicadæ,
Quod formica die comedit uno,
Clauſæ cui folium roſæ corona eſt:
In quo non magis invenitur herba,
Quam *d* coſti folium, piperve crudum:
In quo nec cucumis jacere rectus,
Nec ſerpens habitare * tota poſſit.
*e* Erucam malè paſcit hortus unam,
Conſumpto moritur culex ſalicto,
Et talpa eſt mihi foſſor, atq; arator.
Non boletus hiare, non mariſcæ
Ridere, aut violæ patere poſſunt.
Fines mus populatur, & colono
Tamquam *f* ſus Caledonius timetur,
*g* Et ſublata volantis ungue Procnes
In nido ſeges eſt hirundinino.
Vix implet cochleam peracta meſſis,
Et muſtum nuce condimus *i* picatâ.
Erraſti, Lupe, *k* litera ſed unâ:
Nam quo tempore *prædium* dediſti,
Mallem tu mihi *prandium* dediſſes.

Al. *Coſmi.*

* Ita MS. noſter, Al. *tuta.* *e* Vermiculum qui olera depaſcitur. *f* Ep. 23. lib. ſpectac. 2. *g* Cujus ſegetem ceu herbam uno impetu correptam aufert hirundo ad nidum condendum. *i* Affuſum ad dolia & teſtas quæ picabantur ne vina expirarent animam. *k* Litera æ in n mutata, mallem *prandium* quam tale *prædium.*

## *Ad Labullum.* XVII.

a Ejuſdem ingenii vide ep. 77. l. 10 & 63. l. 1. dum cliens te ſaluto, deduco, reduco, tibi obſequor, aſſentor & ejuſmodi præſto officia perit dies, pereunt ſtudia carminaque.

*a* DUm te proſequor, & domum reduco,
*b* Aurem dum tibi præſto garrienti,
Et quidquid loqueris, faciſque, laudo,
Quot verſus poterant, Labulle, naſci?
Hoc damnum tibi non videtur eſſe,
Si quid Roma legit, requirit hoſpes,
Non deridet eques, tenet ſenator,

*b* Vide epigr. 76. l. 1. & Theophraſti charact. περὶ κολακείας. & quæ Caſaubonus ibi, λέγοντ' ἂν τινὲς τὸν τοῖς ἄλλοις παρὰν πολεῦσαι, καὶ ἐπαγρίσαι.

Laudat

Laudat cauſſidicus, poëta *c* carpit,
Propter te perit. *d* hoc, Labulle, verum eſt ?
Hoc quiſquam ferat, ut *e* tibi tuorum
Sit major numerus togatulorum,
Librorum mihi ſit minor meorum ?
Triginta propè jam diebus una eſt
Nobis pagina vix peracta : *f* ſic fit,
Cùm cœnare domi poëta non vult.

*c* Vellicat & reprehendit, pro mo.e æmulantium artificum & invidentium, invidis autem diſplicere felicitatis argumento eſt. ep. 48. l. 6 c. & 65. l. 4. *d* Hoccine æquum eſt ? *Ah ! idne verum eſt ?* Terent. *e* Me addito cæteris tuis clientibus *f* Ita fit, ut, cum cœnam officiis demereor, dum foris cœnare volo, negligantur ſtudia, pereant poemata.

## *In Zoilum.* XVIII.

*g* OS malè cauſſidicis, & dicis olere poetis ;
Sed *f* detractori, Zoile, pejus olet.

*g* Propter maledicta hoc ? an a ſtudio diutino impedita concoctione ? ep. 4. l. 4. h. *f* Tibi.

## *In Cæcilium.* XIX.

*a* ATreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas quaſi filios Thyeſtæ
In partes lacerat, ſecatque mille.
*b* Guſtu protinus has edes in ipſo,
Has *c* primâ feret, *d* alterâve cœnâ,
Has cœna tibi tertia reponet.
* Hinc ſeras *e* epidipnidas parabit,
* Hinc piſtor *f* fatuas facit placentas,
* Hinc & multiplices ſtruit *g* tabellas,
Et notas *h* caryotidas theatris :
* Hinc exit varium coco *i* minutal,
Ut *k* lentem poſitam, fabamque credas :
Boletos imitatur, & *l* botellos,
Et caudam *m* cybii, breveſque *n* mænas :
* Hinc *o* cellarius experitur artes,
Ut condat vario vaſer ſapore
In rutæ folium *p* capellianæ.
Sic implet *q* gabatas, paropſidaſque,
Et leves ſcutulas, cavaſque lances.

*a* Cucurbitas enim diſſecas in ſiuſta varieq; apparat, ut Atreus quondam fratris Thyeſtæ filios. Senec. Thyeſt. v. 758. vide Ammiani epigr. l. 2. Anth. c. 40. Ὡς κῆπον τυδικῶς, δεῖπνον παρὰ ἕψυκεν Ἀτρέλλης Ὀλόμενον βόσκειν αἵτι τέλεον ἐξόβατον, &c. Apelles Pythagoræa cœna excepit amicos perinde ac hortum immolaſſet, vel pecora paſturus eſſet. *b* Cœnæ exordio, antecœna. ep. 30. l. 10. d. *c* Caput, pompa, flos cœnæ. dict. ep. 30. l. 10. *d* Secunda menſa. *ibid.* vide & Roſin. l. 5. Antiquit. Rom. c. 25. * Ex his cucurbitis. *e* Dapes, bellaria quæ δεῖπνον δεύτερον poſt cœnam opponuntur diſtribuuntur ve. *f* Inſipidas ſc. & inſulſas, e cucurbitis. *g* Quadras de placenta. *h* Palmulas. ep. 27. l. 13. *i* Cibus e variis minutim conciſis. *k* Pultem ex lente ac faba. *l* Ep. 75. l. 5. g. *m* Ep. 75. l. 5. c. *n* Piſciculos, de quibus Athenæus 7. l. 18. c. & Plin. 32. l. 7. c. *o* Promus, promus condus. vide Beroaldum in Servium. *p* Rutæ fibris tanquam capillamentis multicomæ, *vel* rutæ capratiæ, quam capreæ ſectentur & paſcant. *q* Ep. 41. l. 7. *

Hoc

Hoc lautum vocat, hoc putat venuſtum,
Unum ponere ferculis tot aſſem.

## ¶ *In Neſtorem.* XX.

(ctus,

a Sic Catullus ep.20. *Furi, cui neq; ſervus eſt, neque arca,* &c. vide & noſtrum.
b Nec teges ceu ſtorea exſiva, ſcirpo, ceu canna paluſtri.

a NEc toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus,
b Nec tibi de bibula ſarta palude teges:
Nec puer, aut ſenior, nulla eſt ancilla, nec infans,
Nec ſeta, nec c clavis, nec canis, atq; calix.
Tu tamen affectas Neſtor d dici atq; videri
Pauper, & e in populo quæris habere locum.
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore:
f Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

a ſedge-mat. c Ep.36.l.5.b. d Ep.19.l.8. e Plebeius eſſe & proletarius, f Sed mera mendicitas.

## *De Praſino.* XXI.

Praſinæ factioni (cui favebat Nero) obſtrepebant aliarum factionum fautores, viciſſe ſuos aurigas non propria virtute, ſed gratia Imperatoris. reſpondet iis Poeta falſum hoc eſſe, poſtquam Nerone mortuo & huic factioni frequens cedat palma.

SÆpius ad palmam Praſinus poſt fata Neronis
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc livor edax: dic te ceſſiſſe Neroni:
Vicit nimirum, non Nero, ſed Praſinus.

## *De Apro.* XXII.

ÆDes emit Aper, ſed quas nec noctua vellet
Eſſe ſuas: adeò nigra, vetuſque caſa eſt.
Vicinos illi nitidus Maro poſſidet hortos.
c Fecit hoc optimo quidem conſilio: quo invitaretur ſæpius a nitido tantoque vicino. *Aliquid boni propter vicinum bonum.*
g Cœnabit bellè, non habitabit Aper.

## ¶ *Ad Fabullum.* XXIII.

IGnotos mihi cùm voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te
Miraris, quereriſque, litigaſque.
h Solus quippe videtur, qui inter ignotos nec ſuæ conditionis eſt, utcunque magnus ſit illorum numerus.
h Solus cœno, Fabulle, non libenter.

## ¶ *De Caio Proculo.* XXIV.

a Ep.44.l.8. b. b Convaleſcens & reſtitutus e morbo deſperato.
c Multo mihi dulcior eſt deplorati dudum ac depoſiti amici recepta inſperato ſalus.

CAius hanc lucem a gemma mihi Julius albâ
Signat, Iö votis b redditus ecce meis.
c Deſperaſſe juvat, veluti jam rupta ſororum
Fila, minus gaudent, qui timuere nihil.

d Hypne

*d* Hypne quid expectas piger? *e* immortale Falernũ
Funde, *f* senem poscunt *g* talia vota cadum.
*h* Quincunces, & sex cyathos, bessemq; bibamus,
Cassus ut fiat, Julius, & Proculus.

*d* Puer, minister. *e* Ep. 78. l. 9. d. *f* Ep. 78 l. 9. c. *g* Tam grata ex tam inspe-

ratis. *h* De hoc more ebibendi nomen amici, vide ep. 72. l. 1. hic autem quincunx respondet ℸ *Cassio*, ℷ *Julius* semis, i. 6. cyathi, ℸ *Proculus* bes, i. 8. cyathi. Vide 26. ep. l. 1. b.

## *In Zoilum.* XXV.

ZOile *i* quid tota gemmam præcingere librâ
Te juvat, & miserum perdere sardonycha?
*k* Annulus iste tuis fuerat modò curribus aptus;
Non eadem digitis pondera conveniunt.

*i* Cur eques e servo factus annulum gestet liberalem *Hyperbolice* magnum sc. prægravasq;

& occultas gemmam nimio auro? An credis idem pondus convenire digito & annulo, quod modo gestabas in compedibus? ep. 27. l. 3. *k* Compes. *frontem literati, capillum semiraſi, & pedes annulati.* Apuleius.

## *De mulione surdo.* XXVI.

MUlio viginti venit modò millibus, * Aule.
Miraris pretium tam grave? *l* surdus erat.

* Al. *Aucte.* *l* Ex ἀφροδεξίᾳ au-

get, *vel*, innuit flagitioso domino magis placere servus surdos quos nemo roget de criminibus domini. vide 9. sat. Juv. 104. v.

## ¶ *In* * *Charidemum.* XXVII.

CUnarum fueras *a* motor, Charideme mearum
Et pueri custos, assiduusque comes,
Jam mihi nigrescunt tonsa *b* sudaria barbâ,
Et queritur *c* labris dextera puncta meis.
*d* Sed tibi non crevi: te noster villicus horret:
Te dispensator, te domus ipsa pavet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare:
Nil mihi vis, & vis cuncta licere tibi.
Corripis, observas, quæreris, suspiria ducis,
Et vix à ferulis abstinet ira manum.
Si *e* Tyrios sumpsi cultus, unxive capillos;
Exclamas, numquam fecerat ista pater.
Et *f* numeras nostros adstricta fronte trientes,
Tamquam de cellâ sit cadus ille tua.
Desine: non possum libertum ferre *g* Catonem.
Esse virum jam me dicet adulta tibi.

* Vide Plauti Linum, in Bacchid. *a* Al. *monitor*, i. infantiæ puritiæque moderator, sed & τὸ *motor* placet. *b* Linea, quæ demessim a tonsore barbam excipiunt. *c* A rasura asperis duriusque. *d* Tibi tam en etiamdum puer videor, nec qui in virum transcripsi liberius vivendi potestatem habeam. *e* Vestes purpureas.

*f* ἀριθμεῖς πόσους κύλικας πίνομεν. Theophrast. charact. περὶ ἀνελευθερίας. de trientibus vide quæ ad ep. 26. l. 1. b. *g* Censorium esse gaudet, qualis fuit Cato major.

## *De Amynta.* XXVIII.

*a* Dum vehementi studio saginat porcos.
*b* Dum laudem quærit ex pinguibus factis fabis.
*c* Ascendit ilicem glande onustam & incurvatam ex-cussurus glandes, sed pondere pueri fractis ramis qui vix suum sustinebant onus, decidit ipse excussis secutus glandes. sic Hylam secutum urnam dixit Juvenalis sat. 1. v 164.
*d* Pater Amyntæ succisam arborem filii rogo damnavit. *e* Non, quo Amyntas studio, saginam properare.

*a* INdulget pecori nimium dum pastor Amyntas,
*b* Et gaudet famâ, luxuriâque gregis:
*c* Cedentes oneri ramos, sylvamque fluentem
Vicit, concussas ipse secutus opes.
*d* Triste nemus diræ vetuit superesse rapinæ,
Damnavitque rogis noxia ligna pater.
Pingues Lygde sues habeat vicinus Iölas:
Te satis est nobis *e* annumerare pecus.

## ¶ *In Cæcilianum.* XXIX.

*a* Illustria, insignia.
*b* Vilia, humilia, abjecta. *vel*, de mortuis, quale fuit præcedentibus ep. de Amynta argumentum. *c* Ep. 25. l. 10. a. *d* Neque enim dulcia mella, qualia ex thymo Hymetti Attici, aut Hybiæ Siculæ fiunt, potest apis (vel optima) conficere ex amaris Corsicæ taxis, ita nec, &c.

(ponis

*a* VIvida cùm poscas epigrammata, *b* mortua
*c* Lemmata, qui fieri, Cæciliane, potest?
*d* Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?

## *Ad senem orbum.* XXX.

*b* Senex. *Hyperbolice.*
*i* Captator est & heredipeta adulatorius, vultur assidens, qui mortem tuam cupit, cadaver expectat. ep. 50. l. 6. b.

*b* ORbus es, & locuples, & *b* Bruto consule natus,
Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt veræ: sed quas juvenis, quas pauper habebas,
Qui novus est, *i* mortem diligit ille tuam.

## *In Silium.* XXXI.

*f* Silius Ciceronis atque Virgilii studiosissimus imitator, hujus aram religiosissime colebat, ep. 32. infra, illius villas comparavit Plin. l. 31. c. 1. *g* Virgilii. *h* Ciceronis ædium. *i* Erat enim orator & Poeta, ep. 51. l. 7.

*f* SIlius hæc magni celebrat monumenta Maronis
Jugera facundi qui Ciceronis habet. (nis:
Heredem, dominumq; sui *g* tumuliq; *h* Larisque
*i* Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

## *De Silio.* XXXII.

* Cenotaphium & memoriam, neque enim de tumuli loco constat.

JAm propè desertos * cineres, & sancta Maronis
* Nomina qui coleret pauper, & unus erat.

Silius

Silius *m* optatæ ſuccurrere cenſuit umbræ,
Silius *n* & vatem, non minor, ipſe tulit.

*m* Al. *Andino tandem ſuccurrit agello.*

Andes autem, vicus non procul a Mantua Virgilii patria. *n* Lipſ. 1. l. 5. epiſt. quæſt. legit *& vatem, non minor ipſe colit.* i. Silius Poeta Virgilio non inferior colit Virgilium. vide ep. 11. l. 4. n. & ep. 31. ſupra. G. Barthius *ætatem* legit, l. 11. c. 4.

## ¶ *Ad Julium Cerealem.* XXXIII.

COenabis bellè Juli Cerealis, apud me?
*a* Conditio eſt melior ſi tibi nulla, veni.
Octavam poteris ſervare: *b* lavabimur una.
Scis quam ſint Stephani balnea juncta mihi?
Prima tibi dabitur ventri lactuca *c* movendo
Utilis, & porris fila reſecta ſuis.
Mox vetus, & tenui major *d* cordylla *e* lacerto;
Sed *f* quam cum rutæ frondibus ova tegant;
*g* Altera non deerunt *h* tenui verſata favillâ,
Et *i* Velabrenſi maſſa recocta foco:
Et *k* quæ Picenum cenſerunt frigus olivæ:
Hæc ſatis in *l* guſtu, cætera noſſe cupis?
*m* Mentiar ut venias, *n* piſces, *o* conchylia, *p* ſumen,
Et *q* cortis ſaturas, atque *r* paludis aves:
Quæ *ſ* nec Stella ſolet rarâ niſi ponere cœnâ.
Plus ego polliceor: *t* nil recitabo tibi.
*u* Ipſe tuos nobis relegas licet uſque Gigantas,
*x* Rura vel æterno proxima Virgilio.

*a* Al. *Conditio melior ſi tibi nulla venit.*
*b* Ante cœnam lavabant, æſtate, hora octava; hyeme, duodecima: divites cum cœna præcedebant convivis balnea privata, pauperes publica conducebant. hinc poeta Cerealem ad Stephani balnea invitat.
*c* Ciendo, lubricando.
*d* Ep. 2. l. 3. d. & 13. l. 1. ep.
*e* Ep. 75. l. 5. e.
*f* Ep. 46. l. 10.
*g* Ova alib.
*h* Sic Ovid.

8. Mat. *Ovaque non aeri leviter verſata favillâ.* *i* Cæſius Velabrenſis tumo focoque induratus. ep. 32. l. 13. *k* Ep. 36. l. 13. *l* Antecœna, ep. 19. ſupra b. *m* Promittam tibi lautiore apparatu caput cœnæ appoſitum, ut venire velis. *n* Piſces vero in lautioribus conviviis primas habebant. *o* Oſtrea. *p* Ep. 43. l. 13. *q* Gallinas, ep. 25. l. 7. b. *r* Anates. *ſ* Non ipſe lautus & nobilis Stella, de quo, ep. 74. l. 8. & alibi. *t* Namque convivas ſuos importuna lectione ſæpe enecabant ita hirudines. ep. 75. l. 5. 1 & Lucian. 2. Anthol. c. 47. *u* Tu nobis legas Gigantomachiam a te ſcriptam & Georgica tua, Virgilii Georgicis non cedentia. *x* Al. *Rura.*

## ¶ *De Claudia Rufina.* XXXIV.

*a* CLaudia *b* cœruleis cùm ſit Rufina Britannis
Edita, *c* cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ! *d* Romanam credere matres
Italides poſſunt, Atthides eſſe ſuam.
*e* Dî bene, quòd *f* ſancto peperit fœcunda marito,
*g* Quòd ſperat *h* generos, *i* quodque puella *k* nurus

*a* Eadem forte quæ Pudentinupſit, ep. 10. l. 4.
*b* An quia Britanni ſe glaſtro colorabant, ut tradunt Cæſar. 5. com. bel. Gal. Mela, Plinius l. 22. c. 1. Solin. 33. c. atque hinc dictos autumat doctiſſ. Camdemus, *Krith* enim antiqua lingua patria *depictum & coloratum* ſignificat, ſic ep. 56. l. 14. *c* Al. *Quam Latiæ pectora gentis habet!* *d* Neque enim cedit Græcis nominis aut matronis Latinis. *e* Vide Briſſonium. 1. l. form. *f* Pioneſan deos ſtos namqs & defunctos veteribus *ſanctos*, *g* Al. *Quot.* *h* Filiabus. *i* Al. *Quotque.* *k* Filis.

Sic placeat ſuperis, ut conjuge gaudeat uno,
Et ſemper natis gaudeat illa tribus.

## ¶ *In Zoïlum.* XXXV.

a Ep.45.l.10 d
b Capulo, ferro.
c Notat in bustuario fure ſervi ſem conditionem, non enim niſi viles & inhoneſti homines e rogo quippiam diripuerunt.

a UNguenta,& caſias,& olentẽ funera myrrhã,
Thuraque de medio ſemicremata rogo,
Et quæ de b Stygio c rapuiſti Cinnama b lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde ſinu.
A pedibus didicere manus peccare protervæ,
Non miror furem, qui fugitivus erat.

## *De Lupo ad Urbicum.* XXXVI.

a Quod Lupus te hortatur liberis operam dare. *vel*, quod Lupus tibi vovet liberos ex uxore.
b Fingat modo ſe concepiſſe.
c Lupi,qui amice & fideliter hoc conſulu iſſe videri vult.
d Nihil illi ex teſtamento relinque.

a HOrtatur fieri quòd te Lupus Urbice,patrem
Ne credas, nihil eſt quod minùs ille velit.
Ars eſt captandi quod nolis velle videri;
Ne facias optat, quod rogat ut facias.
b Dicat prægnantem tua ſe Coſconia tantùm:
Pallidior fiet jam pariente Lupus.
At tu conſilio videaris ut uſus c amici.
d Sic morere, ut factum te putet eſſe patrem.

## *In Chæremonem.* XXXVII.

a Non hoc facis ex virtute & fortiter, ſed ex inopia rerum & puſillanimitate.
b *Et triſtus cimice leſtus*, ſupra ep.20.
c *Ironice*.
d Al. *Lingonicis*. vide ep.159. l.14.
e Quod ſi tibi res ſuppeteret ampla & lauta.
f Al. *pexa*.
g Ep.30.l.9.2.
h Vide ep.9.l 1.& 58.l.2.

QUòd nimiùm laudas,Cherẽmon Stoice,mortem
Vis animum mirer ſuſpiciamque tuum. (rem
a Hanc tibi virturem fracta facit urceus anſa.
Et triſtis nullo qui reper igne focus.
Et teges b & cimex, & nudi ſponda grabati,
Et brevis, atque eadem nocte dieque toga.
c O quã magnus homo es,qui fæce rubentis aceti,
Et ſtipulâ, & nigro pane carere pores!
d Leuconicis e agedum tumeat tibi culcita lanis,
Conſtringatque tuos purpura f texta toros:
O quàm tu cupias ter vivere g Neſtoris annos,
Et nihil ex ulla perdere luce voles!
Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam;
h Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

¶ *Ad*

## ¶ *Ad Severum.* XXXVIII.

*a* MIraris docto quòd carmina mitto Severo,
*b* Ad cœnam quòd te, docte Severe, vocem.
Jupiter ambrosia fatur est, & nectare *c* vivit:
Nos tamen æra Jovi, *d* thura, merumq; damus.
Omnia cùm tibi sint dono concessa deorum:
Si quod habes, non vis; ergo quid accipies?

*a* Ep. 22. l. 9.
*b* Ut Mæcenatem Horatius, od. 29. l. 2.
*c* Scrib. *Vivo*, idem.
*d* *Cruda*, & mente & MSS. Gruteri; ut *exta cruda* opponantur Ambrosiæ, *merum* nectari. Omnia Deorum sunt; quit Seneca; tamen Dis posuimus donum, & ultrò jecimus. 7. de Benefi 4. c.

## *In Tonsorem.* XXXIX.

QUid si me tonsor, cùm stricta novacula supra
Tunc libertatem, divitiasque roget? (est,
Promittam: *a* nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat: *res est imperiosa timor.*
Sed fuerit curvâ cùm tuta novacula thecâ,
Frangam tonsori crura manusque simul.

*a* Non quatenus tonsor, sed quasi latro.

## *De Charino.* XL.

SEnos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos,
Nec cùm lavatur, causa quæ sit, quæritis?
*g* Dactyliothecam non habet.

*g* Non habet repositorium annulorum, ut qui sui non sint sed conducti.

## *In Faustum.* XLI.

NEscio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:
Hoc scio, quòd scribit *m* nulla puella tibi.

*m* An itaque pueris? An hinc voluit se videri in gratia esse apud puellas. ep. 53. l. 3. h. quarum tamen nulla illi rescripsit.

## *In Justinum.* XLII.

*a* SExcenti cœnant à te, Justine, vocati
*b* Lucis ad officium, quæ tibi prima fuit:
Inter quos, memini, non ultimus esse solebam:
Nec locus hic nobis invidiosus erat.
*c* Postera sed festæ reddis solennia mensæ:
*d* Sexcentis hodie, cras mihi natus eris.

*a* Permulti. *Synecd.*
*b* Ad natalem tuum celebrandum.
*c* Jam vero me velut imi ordinis amicum invitas ad reliquias & analecta in crastino convivii. *d* Hodie itaque invitati celebrent natalem tuum muneribus, pro more, genethliacis: ego cras vel nunquam. neq; enim veniam vocatus.

## *In Vacerram.* XLIII.

ET delator es, & calumniator:
Et fraudator es, & negotiator:
Et ſellator es, & laniſta, miror
Quare non habeas Vacerra nummos.

*e* Quod vulgo dicitur: **he hath too many occupations to thrive.** *Qui ubique eſt, nuſquam eſt.* Senec. epiſt. 2. *Multa novit vulpes, echinus unum magnum.*

## *In Maronem.* XLIV.

NIl mihi das vivus: dicis poſt fata daturum,
Si non es ſtultus, ſcis Maro *f* quid cupiam.

*f* Mortem tuam, ut ep. 57. l. 6. ep. 27. l. 8. & ſupra 30. ep.

## *Ad Mathonem.* XLV.

PArva rogas magnos: ſed non dant hæc quoq;
Ut pudeat levius te Matho, magna roga.

*g* Levior quippe ignominia ex repulſa in magnis quam parvis. & adverte Polyptoton in *magnos, magni, magno.*

## *Epitaphium canis Lydiæ.* XLVI.

*a* AMphitheatrales inter *b* nutrita magiſtros
Venatrix, ſylvis aſpera, blanda domi,
Lydia *b* dicebar, *c* domino fidiſſima dextra,
Qui non Erigones mallet habere *d* canem:
*e* Nec qui, Dictæâ Cephalum de gente ſecutus,
*f* Luciferæ pariter venit ad aſtra deæ.
*g* Non me longa dies, nec inutilis abſtulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
*h* Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta,
Quantus erat *i* Calydon, aut, *k* Erymanthe, tuus.
Nec queror, infernas quamvis citò rapta ſub umbras
Non potui fato *l* nobiliore mori. (bras:

*a* Inter Venatores qui curant venationes exhibendas in Amphitheatro nutrita. *b* Προσωποποιία canis. *c* Domino meo atque filio ac dextra propria. Alii leg. *Dextro* ut ſit κύριον. *d* Meram, Hymeram, ceu Neæram, canem, quæ Erigone monſtravit ubi pater Icarius e paſtoribus Atticis occiſus jaceret inſepultus. Hygin. 130. fab. *e* Nec Lælaps canis a Jove cuſtos Europæ appoſitus, quem a Minoe acceptum Procris conjugi ſuo Cephalo reliquit. Hygin. 2. l. & Ovid. 7. Metam. *f* Ad Lunam, ceu Dianam gaudentem venatione & canibus. *Vel*, inter aſtra relatus eſt a Jove. *g* Neque eram aetioſa ut ille Ulyſſis canis Argus, qui reverſum poſt 20. annos agnovit herum. Odyſſ. 17. & Ariſtot. 6. l. hiſt. anim. *h* Obliquo feriente inſtar fulminis. *vel* urenti: inciſe enim aprorum dentibus ignem vim teſtatur Xenophon in κυνηγετ. & Oppian. 3. κυνηγ. Λελκὸν ὀδόντα Λάδριον ἐντὸς ἐχειν μαλερῷ πυρὸς αὐγὴν ἐπιπνεῖ. *nec vires fulminis apro.* Ovid. *i* Sus Erymanthius, quem interemit Hercules. *Apoſtrophe.* *k* Quam venatione & fuga in Amphitheatro.

Ad

## *Ad Pætum.* XLVII.

SOlvere, Pæte, decem tibi me ſeſtertia cogis ;
*a* Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina : *b* tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

*a* Al. *Perdiderit*, i. conturbarit.
*b* A majori lepide jocatus rogat ut jacturam 10. HS. ferat in ſe, qui tulit 200. in alio.

## *In Vacerram.* XLVIII.

IN omnibus Vacerra quòd conclavibus
Conſumit horas, & die totâ ſedet :
*a* Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

*a* Non ſedet compeſcendi alvi gratia, ſed ut invitetur ab aliquo domino earum cœnationum seu conclavium in quibus ſeder.

## *Ad Pætum.* XLIX.

*a* AD primum decima lapidem quòd venimus
Arguimur lentæ crimine pigritiæ. (horâ,
Non eſt iſta *b* viæ, non eſt mea, ſed tua culpa ;
Miſiſti mulas qui mihi, Pæte, *c* tuas.

*a* Ad ſuburbanum tuum quod mille paſſus ab urbe diſtat.
*b* Al. *quidem.*
*c* Tam pigras & tardas.

## *De Baiis.* L.

*a* LItus beatæ Veneris aureum Baias,
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ,
Ut mille laudem, Flacce, verſibus Baias :
Laudabo dignè non ſatis tamen Baias.
*b* Sed Martialem malo, Flacce, quam Baias.
Optare utrumque pariter, *c* improbi votum eſt.
Quòd ſi deorum munere hoc tibi detur :
*d* Quid gaudiorum eſt Martialis & Baiæ !

*a* Locum gratum, venuſtum, blandum, delicatum, laſciviæ imo vitiorum diverſorium.
*b* Sed malo valetudini & voluptatibus meis indulgere, quam, dum ſalubres Baias mille verſibus laudo, ſaluti meæ parum conſuluiſſe viderer. *c* Al. *improbum.* *d* Quantulum gaudii erit ex Baiis a Martiale laudatis !

## *De Philoſtrato.* LI.

*a* ASinueſſanis conviva Philoſtratus undis
Conductum repetens *b* nocte jubente larē,
Pænè imitatus obit ſævis *c* Elpenora fatis,
*d* Præceps per longos dum ruit uſque gradus.
*e* Non eſſet nymphæ, tam magna pericula paſſus,
Si potius veſtras ille bibiſſet aquas.

*a* A balneis & cœna in quæ invitabatur Sinueſſæ, quæ urbs eſt Campaniæ.
*b* Sera jam nocte, quæ domum ſuam repetere monebat. *c* Qui, apud Homerum Odiſſ. x. ebrius e ſcalis devolutus interiit. *d* Dum ebrius ruit e ſcalis per quas conſcendit ad conducta cœnacula. *e* Non hoc illi accidiſſet, O Nymphæ Sinueſſinæ, ſi veſtras bibiſſet aquas, quæ vel inſaniam abolent. Plin. 31. l. 2. c. vide ep. Antipatri l. 3. Anthol. c. 20.

## *Ad Sofibianum.* LII.

*a* Nam qui ſic ato hoc hamate que munere orborum divitum hereditates captas.

NEmo habitat gratis, niſi dives & orbus apud
*a* Nemo domum pluris, Soſibiane, locat. (te,

## ¶ *De Antiocho tonsore.* LIII.

a Huic geminum est Lucilii ep. 61. χαρίεις 2. Anthol. c 26. Ἄρης ἄρης βεστιολογέ, &c.

a QUi nondũ Stygias descendere quęrit ad undas
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum. (das;
Alba minus sævis b lacerantur brachia cultris,
Cùm furit ad c Phrygios dentheа turba c modos.
e Mitior implicitas Alcon secat f enterocelas,
Fractaque g fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes h Cynicos, & h Stoïca menta,
i Collaque pulverea nudet equina jubâ.
Hic miserũ k Scythicâ sub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore l poscet avem.
m Ad matrẽ fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus
n Antiochi tantùm n barbara tela sonent. (us.
Hæc quæcunq; meo numeratis o stigmata mento,
In veruli p picta qualia fronte sedent.
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor:
Antiochi ferrum est, & scelerata manus.
q Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

b Sacerdotes in sacris Isidis ut & * Cybeles Phrygiæ Deæ (quam eandem cum Iside esse volunt) cultris sibi humeros, pectus & lacertos sauciabant. c Æra Corybantia, tympana, ululatus, &c. d Numine inflata, furore sacro correpta. e Chirurgus Aleon leviori manu secat enterocelas. f Hernias ex intestinis in scrotum delapsis. g Dura & gravi, instar fabri, non molli & tonsoria. h Philosophi promiscuè habebant barbas, graves & venerandas, quas sæpe vellit Lucianus. i Detondeat quęquorum jubas, k Ep. 9. lib. 5. fect & 9. l. 35. ep. l Prometheus libentiori animo præbebit, jecur lacerandum aquilæ, quam mentum radendum Antiocho. Al. *pascat*. m Ab hoc tonsore fugiet vel ad matrem suam Agaven a qua dilaniatus est: ab hoc fugiet Orpheus ad furentes Bacchas a quibus discerptus est. n *This Barbers barbat us tools.* o Rudis manus fortunatisque novaculæ incisuras & quasi punctiuras. ep. 51. l. 6. l. *scotches.* p Rugosa, *inquinant*, & salcata. Alii lect. *picta* & nomen esse volunt pugilis cicatricibus deformis. Ego retinendum *picta* opinor, & de stigmatia intelligo, qualem habes ep. 25 l. 2. n. & o. q Certe supra hominem adeoque omnia animalia hircus sapit, qui mavult prolixam nascere barbam, quam subito rudes manus & barbara tela tonsoris Antiochi. Καὶ τράγος δυπώων ἴυσ-ολος ἐστι Πλάτων. Anthol. 2. l. 52. c.

## ¶ *In Parthenopæum.* LIV.

LEniat ut fauces medicus, quas aspera vexat
Assiduè tussis Parthenopæ tibi:
a Mella dari, b nucleosq; jubet, dulcesq; placentas,
c Et quicquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas toris tussire diebus.
d Non est hæc tussis Parthenopæ: gula est.

a Prescribunt enim medici dulcia ad sistendum moderandumq; humorem acrem distillantem. b Pineos. *Pityida e pinastris singulare remedium adversus tussim, in melle decocta* &c. Plin. 15. l. 10. c. c Et dulciaria, quæcunque pueros flentes iracundosque placant. d Vide ep. 33. l. 2. c. & i.

## *Ad Pollam.* LV.

b INtactas quare mittis mihi, Polla, coronas?
b A te vexatas malo tenere rosas.

b Amatoribus quippe gratiores corollæ quæ amicas quasi olerent & saperent, quam quæ recentem spirarent fragrantiam. unde istæ meretriculæ vexatas corollas & poma adrosa amatoribus mittere solebant. Lucian. Toxaris.

In

## *In Chreſtillum.* LVI.

CArmina nulla probas, molli quę limite currũt,
Sed quæ per ſalebras, altaque ſaxa cadunt.
*a* Et tibi Mæonio quod carmine majus habetur,
*b* Lucili columella *hic ſitus Metrophanes* :
*c* Attonituſque legis *terrai frugiferai*.
Accius & quicquid Pacuviuſq; vomunt.
Vis imiter veteres Chreſtille, tuoſque poetas ?
Diſpeream, *d* ſi ſcis quid ſapuêre ſales.

*a* Et tibi magis placet diſſolutum, aſperum & humile Lucilii ceu negligentis alterius cujuſpiam & lumulenti poetæ carmen, quam altum, grande, ſonorum Homeri. vide Gerealii ep. 2. l. Authologiæ. c. 46. & Antipatri ep. cap. 47. Al. *res carmine major haberur.* *b* *Hic ſitus eſt Metrophanes columen fanitæ.* verſus partem citat Donatus ad Terentium. *c* Nec ſine admiratione legis veterum poetarum duriora verba & hiantia, qualia hæc *terrai frugiferai* ex reſolutione diphthongi. *d* Alii *ni*, Alii *niſi*. q. d. Et tamen qui aff ctas antiquorum verba, ueteris præſentibus moribus. Qui probas durum carmen, molliter vivis. ut verſus iſte meus *Diſpeream*, &c. compoſitione durus eſt, ſenſu mollis.

## *Epitaphium Canaces.* LVII.

*a* ÆOlidõ Canace jacet hoc tumulata ſepulcro,
*b* Ultima cui parvæ ſeptima venit hyems.
Ah ſcelus, ah facinus! properas quid flere viator ?
Non licet hîc vitæ de brevitate queri.
Triſtius eſt leto leti genus : horrida vultus
Abſtulit, & tenero ſedit in ore *c* lues :
*d* Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi,
Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant aliâ fata venire viâ.
*e* Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ,
Ne poſſet duras flectere lingua deas,
Exeditque os Canaces. *e* Quæ, niſi vocis organa morbo ſu iſſent intercluſa, vel ipſas inexorabiles Parcas dulci voce flectere valuiſſet.

*a* Æolidarum familiæ ac generis, vultque hanc ducere originem ab illa Canace Æoli filia, de qua Ovid. in epiſt. Alii leg. *Æolidos*. Alii *Æolis* ſeu *Canace*. *b* Septennis. *c* Aphtha, cancer, mentagra. ep. 67. l. 1. *d* Crudelis moribus ſerpit

## *In Zoïlum.* LVIII.

MEntitur, qui te vitioſum, Zoïle, dixit.
Non vitioſus homo es, Zoïle, ſed *a* vitium.

*a* In abſtracto, & eminenter.

## *De Theodoro.* LIX.

PLerios *b* vatis Theodori flamma Penates
Abſtulit, hoc Muſis, hoc tibi, Phœbe, placet ?
O ſcelus, ô magnum facinus, crimenque deorum,
Non arſit pariter quòd domus, & dominus !

*b* Poetæ ſc. ſed nati. cui dum incendium domus condolere videtur, per imprecationem queritur quod non & ipſe dominus una cum ædibus perierit.

## *In verpum æmulum.* LX.

QUòd nimium lives, noſtris & ubique libellis
Detrahis, ignoſco : *a* verpe poeta ſapis.

*a* Judæe, recutite. v. quæ ad Juvenalem. ſat. 14. v. 105.

Hoc

Hoc quoq; non curo, * quòd tu mea carmina carpis,
Corripias : & ſic verpe poeta ſapis. (pas.
Illud me cruciat ; *b* Solymis quòd natus in ipſis,
Suſtuleris porcum, verpe poeta, meum.
* Ecce negas, jura ſque mihi per templa Tonantis,
Non credo : jura, verpe, *c* per Anchialum.

* *Quod dum mea carmina carpis, Compilat.* Jan. Rutgerſius.

*b* Urbe Judeæ celeberrima Hieroſolyma, Silem, Jebus.

*c* Omniſſis quæ hic Domitius Calderinus de ſtatua & numine Sardanapali in Anchiala urbe Ciliciæ cultо : & quæ Hermolaus ad Plin. l. 5. c. 27. Quæ etiam N. Rigaltius de Anchialo, quem Martialis puerum fuiſſe autumat : Attende clarius (τὸ ἐμοὶ δοκεῖν) lumen & acumen Joſ. Scaligeri in Prolegom. ad libros de Emendatione temporum ubi de Tyriorum & Sidoniorum dialecto differens ; *Et ſane*, inquit, *mirum eſt illu ſanctiſſimum furſſe jusjurandum* Korban, *ut Judæi* חי יהוה *vel* חי אלה Chajala *vel* Chajadonai. *Sed tempore Martialis pronunciabant* Chiala : *Jura verpe per Anchialum. Quia Judæos audiebat* Chiala *jurare ; propterea putabat eſſe* Anchialum, *quod vox* Anchialus *notior illi fuerat quam* Chiala. Cujus ingenioſiſſimi viri expoſitioni ſubſcribo, niſi quod poetam poſuiſſe Anchialum pro notiori vocabulo (ſineritne illud magi, heroïs, numiniſve ficti nomen?) inficias eam. Quinimo totum hoc & integrum fuiſſe Judæorum juramentum contendo. אם enim Hebræis ſonat *Si* in juramentis uſitatum, ut 5. c. Jerem. 12. v. 16 ואם חי יהוה *& ſi vivit Dominus*, atque alibi pluries in S. Script. Quin & אם abſolute poſitum in jurando negat, Pſal. 89. v. 36. & 1 Reg. 17. c. 1. v. Quum itaque poeta ex pronunciatione אם חי אלה *Si vivit Deus* advertiſſet Judæos juraſſe, Hebræa non intelligens, eſſe has diſtinctas voces unius Dei nomen credidit, atque ita uſurpavit *m* ante *ch* in *n* verſo ad Græcas & Romanas literarum di poſitionis leges. * Erit itaque hic poetæ ſenſus. Scio ego vos Judæos projectiſſimam eſſe ad libidinem gentem, ut ut religione, commercio, officiis, & concubitu alienorum abſtinere profeſſam : Scio itidem apud vos profana eſſe omnia, quæ apud nos ſacra : Scio apud vosipſos fidem eſſe obſtinatam, adverſus alios levem. Scio nihil vos prius imbui, quam contemnere deos alienos, veſtrum ſolum colere, vereri, reſpicere, &c. *Tacit.* 5. *Hiſt.* Quoniam itaque te ſuſpectum habeo pro ſcarabæo, καταδάρθω τοιαῦτα κυλινδοντι, non credo tibi neganti per Templum jurato, ut qui nulla te hic religione aut perjurii pœna teneri putes : verum adigo te ad juramentum per Deum veſtrum, per quem jurato tibi credam. *Clariſſ. Seldenus* in Prolegomenis ad penitiſſimæ eruditionis opuſculum, *De Succeſſionibus, ſeu Jure hæreditario Ebræorum*, etiam tendit ulterius, conceptum ſcilicet amque a poeta verſum hunc aurumans ad hunc modum : *Non credo ; jura verpe iperan chi olam.* ut integra ſit juramenti formula, יפרע חי עולם *vindictam ſonat is qui vivit in æternum*. Nec prætereundum cenſeo, quod in *Specimine Conjecturarum* nuperrime edito habet vir Doctiſſ. Joannes Croius, qui neque Farnabii neque Seldeni formulas uſitatas ac tritas fuiſſe apud Judæos ſcribens, unica litera mutata rem reſtitui vult, *Alchialum*, אל חי עלם e Chaldæorum dialecto. Quamvis tamen neutra loco moveri aut exautorari meruerat, niſi ſuam hanc leviter quidem a noſtris deviam conjecturam validiori tibicine fulciſſet quam rejectione mera, nudaque, teſtibus non datis, aſſertione.

## *Ad Germanum.* LXI.

(obſtas,

a Hæc, O Germane, eſt e noſtra Martia (de qui ep. 34. l. 6. ſ.) non ex tuo Rheno deducta aqua : ut ejus potu interdicas ingenuo civi.

a MArtia non Rhenus ſalit hîc, Germane, quid
Et puerum prohibes divitis imbre lacus ?

Barbare

Barbare, non debet ſubmoto civeminiſtro
*b* Captivam *c* victrix unda levare ſitim.

*b* Tui captivi.
*c* Marcia, ducta in urbem Romam Germaniæ victricem.

## *Ad Baſſum.* LXII.

*a* Effugere non eſt, Baſſe, *b* baſiatores,
Inſtant, morantur, perſequuntur, occurrunt.
Et hinc, & illinc, uſquequaque, quacumque,
*c* Non ulcus acre, puſtulæve lucentes,
Nec *d* triſte mentum, ſordidique *e* lichenes,
Nec *f* labra pingui delibuta cerato,
Nec *g* congelati gutta proderit naſi.
Et æſtuantem baſiant, & algentem.
Et *h* Nuptiale baſium reſervantem.
Non te cucullis aſſeret caput tectum,
Lectica nec te *i* tuta pelle, veloque,
Nec vendicabit ſella ſæpius clauſa.
Rimas per omnes baſiator intrabit.
Non conſulatus ipſe, non tribunatus,
Sævique *k* faſces, nec ſuperba clamoſi
Lictoris abiget virga baſiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali,
Et è curuli jura gentibus reddas:
Adſcendet illà baſiator, atque illà:
Febricitantem baſiabit & flentem:
Dabit oſcitanti baſium, natantique:
Dabit vomenti. remedium mali ſolum eſt;
Facias amicum *l* baſiare quem nolis.

*a* Non licet effugere, nulla ratione, conſilio nullo poteris effugere.
*b* Ep. 77. l. 7. 2, & 8. ep. 2. l.
*c* Nullum genus morbi, ulceris aut contagii.
*d* Mentagra, ſupra ep. 57. e. & 67. l. 1.
*e* Qui e genere cancri.
*f* Delibuta unguento e cera cum ceruſſa ad fiſſuras & ulcera.
*g* Ep. 30. l. 7. b.
*h* Quod clauſo ore reſervat ſponſus ſponſæ ſuæ acceptum.
*i* Lectricæ autem pellibus veliſque muniebantur. Lipſ. Elect. 1. l. c. 19.
*l* Cui abſque offenſa negare poſſis. ep. 20. l. 2.

## *Ad Flaccum.* LXIII.

Habere amicum nolo, Flacce, ſubtilem,
Cujus lacertos annuli mei cingant.
Sed idem amicum nolo mille librarum.
Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

## *Ad Flaccum.* LXIV.

Thaïda tam tenuem potuiſti, Flacce, videre?
*f* Tu puto, quod non eſt, Flacce, videre potes.

*f* Summa ſane est oculorum perſpicacia qui tam exilem deprendere poſſes. vide ep. ſuperius.

## *In Lydiam.* LXV.

Non eſt mentitus qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem Lydia, non faciem.

*a* Eſt

a Commendat te tacentem cutis pulchra: sed ea est oris tui, quoties loqueris, inelegantia & invenustas, quæ corporis formam deturpet.

a Est ita, si taceas, & si tam muta recumbas,
Quàm silet in cera vultus, & in tabulâ.
Sed quoties loqueris, carnem quoq; Lydia perdis,
Et sua plus nulli, quàm tibi, lingua nocet.
b Audiat ædilis ne te, videatque caveto;
c Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

b Ædilis quippe erat curare portenta (quale est si sudet loquaturve imago) expianda & tollenda. c Corpus habes marmoreis dearum imaginibus non cedens, loquentis vero gestum portentosum.

## *Ad Sophronium.* LXVI.

d Ut mirer te vel cum uxore tem habuisse.

TAnta tibi est animi probitas, oriſq; Sophroni,
d Ut mirer fieri te potuisse patrem.

## *Ad Garricum.* LXVII.

a Saltem gradatim & per media descendisses ad hoc imum. ut ep. 68, l. 8.

MIttebas libram: quadrantē, Garrice, mittis,
a Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

## *Ad Albium Maximum.* LXVIII.

* Al. *Si vacat habere.*
b Qui & hoc tibi laboris parcis, tædioso lectori.

ALbi Maxime, * si vacabit hora,
Hoc tantùm lege: namque & occupatus,
Et non es nimium laborioſus.
Transis hos quoque quatuor? b sapisti.

## *Ad Septicianum.* LXIX.

a Evolutum ad umbilicum usque, perinde ac legisses. ep. 59. l. 1. l.

b Explicitos sc. oculis lustratos, ac rursum involutos, ut tu meos.

a EXplicitum nobis usq; ad sua cornua librum,
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.
Omnia legisti: credo, scio, gaudeo, verum est.
Perlegi libros b sic ego quinque tuos.

## *Ad lectorem.* LXX.

* Al. *jam.*
a Fœnerator.
b Demensa & cibaria servis distribuenda in diem.
c Ep. 16. h. & 26. h. lib. 5.

QUamvis *tam longo possis fœnus esse libello,
Lector, adhuc à me disticha pauca peris.
Sed a Lupus usuram, puerique b diaria poscunt.
Lector solve. c taces, dissimulasque? vale.

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER XII.

M. Val. Martialis Priſco ſuo ſalutem.

a *Scio me patrocinium debere contumaciſſimæ triennii deſidiæ: quæ abſolvenda non eſſet inter illas quoque occupationes urbicas, quibus facilius conſequimur, ut moloſſi potiùs quàm officioſi eſſe videamur: nedum in hac provinciali ſolitudine, ubi niſi etiam intemperanter ſtudeamus, & ſine ſolatio, & ſine excuſatione ſeceſſimus. Accipe ergo rationem; in qua hoc maximum & primum eſt, quòd* b *civitatis aures, quibus aſſuëveram, quæro, & videor mihi in alieno foro litigare. Si quid eſt enim in libellis meis quod placeat, dictavit* c *auditor. Illam judiciorum ſubtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conventus, in quibus ſtudere ſe voluptatibus non ſentiunt: ad ſummam omnium, ea quæ delicatè reliquimus, quaſi deſtituti deſideramus. Accedit his* d *municipalium*

a Sit ſcio mihi opus eſſe validiſſima defenſione, qua excuſem ſilentium meum & ſcribendi intermiſſionem cui contumaciter tres jam annos vacavi. crimen venia haud quaquam dignum vel per occupationes urbis, multo minus in hoc provinciali ocio & ſeceſſu.

b Elegantes & acutos auditores, quales mihi Romæ contigerunt, deſidero. hic parum idoneos comperio.

c A cujus ingenio, judicio, virtutibus, vitiis, nec non ab urbis magnificis ædificiis ludiſque mihi erat ſeges & materia epigrammatum. idque citra tædium, imo cum Venere quadam & delectatione ſtudii.

d Municipum meorum Bilbilitanorum invidia & malevolentia qui quidem pauci, ſed pro loci exilitate multi, me carpunt, obtrectant, mordent.

*rubigo dentium, & judicii loco livor, & unus aut alter mali, in pusillo loco multi, adversus quos difficile est habere quotidie bonum stomachum.* [c] *Ne mireris igitur objecta ab indignante, quæ à gestiente fieri solebant, ne quid tamen & advenienti tibi ab urbe, & exigenti negarem,* [f] *cui non refero gratiam, si tantum ea præsto quæ possim,* [g] *imperabo mihi, cui indulgere consueveram, &* * *statui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem* [h] *adventoria sua. Tu velim ista quæ* [i] *tantùm apud te non periclitantur, diligenter æstimare, & excutere non graveris; &,* [k] *quod tibi difficillimum est, de nugis nostris judices nitore sepositò, ne Romam,* [l] *si ita decreveris,* [m] *non Hispaniense librum mittamus, sed Hispanum.*

[c] Ne fit igitur mirum si per indignationem deposuerim & abjecerim illa studia, quæ mihi antea cordi fuerunt.

[f] Rotunde expressit illud Ciceronis 8. epist. l. 4. Fam. epist. *Reliquum est, ut ad omnia quæ tui velint, ita sim præsto, ut me non solum omnia debere tua causa, quæ possum, sed ea quoque quæ non possum, putent.* Proni studiis inquit Val. Max. 4. l. 8. c. *certius est indicium supra vires niti quam viribus ex facili uti: Alter enim quod potest, præstat: alter etiam plus quam potest.* εἰ καὶ τὰ ἀδύνατον ἰσχύει μᾶλλον. Philaris epist. 31

[g] Ego itaque excitato ingenium meum & studium, quæ oum me, Al. *imperavi.* * Al. *studui.*

[h] Libro hoc, tanquam adventoria cœna, quæ excipere amicos peregre advenas moris est. Turnebus. 30. l. 26. c.

[i] Non solum apud te cui hæc scribo, sed & apud alios quibus propter te innotescent. *Vel,* non tantum judicii & censuræ periculum apud te, cujus candore fretus sum, imbunt, quantum apud alios non æque æquos & candidos.

[k] Solita benevolentia & innata humanitate, quibus me pertinaciter prosequeris, ad tempus depositis, quo rigidiorem agas censorem, dijudicesque an Romam mitti mereatur liber hic in Hispania scriptus.

[l] Si tu censueris lib. hunc dignum qui Romam videat.

[m] Non tantum a solita urbanitate & Romano cultu degenerem, qui in Hispania scriptus Hispanum aliquid sapiat: sed prorsus barbarum ac rudem. Ita locutus Paterculus. 2. hist. l. *Illa instrumenta fecit viam, quibus non Hispaniæ suæ natus, sed Hispanus in triumphum & pontificatum assurgeret.* Cum dicimus Hispanus inquit. Sonipater, non item nationis offendimus; cum autem Hispaniensis, cognomen eorum qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non Hispani.

## *Ad Eundem.* I.

[a] Retia dum cessant, [b] latratoresque Molossi,
Et non invento sylva quiescit apro:
Otia, Prisce, brevi poteris donare libello,
Hora [c] nec æstiva est, nec tibi tota perit.

[a] Dum cessat venandi studium per anni tempus, videtur fuisse ver vel autumnus, horæ enim neque æstivæ & aprorum venationi inservit hyems.

[b] Canes e Molossorum genere, qui acres.

[c] Non longissimæ, quales sunt horæ æstivæ, ex divisione diei pro anni tempore inæqualis, in 12. partes.

Ad

## *Ad ſua carmina.* II.

*d* QUæ modò litoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite Sacra, *e* jam non pulverulenta via eſt.

*d* Carmina, quæ ante prius ex urbe miſi P, rgos Tuſciæ oppidi maritimum, diſpergenda inde per alias orbis partes; nunc ego mitto ex alia orbis parte in urbem. ep. ſeq. *e* Humida ſc. vere vel autumno, ut priore ep. 2.

## *Ad librum ſuum.* III.

AD populos mitti qui nuper ab urbe ſolebas,
Ibis * tu Romam nunc peregrine liber.
*a* Autiferi de gente Tagi, *b* tetricique Salonis
*c* Dat patrios Manes, quæ mihi terra *d* potens.
Non tamen hoſpes eris, nec jam potes advena dici,
*e* Cujus habet fratres *f* tot *g* domus alta Remi.
*h* Jure tuo veneranda novi pete limina templi,
*i* Reddita *k* Pierio ſunt ubi templa *k* choro.
Vel ſi malueris, prima gradiere Subura:
Atria ſunt illic *m* conſulis alta *m* mei.
Laurigeros habitat facundus Stella Penates,
Clarus Hiantæ Stella *n* petitor aquæ.
Fons ibi *o* Caſtalius vitreo torrente ſuperbit,
*o* Unde novem dominas ſæpe bibiſſe ferunt.
*p* Ille dabit populo, patribuſque, equiriq; legendū.
*q* Nec nimium ſiccis perleget ipſe genis.
Quid *r* titulum poſcis? verſus duo treſve legantur,
Clamabunt omnes te, liber, eſſe meum.

* Al. *15.* *a* Ex Hiſpania metallis celebri, ubi aurifer Tagus & Salo cujus aquis ferrum temperatur. ep. 43. l. 1. n. & l. *b* Propter montes, vel accolas. *c* Ubi parentum cineres. *d* Al. *parens.* *e* Cujus pater autorque vixerit Romæ 31. annos. *f* Libros ep. undecim, duos diſtichorum, ſpectaculorum unum. *g* Roma. Al. *domus urna.*

*h* Namque templum eſt Apollinis & Muſarum, ab Auguſto in Palatio excitatum, in quo poetarum opera recitabantur & probata reponebantur cum imaginibus. *i* A Nerva reſtituta. *k* Muſis & Poetis. *m* Stellæ, cui ego conſulatum vovi. ep. 32. l. 9. *Vel* mihi faventis. *n* Al. *fititor.* Stella diu ambivit Violantillam, Statius in Epithalamio Sylv. 1. in cujus ædibus limpidiſſimus fuit fons, de quo vide l. 6. 38. ep. *o* Propter Stellam Poetam. *p* Stella. *q* Præ deſiderio mei effuſis lacrymis. *r* Autoris nomine inſignitum.

## *Ad Priſcum.* IV.

QUod *a* Flacco, *b* Varioq; fuit, ſummoq; Maroni,
*c* Mæcenas atavis regibus ortus eques.
Gentibus & populis hoc te mihi, Priſce Terenti,
Fama fuiſſe loquax, chartaq; dicet *d* anus.
Tu facis ingenium, tu, ſi quid poſſe videmur,
Tu das *e* ingenuæ * munera *e* pigritiæ *f*.

*a* Horatio. *b* Nobili poetæ, ep. 18. l. 8. b. *c* Alludit primum Horatii verſum. *Mæcenas atavis edite regibus.* *d* Longæva. vide ep. 34. l. 1. 2. * Al. *Jus mihi pigritiæ.* *e* Literato ocio. *f* Hexaſtichon illud *Madet anſimi*, &c. demigraſſe hinc in ſextum epigr. ſuſpicatur Turnebus l. 30. c. 26. & huc reſcribendum, ſed non video cur non & illud Nervæ aſcribatur, ac ſuo loco.

## *Ad Cæſarem.* V.

LOngior undecimi nobis, decimique libelli
Arctatus labor eſt, & breve *h* raſit opus.
Plura legant vacui, quibus ocia tuta dediſti:
Hæc lege tu Cæſar: forſan & illa leges.

*g* Decimus, undecimuſque liber ep. a me emendati contractique ſunt. *h* Caſtigando eraſit, Aldus, legit *vaſit*, i. evaſit.

## *In commendationem Nervæ.* VI.

COntigit Auſoniæ procerum mitiſſimus aulæ
Nerva: licet *a* toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, cauta poteſtas
Jam redeunt: longi terga dedere metus.
*b* Hoc populi, genteſq; tuæ pia Roma precantur:
Dux tibi, ſit ſemper talis, & iſte diu.
*c** Macte animi, quem ratus habet, morumq; tuorū,
*d* Quos Numa, *e* quos hilaris poſſet habere Cato,
Largiri, præſtare, *f* breves extendere cenſus,
Et dare quæ faciles vix tribuēre dei;
*g* Nunc licet, & fas eſt. *h* ſed tu ſub principe duro,
Temporibuſque malis, auſus es eſſe bonus.

*a* Libere vacare Muſis ſub Imperatore qui Muſis Poeſique favet. *b* Quod habet verſus inſequens, *Dux tibi*, &c. *c* * Dividendum hoc epigr. in duo ad *Macte animi* vult Jan. Rutgerius. Magis ductus ſis animo, qualem pauci habent. Horatii formula re bene geſta ſumpta a ſacris. Quoties enim victimæ infundebatur thus aut vinum, dicebant, *Macta eſt taurus*, h. e. cumulata eſt hoſtia & magis aucta. Iſidor. l. 10. c. 10. *d* Ep. 6. l. 11. d. *e* Quos mores poſſet habere Cato, niſi quod magis tetricus fuit quam Nerva. ſupra, *hilaris clementia*. *f* Civium paupertatem opibus ſublevare. *g* Sub principe tam pio, clementi, æquo quandoquidem — *h* — Tu ipſe O Nerva ſub Nerone & temporibus illis malis non dubitabas eſſe bonus.

## *De Ligeia.* VII.

TOto vertice *i* quot gerit capillos,
Annos ſi tot habet Ligeia, trima eſt.

*i* Eſt itaq; tripilis ceu trifilis. ep. 56. l. 6. b.

## *In commendationem Trajani.* VIII.

TErrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & *k* nihil ſecundum,
Trajani modò læta cùm futuros
Tot per ſecula computaret annos,
Et fortem, juvenemque, Martiumque
*l* In tanto duce militem videret:
*m* Dixit præſide glorioſa tali,
Parthorum proceres, duceſque Serum,
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni,
Poſſum oſtendere Cæſarem, Venite.

*k* Vel ſi quid, longo ceſſe intervallo, proximum. *l* Sic *Imperatorem, commilitonemque miſcueras*, &c. Plin. in Panegyrico Traj. ita locutus eſt de Cæſare Sylla referente Sueton. l. c. *Cæſari multos Marios ineſſe.* *m* Vos (inquit Roma) nominis Romani hoſtes, nolite ulterius inſolescere, jam enim nacti ſumus verum Cæſarem injuriarum veſtrarum futurum vindicem, venite igitur pacem oraturi.

## *Ad Cæſarem.* IX.

PAlma regit noſtros, mitiſſime Cæſar, Iberos, *n*
Et placido fruitur pax *o* peregrina jugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Miſiſti *p* mores in loca noſtra tuos.

*n* A. Cornelius Palma Vir Conſularis, illuſtris & Trajano gratiſſimus, qui, teſte Dione, præfuit Syriæ. Idem (credo) jam præficiebatur Hiſpaniæ. Nam quod de palma ſymbolo Victoriæ & Juſtitiæ quæ propter Trajani de Dacis & Scythis triumphum in nummis Trajani eſt expreſſa non uſquequaque convenit. *o* Extra Italiam. *p* Præfectum, æmulum tuorum morum.

## *De Africano.* X.

HAbet Africanus millies, tamen captare
*Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.*

## *Mittit librum ad Parthenium.* XI.

PArthenio dic Muſa *b* tuo, noſtroque ſalutem, *a*
*b* Nam quis ab Aönio largiùs amne bibit?
Cujus *c* Pimplæo *d* lyra clarior exit ab antro?
Quem plus *e* Pierio de grege Phœbus amat?
Et ſi fortè, ſed hoc vix eſt ſperare vacabit:
*f* Tradat ut ipſe duci carmina noſtra, roga,
* Quatuor & tantùm timidumq; brevemq; libellũ
Commendet * verbis; hunc tua Roma legit.

*a* Vide ep. 1. l. 11. b. judicium de hoc ep. ad Parthenium. *b* D. Ct. ep. 2. l. 11. d. *c* Ep. 4. l. 11. 7. *d* Forte & Lyricis vacabat Parthenius. *e* E Poetis. *f* Eundem poſcit ab illo operam, ep. 6. l. 5. * Quæ ſubſequuntur, nempe; *Hunc tua Roma legit.*

## ¶ *In Poſtumum.* XII.

OMnia promittis, cum tota nocte bibiſti:
Mâne nihil præſtas: Poſtume, *g* mâne bibe.

*g* Ut eodem die præſtes, neque excidat tibi quæ promiſiſti ſobrio poſt ſomnum.

## *Ad Auctum.* XIII.

*h* GEnus, Aucte, lucri divites habent iram,
Odiſſe quàm donare vilius conſtat.

*h* Vide huic genicum. ep. 32. l. 9.

## *Ad Priſcum.* XIV.

PArciùs utaris, moneo, *a* rapiente *b* veredo
Priſce, nec in lepores tam violentus eas.
Sæpe *c* ſatisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excuſſus, nec rediturus equo.

*a* Celeri, volante. *b* Opinio eſt (inquit Tornebus 18. l. 1. c.) veredum equum eſſe qui vehat, i. trahat rhedam, ſic enim Iſidorus lib. 12. c. 1. ſed ego (inquit) veredum equum ſimplicem eſſe puto qui non trahat rhedam aut ciſiam, neque enim veriſimile eſt, qui venabatur, rheda vectari. *c* Ipſe, dum prædam captaret, præda factus.

d Vel in plano locus est ruinæ & morti.
e Levior invidia in Deos, levior querela & jactura alterius quam tui. ep. 13. l. 1. l.
f Synechdochice pro *grandibus & ferocioribus*, quales habet Thuscia.
g Sæpius equitem venatorem occidere quam leporem solent provolantes laxis frenis equi. ep 43. l. 1. c.

d Insidias & campus habet: nec fossa, nec agger,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent,
e Invidia fati sed leviore cadant.
Si te delectant animosa pericula: f Tuscis,
Tutior est virtus, insidiemur apris.
Quid te frena juvant temeraria? g sæpius illis
Prisce datum est equitē rumpere, quàm leporem.

## *Adulatorium.* XV.

a Palatina.
b Consecrabatur Diis & templis, spectandum, non utendum.
* Non sine admiratione & stupore videt se auro effectum gemmisq; radiantem Jup. ep. 5. l. 11. e. Al. *Superbi Regis.*

Quidquid a Parrhasiâ nitebat aulâ,
b Donatum est oculis, deisque nostris.
* Miratur c Scythicas d virentis auri
Flammas Jupiter, & * stupet superbas
e Regis delicias, f gravesque luxus.
Hæc sunt pocula, quæ decent Tonantem:
Hæc sunt, quæ g Phrygium decent g ministrum.
Omnes cum Jove h nunc sumus beati:
At nuper, pudet, ah pudet fateri,
Omnes cum i Jove pauperes eramus.

c Referas ad aurum, vel smaragdos, nam utroque clarent Raphei montes. d Repercussu smaragdorum imaginibus & poculis insertorum. e Domitiani Imp. f Principis immoderatum in templis exornandis studium cum damno populi a quo exigebat aurum in hunc usum. g Ganymedem. h Trajano non exigente a nobis & corradente undique aurum in sacros illos luxus. i Nerone.

## ¶ *In Lentinum.* XVI.

a Cum febris a te excipiatur molli gestatione, balneorum blanditiis, optimarum dapum vinorumq; deliciis, omnium denique, quæ humoris sui fomitem & nutrimentum febris apperit, luxu: inhumana

Quare tam multis à te, Lentine, diebus
Non abeat febris, quæris, & usq; gemis.
Gestatur b tecum sella, pariterq; lavatur:
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit sæpe, & sæpe Falerno:
Nec nisi per c niveam Cæcuba potat c aquam.
Circumfusa rosis, & d nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; toro.
e Cùm sit tam pulcrè, tam bellè vivat apud te,
Ad f Damam potius vis tua febris eat?

certe & insulsa foret, si a tam felici & benigno hospite ad pauperem miserumq; deficeret ac discederet. lepidissimus est ejusdem ingenii apologus N. Gerbelii de Podagra & aranea & epigr. Græc. l. 2. c. 43 Μισόπλουτος ἀνὴρ, μόνῃ φιλέτῃ ὀδυνᾶτο, &c. b Al. *Tecum pariter, pariterque la.* c Ep. 61. l. 5. b. d Unctæ amomo. e Alii leg. *Cum sit ei pulchre, cum tam bene vivat apud te.* f Proletarium nescio quem inopem & infelicem Poetis usurpatum nomen servi manumissi. Horat. & Persii.

Ad

## *Ad Juvenalem.* XVII.

DUm tu forſitan inquietus erras
*a* clamoſa *b* Juvenalis in Suburâ,
Aut *d* collem dominæ teris *d* Dianæ:
Dum per limina te potentiorum
*e* Sudatrix toga ventilat, vagumque
*f* Major Cœlius, & minor fatigant:
Me multos repetita poſt Decembres
Accepit mea, ruſticumque fecit
*g* Auro bilbilis & ſuperba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
*h* Boterdum,* Plateamque: Celtiberis
Hæc ſunt * nomina * craſſiora terris.
Ingenti fruor, improboque ſomno,
Quem nec *i* tertia ſæpe rumpit hora.
Et *k* totum mihi nunc repono, quidquid
Terdenos vigilaveram per annos.
*l* Ignota eſt toga: ſed *m* datur petenti
*n* Rupta proxima veſtis à cathedra.
*o* Surgentem focus excipit *p* ſuperbâ
*q* Vicini ſtrue cultus iliceri,
*r* Multa villica quem coronat ollâ.
Sic me vivere, ſic juvat petire.

*a* Strepenti clamoribus præconum & aliorum qui res venales & promercales clamitant.
*b* Satyricus ille, ut vult Lipſius, quem 20. epiſt. 4. l. epiſtolicarum Quæſtionum arguit ab exilio reverſum ſcripſiſſe mortuo Domitiano.
*d* Aventinum, in cujus vertice templum Dianæ. ep. 51. l. 6. k.
*e* In qua tu ſalutatoris obiens officia ſudas.
*f* Mons Cœlius, unus e 7. collibus, dictus olim Querquetulanus, & in eo colliculus minor Cœliolus dictus.
*g* Supra ep. 32. & 43 ep. 1. l.
*h* Ep. 43. l. 4. *.
*i* Tertia diei hora, quæ nobis ferme nona vel octava antemeridiana pro vario anni tempore.
*k* Compenſo ſomno & edormio quicquid Romæ vigilaveram.
*l* Officia togata mihi nulla. ep. 49. l. 10. e. *Jani Numæque ninguidos menſes in otio ſulginoſo & tunicata quiete tranſmittere.* Sidonius epiſt. 14. l. 2.
*m* Mihi mane ſurgenti petentiq; datur a ſervo.
*n* Proxima, i. quælibet obvia veſtis e rupta cathedra repoſitoria. Vel rupta veſtis e proxima cath. producta ultima in *Rupta* propter pr. inſequentes, vel neglecto Phalencii modulo, in quo non admodum religioſus eſt Martialis.
*o* Me.
*p* Alta.
*q Vicinæ in ipſum ſylla deſcendet focum.* ep. 43. l. 1.
*r Quem villica cingit multis ollis.* vel cui foco villica imponit ollas coquentes prandia & cœnas.

## *De Æmilio.* XVIII.

IN thermis ſumit lactucas, ova, lacertum,
Et cœnare foris ſe negat Æmilius.

In balneis potabant non raro, ſed & quandoque cibi aliquid ſumebant. Lautiores una lavantibus diſtribuebant cibos guſtandos, hos voravit Æmilius, ita ut ſibi non eſſet opus captare cœnam, quod cum ſordidum eſſet, jactavit ſe non cœnare foris.

## *Ad* Marcellam.* XIX.

MUnicipem *b* rigidi qu's te Marcella *b* Saloniis,
Et genitam noſtris quis putet eſſe locis?

* Uxorem Martialis ep. 20. infra.
*a* Quis te crederet Hiſpanam e Bilbili quam aluit Salo?
*b* Ep 3. ſupra a & b.

Tam

Tam rarum, tam dulce ſapis : *e* Pallaria dicent,
Audierint ſi te vel ſemel, eſſe ſuam :
Nulla nec in media *d* cernabit nata Suburâ,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
*e* Nec citò *f* ridebit peregrini gloria partus
Romanam * ducat quam magis eſſe nurum.
Tu deſiderium *g* dominæ mihi mittius *g* urbis
Eſſe jubes : *h* Romam tu mihi ſola facis.

*e* Sic ep. 34. l. 11. *Romanam credere matres Italides poſſunt.* *d* Emendatius leg. *certarit.* Neque ulla medio Romæ vico vel monte Capitolino nata tibi contenderit nedum vicerit moribus, lingua, ingenio. *e* Neque facile alia fœmina nobilis naſcetur extrà urbem, quam magis deceat eſſe Romanam, vel quæ magis referat matronam Romanam quam Marcella. Diſtichon intricatum, & ni fallor, mendoſum, in quo emendando non pauci elaborarunt. Joſ. Scal. in Catullum legit : *Te cito ridebit peregrinus Clodia partus*, &c. i. Marcella cui nomen Claudia. *f* Nata ridebit ad parentes. Alluſum ad illud Virg. 4. Ecl. *Puer non riſere parentes*, cujus rationem vide apud Servium & alios Virgilii interpretes, tum Quintilian. 9. l 3. c. & Turnebum 18. l. 34. c. Catullum in Epithalamio. * Al. *decuit*, *g* Romæ. *h* Etiam in Bibuli.

## *De Philænide.* XX.

Quàm ſit luſca Philænis indecenter,
Vis dicam breviter tibi, Fabulle ?
Eſſet *i* cæca decentior Philænis.

*i* Si utroque careret oculo.

## *In Læliam.* XXI.

Dentibus, atq; comis, nec te pudet, uteris emp-
Quid facies oculo Lælia ? non emitur. (tis.

Edentula eras, adſciviſti dentes eburneos buxeoique : calva eras, ſompſiſti comas factitias & emptitias : cæca facta es ; qua arte reficies hoc damnum, cum oculi non perinde ac comæ atque dentes adulterati emantur.

## *Ad Juvencum, de covinno curru.* XXII.

O Jucunda, *a* covinne, ſolitudo,
*b* Carruca magis, eſſedóque gratum
Facundi mihi munus *d* Heliani :
Hîc mecum licet, hîc Juvence, *e* quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris
Non *f* vector Libyci *g* niger caballi,
Succinctus neque *g* curſor antecedit.
* Nuſquam eſt mulio : mannuli tacebunt,
O ſi conſcius eſſet hic *h* Avitus,
*i* Aurem non ego tertiam timerem.
Totus quàm bene ſic dies abiret !

*a* Currus camerate, *Melæ*, l. 3. c. 4. vehiculum falcibus armatum, unde *Silio*. l. 17. *Covinus falcifer* dictus. *b* Carriculo bijugi. *c* Curru Britannico, petorrito. *d* Al. *Hadriani*. *e* Quodlibet libere. *f* Vectus, ὁ ἐπιβεβηκὼς ἐφ' ἵππου. Al. *Rector*. *g* Maurus, Maſſylus eques expeditus, ep. 19. l. 9. n. & 13. ep. l. 10. b. * Mulionem non habet covinnus qui regat equos, unde ſupra dixit *ſolitudinem*. certe equulei covinnum trahentes non deſerent, non prodent ſermones noſtros, ep. 11. l. 13. *h* Stertinius ep. ad 9. lib. *i* Nemmem e tribus, etſi vulgo jactum ſit proverbium, *Tacere poſſe duos, alſente altero.*

¶ *In*

## ¶ *In Theleſinum.* XXIII.

Cum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, Idē, ſi pro me ſpondet agellus, habes. (inquis, Quod mihi non credis veteri, Theleſine, ſodali, Credis colliculis, arboribuſque meis. Ecce reum *k* Carus te detulit: *l* adſit agellus, Exilii comitem quæris? *m* agellus eat.

*k* Cauſidicus & delator, de quo, Plin. 5. epiſt. 1. l. & Juven. 1. ſat. v. 36. *l* Tibi in judicio, cauſam tuam agat agellus meus, cui magis credis quam mihi, *Scoptice*. *m* Non ego, vetus ſodalis.

## ¶ *In avarum amicum.* XXIV.

*a* Exaginta teras cùm limina mâne ſenator, Eſſe tibi videor deſidioſus eques: Quòd non à prima diſcurram luce per urbem, Et referam laſſus *b* baſia mille domum. *c* Sed tu purpureis ut des nova nomina faſtis, *d* Aut Numidûm gentes, Cappadocumq; petas: Aī mihi, quem cogis medios abrumpere ſomnos, Et *e* matutinum ferre, patique lutum, Quid petitur? rupta cùm pes vagus exit *f* aluta, Et ſubitus craſſæ decidit imber aquæ: *g* Nec venit ablatis clamatus verna lacernis; Accedit gelidam ſervus ad auriculam, Et, rogat ut cœnes ſecum Lætorius, inquit. *h* Viginti nummis non ego malo famem? *i* Quod ſit cœna mihi, tibi ſit provincia merces, Et faciamus idem, nec mereamur idem.

*a* Cum tu ordinis Senatorii diſcurras officioſus ſalutator, me inſimulas deſidiæ, qui cum eques ſim (idque honore non cenſu) idem non faciam. *b* Ep. 77. l. 7. a. *c* Sed tu hoc facis, ut fiis Conſul. Conſulum autem nomina referebantur in Faſtos, qui purpura utebantur. ep. 5. l. 11. b. & ipſi Coſſ. purpurati. *d* Vel ut obtineris provinciam in Africa vel Aſia. *e* Ep. 31. l. 3. c. & 10. ep. 10. l. 8. *f* Pelle, calceo. *g* Nec ſervus vocatus adeſt qui afferat lacernas, detrahat, venit tantum a patrono Lætorio qui me trita & gelida toga horrentem invitet ad cœnam. *h* An non mihi ſatius eſſet domi tenuem parvo pretio emptam ſumere cœnam, quam tot officiis & tanto labore fractum demereri rectam cœnam vel ſportulam? vide Epictet. l. 3. c. 26. & Antholog. l. 5. c. 12. εἰς ἀυλάρκειαν. *i* Alii, *Quam ſit.* Al i leg. *Cum ſit c.* Ego *Cur ſit cœna.*

## *In Cinnam.* XXV.

Poto ego *a* ſexantes: tu potas, Cinna, *b* deuncis. *c* Et quereris quòd non, Cinna, bibamus idem.

*a* Pocula denorum cyathorum. ep. 26. l. 1. b. *b* Pocula undecim cyathorum. *c* Tu quereris me tibi apponere deterius vinum quam ego bibo. Imo ego queror quod tu bibis pluſquam ego. Convenimus tamen & pares ſumus, quod ego genere, tu numero; quod ego qualitate, tu quantitate bibis. Neq; enim æquum eſt te biberem hauſire optimi vini amphoras.

¶ *De*

## ¶ *De Hermogene fure.* XXVI.

*a* Nomen apte nactam, quasi *natus Mercurio* qui callebat *quicquid placuit doloso condere furto*, vide Catulli ep. *Marrucine Asini, manu sinistra non belle uteris & Tollis lita negligentiorum.*

*b* Alius, credo, a Bæbio Massa Bæticæ provinciæ prætore & prædone. Plin. lib. epist. 7. l.

*e* Attrahit furtipi. que mappas nauva quadam intricate, non secus ac cervus naturali antipathia serpentes e latebris spiritu extrahit, convolvit, elidit voratque.

*a* HErmogenes tantus mappatũ, Pontice, fur est,
Quantus nummo ũ vix, puto, *b* Massa fuit.
Tu licet obserues dextram, teneasque sinistram:
Inuenier, mappam qua ratione trahat.
*c* Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem:
*d* Casuras altè sic rapit Iris aquas.
Nuper cùm *e* Myrino peteretur *f* missio læso:
Subduxit mappas quatuor Hermogenes.
*g* Cretaram prætor cùm vellet mittere mappam:
Prætori mappam * surripit Hermogenes.
*h* Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile è mensa surripit Hermogenes.
Hoc quoq; si deerit: medios *i* distringere lectos,
Mensarumq; *k* pedes non timet Hermogenes.
Quamvis non modico caleant spectacula Sole:
*l* Vela *m* reducuntur, cùm venit Hermogenes.
Festinant trepidi *m* substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties *n* paruit Hermogenes.
*o* Linigeri fugiunt calui, sistraque turba,
Inter adorantes cùm stetit Hermogenes.
*p* Ad cœnã Hermogenes mappam non attulit unã:
A cœna semper rettulit Hermogenes. (quam:

unde ἁλιπορφύρα. Plutarcho lib. de prud. anim. dictus ἀπὸ τῆς ἐλάφου vel ἐλαφηβόλος. sanius duxerim ab אולר cerva ab אור cervus. vide Plin. l. 11. c. 83. & Ælian. l. 2. c. 9. *d* Et veluti Iris furtim tollit aquas rursus casuras, hoc ex opinione vulgi. Fit autem Iris ex reflexu radiorum Solis ad nubem resolutam solique appositam in adspectu nostro. *e* Gladiatori. 27. ep. lib. spect. *f* Læso gladiatori arma submittenti & ferrum accepturo, missio sæpe data a numerario, ne interficeretur, intercedente populo. *g* Candidam mappam in signum Circensium committendorum prætor qui plerunque editor missum, e sella suspendit: fluxit quæ mos hic a Nerone, qui populo missus flagitante, mappam per fenestram iussit abjici. Cassiod. l. 3. var. Sed & *mappam* usitatum Circo nomen pœnis sibi vendicasse testatur Fabius Quintil. l. 1. cap. 9. * Al. *surpuit.* *h* Mappas suas ad convivia afferebant singuli, mantile convivator præbebat. *i* Bracteas argenti lectis deradere, ep. 32. l. 8. *g.* *Vel* lectos stragulis nudare, plagisque (ut quidam legunt) discingere. *k* Eburneos. ep. 36. l. 2. i. vel mensorum pedibus deradere bracteas argenti. *l* Ep. 30. l. 9 c. *m* Ne surripiantur ab Herm. *n* Apparuit. *o* Isidis sacerdotes rasi, interæ vestis candore puro amicti, & gestantes sistra, i. crepitacula ex ære aut argento tinnula, a σείω. *p* Supra, nota h.

## *Ad Aprum.* XXVII.

*a* Qui amicum volo madidum & ebrium, servum siccum & sobrium.

SIccus, sobrius est Aper: quid ad me?
Servum sic ego laudo, *a* non amicum.

¶ *De*

## ¶ *De hortis Marcellæ uxoris.* XXVIII.

HOc nemus, hi fontes, hęc textilis umbra ſupini
Palmitis, hoc riguæ *a* duſtile fluuen aquæ:
Prataque, nec bifero ceſſura roſaria Pæſto:
Quodq; viret *c* Jani menſe, nec alget olus:
Quæq; natat cluſis anguilla domeſtica lymphis,
Quæq; geret *d* ſimiles *e* candida turris *d* aves:
Munera ſunt *f* dominæ poſt *g* ſeptima luſtra reverſæ.
Has Marcella domos, parvaq; regna dedit. (ſo;
*h* Si mihi Nauſicaë patrios concederet hortos,
Alcinoö poſſem dicere, malo meos.

*a* Aquæductus.
*c* Januario.
*d* Candidas columbas.
*e* Columbarium. *Adſpicit ut veniant ad candida tecta columbæ.* Ovid. Triſt. 1. el. 8.
*f* Uxoris meæ.
*g* Annos 35.

luſtrum autem hic capitur ut ep. 37. l. 10 pro 5. annis. ut patet ex ep. 93. l. 10. f.
*h* Si mihi Alcinoi filia concederet patriis tui pulcherrimos hortos.

## *In Vacerram.* XXIX.

O *a* Juliarum dedecus Calendarum,
Vidi Vacerra ſarcinas tuas, vidi:
*b* Quas non retentas penſione pro bimâ
Portabat uxor rufa crinibus ſeptem,
Et cum ſorore cana mater ingenti,
Furias putavi *c* nocte Ditis emerſas.
Has tu priores frigore & fame ſiccus,
*d* Et non recenti pallidus magis buxo
*e* Irus tuorum temporum ſequebaris,
Migrare *f* clivum crederes *f* Aricinum.
Ibat *g* tripes grabatus, & *g* bipes menſa,
Et cum lucerna, corneoque cratere
Matella curto rupta latere *h* meiebat.
*i* Focum ferentis ſuberat amphoræ cervix.
Fuiſſe *k* gerres, aut inutiles *l* mænas
Odor *m* impudicus urcei fatebatur,
Qualem marinæ miſit aura piſcinæ.
Nec quadra deerat *n* Caſei Tholoſatis,
*o* Quadrima nigri nec corona puleï,
*p* Caivæq; reſtes allioque, cepiſque,
Nec plena turpi matris olla *q* reſinâ.
*r* Summœnianæ qua pilantur uxores.
*ſ* Quid quæris ædes, villicoſq; derides,

*a* Migrabant e conductis ædibus, Calendis Iuliis.
*b* Quas ædium dominus haud dignatus eſt retinere pro mercede cellæ per biennium tibi locatæ. Neque enim niſi ex biennii ceſſatione, retentio pignorum erat.
*c* Erebo.
*d* Et pallidior marcente buxo.
*e* Pauper mendicus. ep. 40. l. 5.
*f* Ubi ſedent mendici. ep. 16. l. 2.
*g* Pede carens uno.
*h* Et ipſa diffluebat.
*i* Cervix tui terentis locum ſuberat amphoræ quum capiti impoſitam gerebas. Sunt qui legendum contendunt *Foro viventi*. ſed vide 3 ſat. Juvenal. v. 250.
*k* Ep. 60 l. 3.
*l* Ep. 19. l. 11. n.
*m* Teter. olens rudenda.
*n* Caſei e Tholoſa Galliæ, qui malus eſt saporis.
*o* Faſciculus pulegii aridi, ut quod eſſet 4. annorum.
*p* Colligata in reſtis fermam alia cepæque globræ & qu ſi calvæ. *Ropes of Onyons, &c.*
*q* Qua reſina pretiatur dropacis vice ad ſe levigandam matri Vacerræ.
*r* Meretrices.
*ſ* Quid quæris villam ruri, quaſi lautiorum more per ætatem roſtibus ſis?

*t* Habitare

t Habitare gratis, ô Vacerra, cùm possis?
Hæc farcinarum pompa convenit t ponti.

t Pontibus sc. & crepidinibus, quæ mendicorum sunt stationes. ep.5.l.10.d.

## ¶ *Ad Julium Martialem.* XXX.

TRiginta mihi, quatuorque messes
Tecum, si memini, fuere Juli:
Quarum dulcia mixta sunt amaris,
Sed jucunda tamen fuere plura.
Et x si calculus omnis huc, & illuc
Diversus bicolorq; digeratur:
y Vincet candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et tristes animi cavere morsus,
z Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.

x Si computemus felices nostros faustosque dies, quo more suos numerant Thraces nigris albisq; lapillis vide ep.44. l.8.b.

y Plures apparebunt fuisse boni dies quam mali. z νεμεσῶμαι δ' ἐγὼ ἄλλῳ Ἀνδρὶ ξυνοδοίχῳ ὅς κε ἓξοχα μᾶλλ φιλέῃσιν. Ἑξοχα δ' ἐχθαίρουσιν, ἀμείνω δ' αἰσιμα πάντα. Menelaus ad Telemachum Odyss.15.

## *Ad Callistratum.* XXXI.

TAmquam simpliciter mecũ, Callistrate, vivas:
Dicere præcisum te mihi sæpe soles.
Non es tam simplex, quàm vis, Callistrate, credi:
Nam quisquis c narrat talia, plura c tacet.

a Vis videri ingenue mecum communicare secreta tua, proinde fatcri etiam vitia; sed hoc non facis ingenue: namque minus de te fateris, ut majus taceas.

c In vocibus *narrat* & *tacet* latet majus illud quod Callistratus non fatetur vitium, vide ep.66.l.3.b.

## ¶ *In Labullum.* XXXII.

LIbras quatuor, aut duas amico,
b Algentemq; togam, brevemq; lænam,
Interdum aureolos manu c crepanteis,
Possint ducere qui d duas calendas,
Quòd nemo, nisi tu. Labulle donas,
Non es, crede mihi, bonus. quid ergo?
Ut verum loquar, e optimus malorum.
f Pisones, * Senecasque, * Memmiosque,
Et * Crispos mihi redde, sed priores:
Fies protinus g ultimus bonorum.
Vis cursu, pedibusque gloriari?
h Tigrum vince, levemq; h Passerinum,
Nulla est gloria prætorire asellos.

a Argenti.
b Tritam.
c Ep.20.l.5.f.
d Duorum mensium diætam & victum.
e Cum avaris collatus, videris munificus, inter avaros quidem es liberalissimus. *Neque enim bonitas est*, inquit Seneca, *posse in iis esse meliorem.* 79.epist.
f Nisi liberalitate excedas munificos illos viros * Pi. * Sen. * M * Cr.
g Quem a quat optimus malorum.
h Equum celerem

¶ in

## ¶ *In naſutum.* XXXIII.

NAſutus nimium cupis videri.
*i* Naſutum volo, nolo polyposum.

*i* Urbanum volo derisorem, non putidum

& impudentem scurram. ut ep. 42. l. 1. *Vel* acrem & acutum volo censorem judicemque, non raucidum & nigrum qui vitio suo meum corrumpat sensum. Est vero Polypus nasi morbus, de quo Celsus 6. l. 8. c.

## *In Sabellum.* XXXIV.

ODi te, quia bellus es *n* Sabelle.
*o* Res est putida bellus, & Sabellus,
Bellum deniq; malo, quàm Sabellum.
*p* Tabescas utinam, Sabelle, belle.

*n* Sabellum hunc perstrinxerat ep. 68. l. 7. quod belle scripsisse epigrammata sibi visus est. nunc illi sæpius in os regerens quod affectabat *bellum* Sabellum pronunciat odio dignum, putidum. & tantum bello minorem, quantum ipse *bellus homo* inferior est. illi deniq; de exitium imprecatur. *o* Ep. 10. l. 1. *Quare* Bene & Præclare *quamvis nobis sæpe dicatur*: Belle & Festive *nimium sæpe nolo*. &c. Cic. 3. de oratore. *p* Ut nomine tuo ex primæ syllabæ tabe diminuto *Sabellus* fiat *Bellus*.

## *In Pontilianum.* XXXV.

MEntiris, *a* credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis Pontiliane, bibo.
Pedis, dissimulo: *b* gemmâ vis ludere, vincor.
Res una est sine me, quam facis, & taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi. mortuus, inquis,
*d* Accipiam bene te, *e* nil volo: sed morere.

*a* Subservio, supparasitor, secundus ago, cum Terentiano illo Gnathone, vel Græculo apud Satyricum 3 sat. verso adulatore. item Plutarchi lib. de discrimine amici & adulatoris. ut & Theophrasti charact. 3. &. c. *b* Latruncullis vitreis. ep. 58. l. 7. *b*. & l. 14. ep. 20. *c* Torpicula quæpiam. *d* Hereditate, vel hereditatis parte effigia tua compensabo. *e* Ep. 50. l. 6. & 27. ep. l. 8.

## *In Tuccam.* XXXVI.

NOn est Tucca satis, quòd es gulosus:
* Et dici cupis, & cupis videri.

* Quod perditi hominis est & eximie dissoluti velle morbum suum profiteri, neque caute agere, si non caste.

## ¶ *Ad M. Unicum.* XXXVII.

UNice cognate, *a* junctũ mihi sanguine nomen:
Quiq; geris studiis corda *b* propinqua meis:
Carmina cùm facias soli cedentia fratri,
*c* Pectore non minor es, sed *d* pietate prior.
*e* Lesbia cum tenero te possit amare Catullo,
Te post Nasonem blanda Corinna sequi.
*f* Nec deerant Zephyri, si te dare vela juvaret:
Sed tu litus amas, hoc quoq; fratris habes.

*a* Mihi affinis. *b* Faventia. *c* Scientia & arte. *d* Qua cedis fratri primas. vice ejusdem ingenii, ep. 10. l. 11. *e* Te Elegiæ gloria vel Catullo & Ovidio possent æquiparare amicæ suæ Lesbia & Corinna. *f* Non desunt tibi genius & ingenium. si grandi stylo & heroico velis intonare; sed tu in fratris gratiam reprimis ingenii tui habenas, & elegias scribis.

## *Ad Phœbum.* XXXVIII.

*g* Galericulo ex rasura hædi pelle ad dissimulandam calvitiem. ep. 49. l. 14.

*g* HOEdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemq; calvæ,
Festivè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput esse *h* calceatum.

*h* Cum eadem tegeretur materia, qua pedes.

## *Ad Classicum.* XXXIX.

Etsi Democritus Poetas sanos, i. mentis compotes nec ἐνθουσιάσμῳ & sacro furore correptos excludat Helicone: quis tamen audet negare Gallum & Lupercum sanos esse, qui mala sua carmina pretio obtrudant hominibus proculdubio insanis qui mala emunt carmina?

VEndunt carmina Gallus, & Lupercus,
Sanos, Classice, nunc nega poëtas.

## *In inconstantem.* XL.

* Sumptum ab Ovid. eleg. 10. 3. l. Amor.

DIfficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem
* Nec tecum possum vivere, nec sine te.

*A: erga mea crimina, corpus amo. Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum, &c.*

## ¶ *In lautum invitatorem.* XLI.

*a* Si vulgares & quos ipse soles, apponis cibos, & non quales putas me cupere, hinc heredit. tem meam captans: volo.

*a* BOletos & aprum si tamquam vilia ponis,
Et non esse putas hæc mea vota: volo.
Si fortunatum fieri me credis, & hæres
Vis scribi, propter quinq; *b* Lucrina: *c* vale.
Lauta tamen cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit, *d* immo hodie protinus immo nihil;
2 Quod sciat *e* infelix damnatæ spongia virgæ.
3 Vel *f* quicumque canes, *g* junctaq; 4 testa viæ:
*h* Mullorum, leporumq;, & *i* luminis exitus hic est,
*k* Sulphureusq; color, *l* carnificesq; pedes.
Non *m* Albana mihi sit commissatio *n* tanti;
Nec *o* Capitolinæ, *p* pontificumque dapes.

*b* Ostrea e lacu Lucrino. ep. 1. l. 3. c.

*c* Nolo apud te cœnare.

*d* Imo statim a cœna nulla manet gulæ voluptas.

Namq; lautissimæ hæ cupediæ vel 2. dejiciuntur per alvum; 3 vel. rejiciuntur vomitu per guttur; vel 4. excernuntur per veficam: neq; earum saporem dignoscet sentietve spongia, canis, aut testa ceu matula. *e* Spongia ligno adhærens, damnata in vile ministerium, ad emundanda sc. obscœna, ut de bestiario quodam refert Seneca, epist. 70. vide Corn. Vitellium cap. 9. in Merulam. *f* Qui ad vomitum accurrunt. *g* Testæ in angiportis parabantur iis qui urinam emittere volebant. Atque hinc illud Vespasiani e lotio vectigal. Sueton. Vesp. c. 23.

*h* Optimorum piscium & carnium. *i* Ep. 43. l. 13. *k* Ex cruditate pallor. *l* Podagra. Λυσιμελῆς Βάκχε ἡ λυσιμελὴς Ἀφροδίτη Γιγνάδ' ὑγιάτην λυσιμελὴς Ποδάγρα. Anthol. 2. l. 43. c. *m* Lautissimum epulum quale exhibuit in Albano monte in Quinquatrius Minervæ suæ Domitianus. *n* Ut stomacho & pedibus laborem. *o* Jovis epulum in Capitolio a 7. Epulonibus instructum. *p* Magnifica Pontificum cœna, qualem Metelli descripsit Macrob. 13 c. 3. lib. Saturn.

*q* Imputet

q Imputet ipſe deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Convivas alios r cœnarum quære r magiſter,
Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ:
Me meus ad ſubitas invitet amicus ſ ofellas:
Hæc mihi, quam poſſum redere, cœna placet.

q Si mihi ipſe Jup. largitus nectar in rationibus & meriti loco numeret, non mihi ſapiet aliud quam acetum & vappam e vino viliſſimo

r Cœnæ pater, invitatorſ parochus. ſ Ep. 200. l. 14.

## ¶ *In habentem amœnas ædes.* XLII.

a DAphnonas, plataronas & aëriasſ cypariſſos,
Et b non unius balnea ſolus habes,
Et tua centenis ſtat porticus alta columnis,
c Calcatuſque tuo ſub pede lucet onyx,
Pulvereũq; fugax d hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis e aquæ fluctus ubique ſonat.
Attria longa patent: ſed nec cœnantibus uſquam,
Nec ſomno locus eſt. f quàm bene non habitas!

a Laureta. b Magis ampla quam pro privato homine. c Pavimenta ſternuntur Onychite lapide. d Spacium per quod currunt equi, ex ἵππος & δρόμος. e Fontium, ſcaturigium in hortis diffluentium. f Cui inter hæc omnia cœnatio nulla, cubiculum nullum.

## ¶ *De Fabullo.* XLIII.

TAm ſæpe noſtrum decipi Fabullum, quid
Miraris Aule? ſemper bonus homo g tiro eſt.

g Simplex, nec ſatis exercitatus ad cavendum veteratores hos veteratores.

## *Ad Semproniam.* XLIV.

a TEmpora Pietia ſolitus redimire coronâ,
Nec minus attonitis vox celebrata reis,
Hîc ſitus eſt, hîc ille tuus, Sempronia, Rufus:
Cujus & ipſe tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elyſio b narraris fabula campo,
Et c ſtupet ad raptus d Tyndaris ipſa tuos.
Tu melior, quæ deſerto raptore rediſti;
* Illa virum voluit nec e reperita ſequi.
f Rider, & Iliacos audit Menelaüs amores:
Abſolvit Phrygium veſtra rapina Parim.
g Accipient olim cum te loca læta piorum,
Non erit in Stygiâ notior umbra domo.
h Non aliena videt, ſed amat Proſerpina raptas:
Iſte i tibi dominam conciliabit amor.

a Rufus tuus, Poëta inſignis, nec minus celebris notæ Orator. b A Rufo tuo jam in Elyſiis. c Quod tu raptæ Rufum tuum ſponte repetiſti. d Helena, Tyndari filia. Alii leg. * *Noluit illa virum vel reperita ſequi.* e A conjuge Menelao & Græcis. f Menelaus lætus audit te raptam rediiſſe ad maritum tuum, excuſat crimen Helenæ ſuæ, ridetq; amores Paridis & Deiphobi. g Ubi to defuncta migraris ad Elyſios campos, nota eris & nobilitata ex hac Rufi tui fama. h Sed amica, & propter communem raptum favens raptis. i Proſerpinam tibi propitiam faciet.

## ¶ *In Avarum.* XLV.

NUmmi cùm tibi sint, opesque tantæ,
Quantas civis habet, * paterve, rarus:
Largiris nihil, incubasque gazæ,
Ut magnus draco, quem canunt poëtæ
Custodem *a* Scythici fuisse luci.
*b* Sed caussa, ut memoras, & ipse jactas,
Diræ filius est rapacitatis.
*c* Et quid tu fatuos rudesque quæris,
Illudas quibus, auferasque mentem?
*d* Huic semper vitio pater fuisti.

* Aut qui habet liberos, ut continuet filios. & *pater fuisti*, & ep. 52. infra. Al. *Paterne*. πάτερον.

*a* Aurei velleris fago suspecti in luco ante templum Martis, de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis, Ovid. 7. Metam. Seneca in Medea, Hyginus 14. fab. Apollod. 1. l. &c. A. ii leg. *Lycia* de quo ep. 32. l. 3. *b* Sed arguis filium tam quam causam tuæ rapacitatis. *c* Quasi vero tam stulti nimus, qui ibus hoc persuadeas. *d* Immo tute ipsius vitii pater es. *Vel*, illi autor ad hoc vitium.

## ¶ *In Zoïlum.* XLVI.

Fronti magna fides, inquiunt Physiogomonies pronunciantque, cavendum ab iis quos signavit Deus.

CRine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læso
Rem magnam præstas, Zoïle, si bonus es. (sus.

*e* Sic MS. Bodleianus Vulgg *luscus*.

## ¶ *In Polycarmum.* XLVII.

*f* Convalescenti mittebant amici pro salute recepta: munera, quæ σωτήρια vocabant. Polycarmus morbum simulabat sæpius, ut haberet occasionem exigendi hæc munera, non secus ac Clytus ille ex natalitiis fictis. ep. 61. l. 8. *g* More e, nec convalesce e morbo. sic ep. 40 l. 5 e.

*f* ÆGrotas uno decies, aut sæpius anno;
Nec tibi, sed nobis hoc, Polycarme, nocet.
Nam quoties surgis, solemnia poscis amicos.
Sit pudor: *g* ægrota jam, Polycarme, semel.

## ¶ *Ad Sparsum.* XLVIII.

*a* Quæris, cur toties secedam in sterilem meam & ficcam villam Nomentanam, vide Plinii ep. 17. l. 2.
*b* Ja. Douza legendum censet *Sparse*.
*c* Quæreis.
*d* Qui & ipsi molam vertebant. *e* Fabrorum æs cudentium & tractantium malleoli. *f* Pustulata, optima auri atq; argenti nota, cujusmodi exegit Nero. Suet. c. 44. An forte massam innuit ex metallis, urbe sub Nerone incensa, conflatam, quale fuit æs Corinthium? Alii intelligunt, nummos & mensam Claudii fœneratoris, de quo, ep. 55. l. 2. k.

*a* CUr sæpe sicci parva rura Nomenti,
Laremq; villæ *b* sordidum petam, quæris?
Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi. *c* negant vitam
Ludimagistri mane, nocte *d* pistores,
*e* Ærariorum marculi die toto.
Hinc ociosus sordidam quatit mensam
*f* Neroniana nummularius massa:

Illinc

Illinc *g* paludis malleator Hiſpanæ
Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.
Nec *h* turba ceſſat entheata Bellonæ,
*i* Nec faſciato naufragus loquax truncо,
*k* A matre doctus nec rogare Judæus,
Nec *l* ſulfuratæ *m* lippus inſtitor mercis.
Numerare pigri damna qui poteſt ſomni,
Dicet quod *n* æra verberent manus urbis,
Cùm ſecta *o* Colcho Luna vapulat *p* thombo.
Tu Sparſe *q* neſcis iſta, nec potes ſcire,
*r* Petilianis delicatus in regnis,
* Cui plana ſummos deſpicit domus montes,
Et rus in urbe eſt, *ſ* vinitorque Romanus,
*t* Nec in Falerno colle major autumnus,
*u* Intraque limen clauſus *x* eſſedo curſus,
Et in profundo ſomnus, & quies nullis
Offenſa linguis, nec dies nisi *y* admiſſus.
Nos tranſeuntis riſus excitat turbæ,
*z* Et ad cubile eſt Roma: tædio feſſis
Dormire quoties libuit, imus ad villam.

g Lini & ſerabi quod in paluoſis Hiſpaniæ locis ſeritur. *Nam ſudoria Setala ex Hiberia Miſerunt*, &c. Catul. Quod enim Tornebus l. 30. c. 26. legendum conjicit *balneæ* & de auro rudi & crudo intelligit, nullatenus convenit aureæ operæ cum fuſte; lineæ, optime.

h Sacerdotes Bellonæ cæſtro perciti. *quos ſæpe Bellonæ lacertus Sæva movet.* Lucan. l. 1.

i Nec emendicans naufragus, ſuſpenſa ex humeris a pectore naufragii depicti tabula de faſcia.

k Devictis enim Solymis Judæorum multi Romam delati Ægeriæ nemus incolebant, & paſſim mendicabant miſeri. Juven. 6. ſat. v. 544.

l Ep. 36. l. 1. c.

m Ab opere ſulfureo.

n Quorum crepitu Lunæ delinquenti ſuccurri poſſe credebant. vide quæ nos ad Senecæ Hippolyt. 420. v.

o Magico, propter Medeam, quæ Colchis.

p Ep. 28. l. 9. l.

q Damna ſomni & urbis moleſtias.

r Qui habes prætorium, i. villam magnificam ſub Janiculo, in agro quondam L. Petilii ſcribæ.

* vide ep. 53. l. 4. d.

ſ Namque vinea in urbe ipſa.

t Neque in Falerno Campaniæ monte uberior fructuum proventus aut lætiores vites quam tibi in villa ſuburbana, ceu orbana potius.

u Et tibi intra ædium tuarum ſepta, ſpatium eſt geſtationi imo curſui. Ft. Modius legit. *Intraq; limen lauti eſſedo curſus.* c. 109. Novantiq. Lect.

y Apertis feneſtris.

z Et mihi ante ipſum cubiculum omnis Roma obſtrepit ſomnumque negat.

## *De importunis baſiatoribus.* XLIX.

a QUantum dat tibi Roma baſiorum
Poſt annos modò quindecim reverſo,
Te vicinia tota, te piloſus
*c* Hircoſo premit oſculo colonus.
Hinc inſtat tibi textor, inde fullo.
Hinc ſutor modo pelle *d* baſiatâ,
Hinc menti dominus *e* pediculoſi,
Hinc *f* defioculus, & inde lippus,
Jam tanti tibi non fuit redire.

a Videbnie geminum, ep. 62. l. 12.

c Fœtido, male olenti hircum axillarum. *Barbam oleo ſpinæ* dixit Petron. imperſ. oris.

d Dum morderet luto putrem ſoleam, ut ep. 59. l. 9. 2.

e Brodæus l. 10. Miſcel. c. 34. legit *periculoſi*, & exponit laborantis ſtichene ceſamentagra.

f Luſcus cui deſit oculus alter.

## ¶ *Ad ſuum natalem.* L.

(primum;

*a* Martiæ Calendæ, mihi natalis, ep. 42. l. 9. *b* Solem. *c* Phœbi, ut ep. 2. l. ſpect. b. *d* E vivo ac virenti deſpice. *e* Quem natalem hucuſque in urbe Roma celebravi. *f* Quod inperſedeam deferre hunc honorem urbi Martiæ, Calendis Martiis. *g* Vacare & geniuliter vivere, quod in urbe non datur.

*a* MArtis alumne dies, roſeam quo *b* lampada Magnaque *c* ſiderei vidimus ora dei:
Si te rure coli, *d* viridesque pigebat ad aras,
*e* Qui fuetas Latia cultus in urbe mihi:
Da veniam, *f* ſervire meis quòd nolo Calendis,
Et qua ſum genitus, *g* vivere luce volo.

## *In nimis anxie celebrantem ſuos natales.* LI.

*a* Anxium eſſe *b* Ep. 12. l. 1. c. * *Sabellus* pro aliquo e convivarum numero ponatur; ſitque epigramma in eum qui adeo ſolicite curet quæ ad celebrandum natalem ſpectent, ut genium ſuum, cui illo maxime die indulgendum fuerat, fraudet. *c* Conviva, *Synec.* i. convivæ. *d* Ep. 33. l. 2. c. & l. 14. ep. 101. *e* Pavimentum marmoreum, idque nudis pedibus pro more diſcumbentium, niſi jam ſurgens ſoleas poſceret. *f* Quam verniliter imo præpoſtere facis hoc convivator, rex & dominus, quod non faceret conviva & cliens?

NAtali *a* pallere ſuo ne *b* calda * Sabello
Deſit, & ut liquidum poſſet *c* Alauda merum,
*d* Turbida ſolicito tranſmittere Cæcuba ſacco,
Atque inter menſas ire, redire ſuas;
Excipere hos, illos, & tota ſurgere cœna
*e* Marmora calcantem frigidiora gelu:
*f* Quæ rario eſt, hæc ſponte tua peiferre, patique,
Quæ te ſi jubeat rex dominuſve neges?

## ¶ *De Ligurrâ.* LII.

*a* **Quick, sharp, witty.** acumen enim eſt e virtutibus epigrammatis. ep. 1. l. 1. b. *b* Dicis ubinde te timere. *c* Αετὸς ὑμᾶς μυίας, ἔτι μὴν δίφας. * Ai, *fremunt*. *d* Obſcuri loci & vilis notæ verſificatorem. *e* **A pot-poet.** *f* Qui levi carbone cretave verſus inſcribit parieti a tergo ædium. *g* Quæ mardentur Deæ Cloacinæ. Qualia *Tarquſii Annales* Senecæ: & Catullo, *Annales Voluſi cacata charta*. *h* Servilis tua frons non digna eſt cui ego inuram menſura carminis mei puncti.

VErſus, & breve *a* vividumque carmen
In te ne faciam *b* times Ligurra,
Et dignus cupis hoc metu videri:
Sed fruſtra metuis, cupiſque fruſtra.
*c* In tauros Lybici * ruunt leones;
Non ſunt papilionibus moleſti.
Quæras cenſeo, ſi legi laboras,
*d* Nigri fornicis *e* ebrium poeram.
*f* Qui carbone rudi, putrique creta
Scribit carmina, *g* quæ legunt bibones.
*h* Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.

Ad

## *Ad Saturnum pro Priſco Terentio.* LIII.

*a* ANtiqui rex magne poli, mundiq; prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,
Nec regale nimis fulmen, *b* nec fulmine digna,
*c* Sciſſa nec ad Mânes, ſed ſira dives humus:
Lætus ad hæc faciliſque veni ſolennia Priſci
Gaudia; cum ſacris te decet eſſe *d* tuis.
Tu reducem patria ſexta, pater optime, brumâ
Pacifici Latia reddis ab urbe Numæ.
*e* Cernis ut Auſonio ſimilis tibi pompa macello
Pendeat, & quantus luxurietur honos?
Quàm nõ parca manus, largæq; *f* nomiſmata men-
Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes? (ſæ,
*g* Utque ſit his pretium meritis, & gratia major,
Et pater, & frugi ſic tua ſacra colit,
At tu, ſancte, tuo ſic ſemper amere Decembri:
*h* Hos illi jubeas ſæpe redire dies.

*a* Saturne, ſub quo aurea illa ætas, ſecura, innocens, quieta, &c.
*b* Nec ſcelera fulmine digna.
*c* Ad eruendum ex viſceribus terræ imaque Manium ſede ferrum ferroq; nocentius aurum.
*d* Saturnalibus & Decembri, quo poſt 6. annos rediit Roma in patriam Hiſpaniam Priſcus Terentius. *Alibi* Marius Priſcus.

*e* Viden' ut apparatus Saturnaliorum hic in Hiſpania æmuletur Romam. *f* Munera. *g* Et quo gratior tibi ſit hæc celebritas, O Saturne Priſcus & pater & tenacior aliquanto hæc tibi larga profundit manu. *h* Ut Priſco plurima indulgens Saturnalia. i. diuturnum vitæ uſum.

## *Ad Cordubam.* LIV.

*a* UNcto Corduba lætior Venafro,
* Hiſtra *b* nec minus abſoluta teſta,
Albi quæ ſuperas oves *c* Galeſi,
*d* Nullo murice, nec ærugine mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo:
Dic veſtro, rogo, ſit pudor poetæ,
Ne *e* gratis reciter meos libellos.
Ferrem, ſi faceret bonus poeta,
Cui poſſem date mutuos honores.
Corrumpit *f* ſine talione *g* cœlebs.
*h* Cæcus perdere non poteſt, quod auferr.
Nil eſt deterius latrone *i* nudo:
Nil ſecurius eſt *i* malo poetâ.

*a* Olearum gloriæ facile principatum obtinuit Venafrum in Campania, ſecundas * Hiſtria Italiæ peninſula.
*b* Nec cedens teſtis olei cen. olivarum Hiſtriæ.
*c* Ep 36. l. 2. b.
*d* Non muricis ſanguine ſucco purpureo tincta lana, ſed nativo rutilo imbuta.

*Nec varios diſcet mentiri lana colores; Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice, &c.* Virg. vide ep. 38. l. 5. h. *e* Impune, cui nulla vel mala ſcribenti carmina non poſſum ego referre gratiam, illius recitans cum honore, ut ille mea. *f* Vindicta parili. *g* *Metaph.* nihil ſcribens. *h* Non poſſis lege talionis agere cum cæco, qui alteri oculum eruerit. *i* Cui nihil eſt quod viciſſim auferas.

## ¶ *Ad Amœnum.* LV.

BIs quinquagenis domus eſt tibi millibus ẽpta,
Vendere quam ſumma vel breviore cupis.

Ante

Arte ſed emptorem vaſtâ corrumpis, Amœne,
*a* Et domum male materiatam inſtruis pretioſo ornatu quo ſit venalior.
*a* Et caſa divitiis ambitioſa later.
*b* Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti,
*c* Et Mauruſiaci pondera rara citri.
Deinde ducenta *f* ſonas, & ais, non eſſe minoris;
*b* An quia teſtudinum putaminibus ornati, Juven. ſat. 11. v. 94.? An lectum inuit paveninum? de quo 82. ep. l. 14.
*g* Inſtructam vili vendis, Amœne, domum.
*c* Et menſæ citreæ magni pretii & luxus ex Mauritania. ep. 36. l. 2. l.
*f* Poſcis pretium.
*g* Sed ſi tollas hunc ornatum & ſupellectilem (quod dicenda caſa tibi facere certum eſt) cara nimis erit domus, quæ ſic inſtructa vili expoſita pretio videtur.

## *In natalem Maronis.* LVI.

*a* Edidiſtis in lucem natalitiæ eſtis.
*b* Natalis Dianæ.
*c* Natus eſt Virgilibus Idibus Octobris.
MAiæ Mercurium *a* creaſtis Idus,
Auguſtis redit Idibus *b* Diana.
*c* Octobres Maro conſecravit Idus.
*d* Idus ſæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.
Donat. & Probus Gram. *d* Diu vivas precor, celebreſque natalitias Mercurii & Dianæ Idus, O Sili, vel quiucunque natalem celebras Virgilii. ep. 11. l. 4. n.

## ¶ *Ad clientes.* LVII.

*a* Salutationis vel patrocinii cauſâ me ſummo mane viſens.
*b* Cujus importunitatem ut fugerem, ipſe ex urbe Roma huc prorogi.
*d* Poeta.
*e* Si per clientes importunos non liceat mihi hic dormire.
*a* MAturine cliens, *b* urbis mihi cauſſa relictæ,
Atria, ſi ſapias, *c* ambitioſa cola.
Non ſum ego cauſſidicus, nec amaris litibus aptus:
Sed piger, & ſenior, *d* Pieridumque comes.
Ocia me, ſomnuſque juvant, quæ magna negavit
Roma mihi: redeo, *e* ſi vigilatur & hîc.
*c* Divitum, quibus ad honorem gradus eſt clientum turba.

## *Ad Paullum.* LVIII.

*a* Quos tanquam ornamenta oſtentet, non quibus utatur. de archetypis. ep. 6. l. 8. a.
*a* SIc tanquam tabulas, ſcyphoſque, Paulle,
Omnes archetypos habes amicos.

## *De Apro.* LIX.

*a* Cum tenui ac pauperi Apro in balneis lavanti ſervulus vilis, pedibuſque obtortus ferret linteа ad tergendum.
*b* Et togæ Apri infideret luſca anus quæ cuſtodiebat veſtes lavantium repoſitas in apodyterio ne ſubducerentur.
*c* Et herniоſus ſervulus urceo Apro parce diſtillaret oleum.
*d* Aper lavantium loxum qui in balneis potabant, aſpere reprehendebat, frangendos ſc. calices, i. non admittendas potationes. *Deteſtantur hæc infelicibus, eandem ſi potuerunt, facturi.* Sen. Benef. l. 1. c. 9. *Sic aliorum vitiis traſcantur, qui ſi invideant.* Plin. ep. 22. l. 8.
*a* LIntea ferret Apro vatius cùm vernula nuper,
*b* Et ſupra togulam luſca ſederet anus,
*c* Atque olei ſtillam donaret *Opelicus* unctor:
*d* Udorum tetricus cenſor & aſper erat:

Frangendos

Frangendos calices, effundendumque Falernum
Clamabat, biberet quod modò lotus eques.
A *e* sene sed postquam patruo venere trecenta;
*f* Sobrius à thermis nescit abire domum.
O quantum *g* diatreta valent, & *h* quinq; comati!
Tunc, cùm pauper erat, non sitiebat Aper.

*e* Qui meriens Apro legaverat testamento 300 nummos. *f* Aper modo in re tenui eam gravis censor damnatorque potationum in balneis, jam in re aliquanto lautiori mutavit animum, factus bibo ad ebrietatem. *g* Calices diatreti, i. tornati ac tessellati. vide Turneb. Adv. 27. c. 31. *h* Pueri 5 relicti testamento, ep 42. l. 2. h. & 49. ep. l. 3. not. 8.

## *Ad Lygdum.* LX.

Nil non, Lygde, mihi negas roganti:
At quondam mihi, Lygde, nil negabas.

## *Ad Pannicum.* LXI.

JUgera mercatus prope *a* busta latentis agelli,
Et malè compactæ culmina fulta casæ,
*b* Deseris urbanas, tua prædia, Pannice, lites,
Parvaque sed tritæ præmia certa togæ,
Frumentum, milium ptisanamque, fabamq; solebas
*c* Vendere *d* pragmaticus: *e* nunc emis agricola.

*a* Busta Gallica, ubi Galli interfecti & depressiori urbis loco castra habentes pestilitate perierunt vel a Camillo cæsi sepeliebantur. Liv. 5. *b* Deseris forum & officia urbana, unde tibi major proventus, donariorum scil. tibi a clientibus missorum, quam ex sterili, quem mercatus es, agro. *c* Unde quorum tibi abundaret copia, dum multa tibi mitterent monumenta clientes. *d* Quando fuisti causidicus, *vel* Pragmaticus, qui operam suam in verbis & formulis juris suggerentus submissitrat oratoribus. *e* Propter agri sterilitatem.

## *Ad Catullum.* LXII.

HEredem tibi me, Catulle, dicis.
Non credam, *a* nisi legero Catulle.

*a* Nisi accepero hereditatem. *Vel*, nisi lecto testamento (quod priusquam tu mortuus fueris non licebit) præstiteris fidem, morere it. quæ ut credam.

## *Ad Flaccum.* LXIII.

CUm tibi *a* Niliacus portet *b* crystalla *c* eataAccipe *d* de circo pocula Flaminio. (plus,
Hi *e* magis audaces, an sunt qui talia mittunt
Munera? *f* sed geminus vilibus usus inest.
Nullum solicitant hæc, Flacce, toreumata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis.

*a* Ex Ægypto. *b* Calices vitreos & crystallinos. *c* Navigatio & navigia Ægyptiorum. Ex Ægypto vero merces istæ allatæ. ep. 112. l. 14. *d* Fictilia ceu vitrea quæ in Circo Flaminio venduntur. *e* Alludit ad *calices cudaces*. ep. 91. l. 14. *f* Sed his vilibus calicibus usus duplex est, neque enim furem alliciunt, nec calida aqua rumpuntur.

Quid!

Quid ? quod *g* ſecuro potat conviva miniſtro,
Et caſum tremulæ non timuere manus ?
*h* Hoc quoq; non nihil eſt, quòd propinabis in iſtis,
Frangendus fuerit ſi tibi, Flacce, calix.

*g* Non obſervante, ne conviva frangeret cryſtalla, vel gemmas unguibus eraderet. Juven. 5. ſat. v. 40. *h* Nec grave erit damnum ſi ab impuro homine propirata vel incantata hæc pocula frangantur, ita a propinatione molieris famæ haud probæ, jubet ille θραῦσαι τὰς κύλικας. Anthol. 2. l. 48. c.

## *De Agricolâ.* LXIV.

Amphora *g* vigeſſi, modius *h* datur ære quaterno,
Ebrius & crudus nil habet agricola.

*g* Viginti aſſibus. *h* Ita vili venditur, ut malit agricola ingurgitare ſe ad crapulam uſque & ebrietatem, quam tantulo pretio vinum & frumentum vendere.

## *Ad Bithynicum.* LXV.

Nil in te ſcripſi Bithynice : credere non vis,
*f* Et jurare jubes : malo ſatisfacere.

*f* De more fori, qui ſe jurejurando purgare recuſavit, oportebat damnatum ſolvere : Poeta dicit ſe malle ſatisfacere, ſed & hoc ambigue : ſolverene ? an deprecari ? an ſcribere aliud carmen.

## *De Calliſtrato.* LXVI.

Ne laudet dignos, laudat Calliſtratus omnes,
Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt ?

Cui omnia alba, qui malos æque ac bonos promiſcue laudat, arguit ſe judicii infirmi & vel livore vel adulatione præpediti. Vide quæ Chryſippus referente A. Gellio. l. 6. c. 1.

## *De Umbro.* LXVII.

Brumæ diebus, feriiſque Saturni
Mittebat Umber aliculam mihi pauper :
Nunc mittit alicam : factus eſt enim dives.

Cum vero alica craſſior ſit & vilior quam aliacula : poeta, dum laudare Umbrum videtur, carpit, ut ſordidiorem factum, quam olim, ubi pauper fuit. Sed audi quid H. Salmuth adſerat ad Pancirol. cap. de veſtibus Veterum. Taxat, inquit, Umbri avaritiam : qui olim pauper miſit Aliculam ; nunc dives alicam mittit. Alicula, togæ vel chlamydis genus eſt ; alica autem, potus ex Zea. ep. 6. l. 13. infra. Cujus tamen cum jalicula videretur diminutivum, credi poſſet hæc illa vilior.

## *De Menogene.* LXVIII.

Effugere è thermis, & circa balnea * non eſt
*a* Menogenen, omni tu licet arte velis.
Captavit tepidum dextra, *b* lavaque * trigonem,
*c* Imputet exceptas ut tibi ſæpe pilas.
Colliget, & referet lapſum de pulvere * ſollem :
*d* Etſi jam lotus, jam ſoleatus erit.

* Non licet, non potes. *a* Cœnipetam. *b* Ep. 58. l. 7. n. * Pilam. ep. 14. l. 4. * *c* Ut tibi exceptam referat pilam, initurus apud te gratiam. *d* A balneis vero diſcumbebant ante balnea ſe exercebant diſcubituri ſoleas ponentes. infr. ep. 70.

*e* Lintea

*e* Lintea si sumas, *f* nive candidiora loquetur,
Sint licet infantis sordidiora sinu.
*g* Exiguos *h* secto comantem *h* dente capillos,
*i* Dicet Achilleas disposuisse comas.
*k* Fumosæ feret ipse tropin de fœce lagenæ,
*l* Frontis & humorem colliget *m* usq; tuæ.
Omnia laudabit, mirabitur omnia, donec
Perpessus dicas tædia mille, *n* vani.

*e* Supra ep. 59. a
*f* Dicet linteа tua esse nive candidiora, licet sint, &c.
*g* Raros.
*h* Pectine.
*i* Laudabit pulchras, densas, flavas, instar Achilleарum.
*k* Ipse tibi ministrabit vinum, quo utebantur in balneis ad sudorem cen vomitum, quod licet vapidum sit & ex ima lagenæ parte (quæ Metaph. τρόπις dicitur) laudabit tamen. *l* Et ipse vernaliter tibi sudorem deterget. *m* Al. *ipse*. *n* Ad cœnam servitiis suis extorquebit tibi invitationem.

## *Ad Polytimum.* LXIX.

*q* NOluëram, Polytime, tuos violare capillos:
*r* Sed juvat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras modò tonse Pelops, positisq; nitebas
Crinibus, *s* ut totum sponsa videret ebur.

*q* Invitus permisi te comas detondere.
*r* Sed tonso tibi fulgent eburnea colla,

haud cedentia Pelopi, cui humerum a Cerere excisum restituit Jupiter ex ebore. Hygin fab. 83. &c. *s* Ut Hippodamia te totum videret eburneum.

## ¶ *De Cotta.* LXX.

BIs Cotta soleas perdidisse quæstus,
Dum *a* negligentem ducit *a* ad pedes verum,
*b* Qui solus inopi præstat, & facit turbam:
Excogitavit homo sagax, & astutus,
*c* Ne facere posset tale sæpiùs damnum,
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

*a* Servum a pedibus, Turneb. 3. l. 23. c. qui a tergo & ad pedes domini discumbentis stat ministrans, soleasque has dominus accubiturus exuerat, servat. ep. 22. l. 3. & ep. 43. l. 3. b. *b* Qui pauperi Cottæ unicus est servus, & pro toto comitatu est. **all is one.** *c* Imo prætexit hanc causam excalceatæ suæ inopiæ.

## *De Tongiliano.* LXXI.

TOngilianus habet *d* nasum: scio, *e* non ego: sed
*f* Nil præter nasum Tongilianus habet. (jam

*d* Acumen joci, irrisionis & dicacitatis. e p. 3. l. 1. f. & 36. l. 1. l. & 13. l. 2. ep. *e* Al. *non nego*. *f* Qui resupinet aliorum cœnas, dum tamelici atque pauperis domini nasus alienæ culinæ nidore trahitur.

## ¶ *Ad Charinum.* LXXII.

QUòd lana caput alligas, Charine,
*g* Non aures tibi, sed dolent capilli.

*g* Non adhibes tocale ad muniendas aures, sed ad tegendum calvitium. vide ep. 34. l. 4. & 137. ep. 14. l.

¶ *De*

## ¶ *De Marone.* LXXIII.

PRo ſene,[a] ſed clarè,[b] votum Maro fecit amico
Cui gravis, & fervens [c] hemitritæus erat:
[d] Si Stygias æger non iret miſſus ad undas,
Ut caderet magno victima grata Jovi.
Cœperunt certam medici ſpondere ſalutem.
[e] Ne votum ſolvat, nunc Maro vota facit.

a Ita ut audiat ſenex, quem captat Maro. ſic Perſius ſat. 2. v. 8.
b De more hujus voti, vide 12. ſat. Juv. v. 98.
c Semitertiana.
d Si convaleſceret. e Prius *votum* fecerat; pro quo heres ſcriptus, ne convaleſcente Cotta hereditatem cum victima amitteret: jam facit *Vota*, multaſque ſpondet victimas.

## *Ad Priſcum.* LXXIV.

SÆpe rogare ſoles qualis ſim, Priſce, futurus,
Si fiam locuples, ſimque repentè potens.
Quemquam poſſe putas mores narrare futuros?
Die mihi, ſi fias tu leo, qualis eris?

Multa vitia, quæ coercet & ſupprimit tenuis fortuna, ampla & ſublimis manifeſtabit: *magiſtratus indicabit virum.*

## *In Tuccam.* LXXV.

SCribebamus [a] epos: cœpiſti ſcribere: ceſſi,
Æmula ne ſtarent carmina noſtra tuis.
Tranſtulit ad Tragicos ſe noſtra [b] Thalia [c] cothurn[o]
[d] Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi. (nos:
[e] Fila lyræ movi doctis exulta camœnis:
Plectra rapis nobis ambitione nova.
Audemus ſatyras: [f] Lucilius eſſe laboras.
Ludo leves elegos: tu quoque ludis idem.
[g] Quid minus eſſe poteſt? epigrammata fingere
Hinc etiam petitur jam mea fama tibi. (cœp:
Elige quid nolis; quis enim pudor omnia velle?
Et ſi quid non vis, Tucca, relinque mihi.

a Carmen Epicum cen heroicum.
b Ep. 7. l. 4. m. & 14. ep. 7. l. c.
c Ep. 19. l. 3. c.
d Tu quoque te contuliſti ad tragœdiam. Syrma autem tragicorum veſtis eſt. ut ep. 39. l. 4. c.
e Scripſi lyrica.
f Satyrographus.
g Quam ſcribere ep grammata?

## ¶ *Ad Bætim.* LXXVI.

BÆtis olivifera crinem red mite coronâ:
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:
Quē Bromius, quē Pallas amat, cui rector a-
Albula navigerum per frena pandit iter: (quarū
Ominibus lætis veſtras Inſtantius oras
Intret, & hic populis, ut prior, annus eat.

a Fl. Hiſpaniæ, unde nomen provinciæ Bæticæ quam medium interluit, cujus margines oleis florent.
b Ep. 28. l. 8. & ep. 14. ep. 129.
c Bacchus, faciens ut Bætica abundet vino. d Faciens ut Bætica abundet oleo.
e Cui Neptunus aperit iter navigerum, *Navigable* ut exoneretur in Oceani qui Bætim excipit. f Hiſpaniam, cui præſidet. g Felix, ut prior ſub adminiſtratione Macri. ep. 81. l. 10.

Non

Non ignorat, *h* onus quod ſit, ſuccedere Macro.
*i* Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

*h* Quam difficile ſit, quid expectetur ab illo, qui ſancto & integro ſucceſſerit præſidi, qualem ſe geſſit Macer. *i* Qui habita virium ſuarum ratione, videt quam grave ſubeat onus, ille ferre poterit.

## *In effrontem.* LXXVII.

OS atavi, patrui naſum, duo lumina patris,
Et matris geſtus dicis habere tuæ.
Cùm referas *k* priſcos, nullamq; in corpore partem
Mentiris; frontem dic mihi cujus habes?

*k* Majores. Alii leg. *Priſcos.* *l* Nullius. Et itaque effrons ut patet ex lemmate. Verum epigramma hoc non ſapit Martialis acúmen.

## *Ad Mattum.* LXXVIII.

QUi negat eſſe domi ſe, tunc cũ limina pulſas,
Quid dicat, neſcis? *m* dormio, Matte, tibi.

*m* Tibi, *non ſum, non poſſum, non licet eſſe domi.* vel, reſpicit ad Galbam qui dormiebat Mæcenati, vel Ennium reſpondentem Scipioni *ſe non eſſe domi.*

# M. VAL. MARTIALIS
## EPIGRAMMATON.

### LIBER XIII.

¶ *Cui* * XENIA *inditum nomen.*

* Xenia dicta, quòd ξένοις, i. hoſpitibus, nec non amicis apponebantur mittebantur ve. hæc cum pictores tabellis, tum poeta carminibus imitatus eſt, infra ep. 3. & Vitruv. l. 6. c. 10.

¶ I.

*a* NE toga cordylis, ne pænula deſit olivis,
*b* Aut inopem metuat ſordida blatta famẽ;
*c* Perdite *d* Niliacas Muſæ mea damna *d* papyros:
Poſtulat ecce novos *e* ebria bruma *f* ſales

*a* Ut habeant ſalſamentarii & aromatopolæ ineptas chartas quibus involvant piſciculos, ſcombros & olivas. ep. 2. l. 3. c. & 73. l. 4. g. — *b* — Ut habeant tineæ & blattæ cum quibus rixentur, & quam arrodant eſcam, chartas — *c* — O Muſæ, quarum cœtro ego pereitus meo cum damno ſcribo carmina, perdite & has chartas. *d* Chartæ uſum præſtitit olim papyrus juncus in paluſtribus Ægypti locis natus divituſque in tenuiſſimas philyras. *e* Saturnalia, menſe brumali Decembri celebrata, in quibus genio indulgebatur. *f* Jocos.

*g* Ego in his Saturnalib. non ludo talis, dein tesseris, non nucibus nec fritillis; sed carminibus & chartis. ep.55.l.4.p.9.

*g* Non mea *h* magnanimo depugnat tessera talo,
*i* Senio nec nostrum cum *k* cane quassat *l* ebur:
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta *m* frit-
*n* Alea nec damnū, nec facit ista luerum. (tillus;

*h* An talum appellat magnanimum quod talis & tesseris strenue operam dent, ceu potius opes perdant luxuriosi & prodigi juvenes, quos Persius 6. sat. appellat *magnanimos pueros?* An forte alludit ad illud Philosophi qui fortem & magnanimum comparat τῷ τοξάζεσθαι, Ethic. Nicom. 1. l. 10. c. *i* Faustus ludus, qui ternis in 3 talis si ceciderint, faustissimus est & lucrosissimus. *k* Unione, jacu dan nolo. *l* Fritillum ex ebore. ep. 14. l. 4. i. Alii talos, Alii alveum intelligunt. *m* Ep. 11. l. 4. i. *n* Ludus hic meus epigrammatarius.

## ¶ *In detractorem.* II.

*a* Sis licet ingens irrisor. μυκτηρίζων. vid. ep. 3. l. 1. i.

*b* Totus ex irrisione compositus & confinxus, *deos rogabis totum ut te faciant, Fabulle, nasum,* dixit Catullus. sed sensu alio.

*c* Hyperbolice. ep. 3. l. 9. d.

*a* NAsutus sis usque licet, sis denique nasus,
*b* Quantum noluerit ferre rogatus *c* Atlas,
Et possis *d* ipsum tu deridere *d* Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas,
Ipse ego quàm dixi, *e* quid dentem dente juvabit
Rodere? *f* carne opus est, si satur esse velis.
Ne perdas operam: qui se mirentur, in illos
Virus habe: nos hæc novimus esse nihil.
*g* Nec tamen hoc nimiū nihil est, si candidus aure,
Nec matutina si mihi fronte venis.

*d* *Emphatice* Mimum, qui & alios imitatione deridet. ep. 4. l. 1. d. *e* Quid limam rodis vipera? quid carmina mea reprehensoria, reprehensor? *f* Quæ cedat denti tuo, mea re aget, ut loquuntur Physici. pete dente poetas magna professos, in illis vel mange genuinum, in illos virus invidiæ tuæ & maledicentiæ evome, meæ istæ nugæ serpunt humi tutæ satis, & si opus fit, sui vendices. ep. 58. l. 5. d. *g* Nec tamen plane nihil sunt mea hæc, excipientur candidis & festivis, si minus placeant sobriis, severis, & impransis.

## *Ad lectorem.* III.

*c* Vide inscriptionem libri hujus, supra *.

*b* Ep. 60. l. 4. d.

*c* Poetarum prope omnium fatale malum.

*d* Lemmata, inscriptiones.

*e* *Metaphorice.* cum Xenia quæ carmine adumbrantur, sint plerumque esculenta & poculenta.

OMnis in hoc gracili *a* xeniorum turba libello
Constabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor est nimium: poterit constare duobus,
Et faciet lucrum *b* bibliopola Tryphon.
Hæc licet hospitibus pro munere dictica mittas,
Si tibi tam *c* rarus, quàm mihi, nummus erit.
Addita per *d* titulos sua nomina rebus habebis,
Prætereas, si quid *e* non facit ad stomachum.

## *Thus.* IV.

*f* Sic. ep. 38. l. 8. b.

*g* Domitianus, ep. 2. l. 5. d.

*f* SErus ut ætherea *g* Germanicus imperet aulæ,
Utque diu terris, da pia thura Jovi.

Constat itaque hæc scripta vivo Dom. ante l. 10, & 11.

*Piper*

## *Piper.* V.

*h* CErea quæ patulo lucet *i* ficedula lumbo,
Cùm tibi forte datur, *k* ſi ſapis, *k* adde piper.

*h* Pingnis, ut ep. 40. l. 3. c. *i* Infra ep. 48. *k* Ut & avis una tecum ſapiat, alioqui illa inſipida futura, tu inſipientis.

## *Alica.* VI.

*l* NOs *m* alicam, mulſum poterit tibi mittere
Si tibi noluerit mittere dives, eme.

*l* Pauperes. *m* Polum e Zea ceu ſpelta, cereviſiæ noſtræ haud diſſimilem. *n* Infra 103. ep.

## *Conchis faba.* VII.

SI *o* ſpumet * rubra *p* conchis tibi pallida * teſtâ,
*q* Lautorum cœnis ſæpe negare potes.

*o* Inter coquendum. * Fictili vaſe rubro. *p* Faba. ep. 62. l. 7. c. *q* Invitatus potes menſa divitum cœnare, domique cœnare.

## *Far.* VIII.

*r* IMbue plebeias *ſ* Cluſinis pultibus ollas,
*t* Ut ſatur in vacuis dulcia muſta biba.

*r* Condito. *ſ* Pultes e farre cluſino, quod optimum eſt, e Cluſio Tuſciæ opp. *t* Gratiora enim bibuntur e vaſis pultes imbutis, vina. Turneb. 25. l. c. 28. & Theophraſt. l. de odoribus ſcribit, demiſſis in dolia farris offis, vinum domari, molleſcere & cum ſaporis gratia miteſcere.

## *Lens.* IX.

ACcipe *u* Niliacam, Peluſia munera, lentem:
Vilior eſt alicâ, carior illa fabâ.

*u* Lens enim optima naſcitur circa Peluſium opp. Ægypti, vulgo *Damiata*, aliis *Roſeto* ad extremum Nili oſtium.
*Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.* Virg. Georg. 1.

## *Simila ex tritico.* X.

NEc poteris ſimilæ *x* dotes numerare nec uſus,
Piſtori toties cùm ſit & apta coco.

*x* Munera & uſus.

## *Ordeum.* XI.

*y* MUlio quod non det tacituris, accipe, mulis.
*z* Hæc ego cauponi, non tibi dona dedi.

*y* Quo mulio defraudat jumenta mutu. 25. ep. l. 12. *z* Quod tu vendes cauponi, pabulum equis ſuturam, non panem tibi. vide Turneb. 25. l. 28.

## *Frumentum Libycum.* XII.

* TErcentum Libyci modios de meſſe coloni
Sume, ſuburbanus ne moriatur ager.

* Triticum ex Africa frumenti feracisſima, quod ſeratur in agro ſuburbano, vel quo alatur urbs alioqui periura ob agri ſuburbani ſterilitatem, ceu continua cultura effœti.

## *Betæ.* XIII.

*a* Insipidæ nisi condiantur. *b* Pauperum.

UT *a* sapiant fatuæ *b* fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet vina, piperq; cocus!

## *Lactuca.* XIV.

*c* Ut frigiditate sua retunderent vini calorem. *d* Ad lubricandum ventrem. ep. 33. l. 11. c. tollendum stomachi fastidium, & appetitum irritandum.

CLaudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes? *d*

## *Ligna acapna.* XV.

*e* Namquin agro Nomentano propter uligi-nem & paludes non sunt sicca ligna aptaq; foco materies.

SI vicina tibi Nomento rura coluntur,
*e* Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

## *Rapa.* XVI.

*f* Frigore dulciora fiunt & grandiora. Plin. 18. l. c. 12. *g* Frugaliter & aride victitans, ut quondam in vivis. Turnebus l. 8. c. 13.

HÆc tibi *f* brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, *g* in cœlo Romulus esse solet.

## *Coliculi.* XVII.

*h* Nitro enim olera viridiora sunt. Plin. l. 31. c. 10.

NE tibi pallentes moveant fastidia caules,
*h* Nitrata viridis brassica fiat aquâ.

## *Porri sectivi.* XVIII.

*i* In herbulas enim fruticescit, in tenuia quasi stamina crescens. *k* Quod optimum nascitur Tarenti. *l* Clausis labiis.

FIlla *k* Tarentini graviter redolentia porri
Edisti quoties, oscula *l* clausa dato.

## *Porri capitati.* XIX.

*m* Et mater Aricia porri. Columell. *n* Capite & stipite. *o* Folia & herbas, *Blades.*

MIttit præcipuos nemoralis *m* Aricia porros:
In niveo virides *n* stipite cerne *o* comas.

## *Napi.* XX.

*p* Al. *Hos.* i. Napos. *q* Amitornum urbs Italiæ, Aquileiæ vicina. *In qua palude* (in quit Sidonius Apollinaris 8. epist. l. 1.) *muri cadunt, aquæ stant: turres fluunt,* &c. *Mare autem Adriaticum Ravennæ paludibus immi scetur.* Vitruv. l. 1. c. 4. *r* Rapa, quæ in orbem optima nascuntur in Nursia Sabinorum civitate. * Edere.

NOs *q* Amiternus ager felicibus educat hortis
*r* Nursinas poteris parcius * esse *r* pilas.

*Asparagi.*

## *Aſparagi.* XXI.

MOllis in ſæquorea quę crevit *t* ſpina Ravennâ,
*u* Non erit incultis gratior aſparagis.

*ſ* Ep. 46. l. 3. *t* In torum ſpina eſt aſparagus. Plin. 21. l. c. 15. *u* Sylveſtres & ſponte ſua nati per montes aſparagi non cedunt altilibus & ſatis Ravennatibus. Athenæus l. 2. c. 22.

## *Uva* [x] *duracina.* XXIII.

yNOn habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo:
Sed z non potanti me, tibi nectar ero.

x Quæ acinos cutos, vel cutis tectos corio habet. Plin. l. 14. c. 1. & 3. Gallice *Piquepoulle.* y Preſis & vino inutilis. z Sed edenti.

## *Chia ficus.* XXIII.

aCHia b ſeni ſimilis Baccho, quę c Setia miſit?
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem.

a In Chia inſula translata poſtea ad nos. b Quæ vinum vetus ſapit, ep. 21. l. 7. g. c Cretæne? an Campanæ.

## *Cydonia.* XXIV.

SI tibi e Cecropio f ſaturata Cydonia melle
Ponentur: dicas hæc g melimela licet.

e Attico, a Cecrope rege. f Melle incocta. Plin. 15. l. 17. c. g Melita poma.

## *Nuces pineæ.* XXV.

(viator.
hPOma ſumus Cybeles: procul hinc diſcede
i Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.

h Pinus magnæ Matri conſecrata eſt propter Attyn mutatum in hanc arborem. i Ne cadam ut in tuum caput.

## *Sorba.* XXVI.

SOrba ſumus molles nimium durantia ventres:
Aptius hæc k puero, quam tibi poma dabis.

k Qui molliore eſt alvo, & ſæpe profluvio laborat.

## l *Spathalion caryotarum.* XXVII.

AUrea porrigitur m Jani n Caryota Kalendis.
o Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſoleat.

l Termes ab arbore palma decerptus. Dioſc. 1. 1. c. 122. m Calendis Januariis mittebantur a pauperibus palmulæ inauratæ, vel cruſta illitæ, ut placet Joſ. Scal. in Tibul. 1. 1. vide epigr. 32. l. 8. Mart. l. n Palmularum fructus ita dict. quod capiti graves ſunt, Plin. 13. l. 4. c. o Hæc munera ſi mittant pauperes, quanto majora dives?

## *Coctana.* XXVIII.

HÆc tibi quæ p torta venerunt condita metâ,
Si majora forent q coctana, ficus erant.

p E tortis juncis texta ſporta vel testa turbinata in metæ formam, ut epigr. 38. l. 1. c. quam l. 5. ep. 18. dixit *arctam teſtam.* q Κόπλατα εἰδ῀ συκῶν. ep. 75. l. 4. h.

## *Prũna* r *Damaſcena.* XXIX.

r Ex Damaſco Syriæ. ſ Ep.11.l.5.g.

PRuna r peregrinæ carie rugoſa ſ ſenectæ
Sume: ſolent duri ſolvere ventris onus.

## *Caſeus Lunenſis.* XXX.

t An lunæ formæ? Quod forte inſigne erat Lunæ oppidi Etruriæ, cujus portus & lunæ referebat imaginem.

CAſeus Etruſcæ ſignatus t imagine lunæ,
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

## *Caſeus Veſtinus.* XXXI.

u Veſtini pop. Italiæ, Sabinis vicini. x Caſeus e lacte preſſo & in maſſam coagulato.

SI ſine carne voles jentacula ſumere frugi:
Hæc tibi u Veſtino de grege x maſſa venit.

## *Caſeus Velabrenſis.* XXXII.

y Velabrum locus Romæ prope Aventinum.

NOn quemcumq; focum, nec fumũ caſeus omnẽ
Sed y Velabrenſem qui bibit, ipſe ſapit.

*Fumus imbibitus auget gratiam caſei, qualis in ipſa urbe conficitur cunctis poſſe vendus.* Plin. 11. l. 42. c.

## *Caſei Trebulani.* XXXIII.

a Vicus in Sabinis. ep. 68. l. 5. 2. b Sive torremur. *Toſted.* c Sive deſcobinati maceramur jure.

a TRebula nos genuit; cõmendat gratia duplex,
b Sive levi flamma, c ſive domamur aqua.

## *Lucanica.* XXXIV.

d E Conciſis carnibus porcæ in agro Picentino natæ. vide ep 37. l. 4. d. & 79. ep. 5. l. e Ollis patinæ habentis pultem ex tritico circundat. ut ep. 75. l. 5. g.

eFIlia Picenæ venio Lucanica porcæ:
f Pultibus hinc niveis grata corona datur.

## *Olivæ.* XXXV.

g Olivæ optimæ ex agro Piceno in Italia. h Subducta, oleo non expreſſo integra. i Ep. 24. l. 7. f. k Ad incitandum ſtomachum. l Ad tollendum faſtidium.

HÆc quæ g Picenis venit h ſubducta i trapetis,
k Inchoat atq; eadem l finit oliva dapes.

## *Mala citrea.* XXXVI.

m Ex horto Alcinoi regis Phæacum in inſula Corcyra. n Aut Heſperidum mala. ep. 86. l. 10. a. Neque alia creduntur fuiſſe aurea illa poma quam hæc Aurantia, citrea, Medica, Athenæus. l. 3. c. 4. 7. & 43.

AUt m Coeyræi ſunt hæc de frondibus horti,
n Aut hæc Maſſyli poma draconis erant.

*Coloſtrum.*

## *Coloſtrum.* XXXVII.

SUrripuit paſtor quæ *o* nondum ſtantibus hœdis,
De primo matrum lacte coloſtra damus.

*o* Priuſquam hœduli recens nati erexiſſent ſe & admoviſſent uberibus ora.

## *Hœdi.* XXXVIII.

LAſcivum pecus, & *p* viridi non utile Bacchо
*q* Det pœnas: nocuit jam tener ille deo.

*p* Rodens virentes palmites.

*q* Macteturhoſtia Bacchо *Quod teneras vites roſerit ipſe tener.* Ovid. Faſt. 1. *Rode caper vitem,&c.* Αιγολογ. Κὴν με φάγῃς ἁπὶ βίζαν,&c. κεφ. 5.

## *Ova.* XXXIX.

*r* CAndida ſi croceos circũfluit *r* unda vitellos,
*ſ* Heſperius ſcombri temperet ova liquor.

*r* Lacteus liquor in albumine ovi.
*ſ* Condito ova garo Hiſpano. ep. 97. infra.

## *Porcellus lactens.* XL.

LActe mero paſtum pigræ mihi matris alumnũ
Ponat, *t* & Ætolo de ſue dives edat.

*t* Et diviti apponatur pro more lautorum aper, vel Arcadici illius æmulus. ep. 23. lib. Spect. 2.

## *Apyrina & tuberes.* XLI.

NOn tibi *u* de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
*x* De Nomentanis ſed damus arboribus.

*u* In Africa primum nata, ſed tranſlata & alibi poſtea ſata poma, quibus, quod iis lignoſus abeſſet nucleus, nomen ex α & πυρὸν. Plin. 13. c. 19. & 15. l. 14. c. *x* Ex villa mea in agro Nom. quæ ad 10. ab urbe lapidem.

## *Idem.* XLII.

LEcta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et *y* vernæ tuberes. quid tibi cum Libycis?

*y* Domi nati. ut præced. ep. X.

## *Sumen.* XLIII.

*z* ESſe pures nondum ſumen: ſic ubere largo
Effluit. & vivo lacte papilla tumet.

*z* Non credas hoc ſarcimen eſſe e papillis ſuis a partu cæſæ reſectis: ſed etiamdum vivere in ſue papillas, ita lacte exundant. Al. *Eſſe putes nondum ſumen.*

## *Fulli gallinacei.* XLIV.

SI *a* Libycæ nobis, volucres, & *b* Phaſides eſſent
Acciperes; at nunc accipe *c* cortis aves.

*a* Guineges, Turcicas. *b* Phaſiani. *c* Ep. 25 l. 7. b. c.

Perſica,

## *Perſica, Nuciperſica.* XLV.

*d* An quia in nativa ſtirpe vilia, pruno inſita fiant nobilia? ut habet Pallad. l. 4. de Inſ. An quia in ſua Perſide noxia & venenoſa, ſed tranſlata, mutatæ qualitatis & ſolo dulcia fiunt & ſalubria? ex opinione Columellæ. vide Alciat. embl. 142. & Claud. Minoem ad idem embl.

VIlia maternis fueramus præcoqua ramis:
*d* Nunc in adoptivis Perſica cara ſumus.

## *Panes Picentini.* XLVI.

*e* Panis Picentinus ex alica ceu tritico opt. macerato. *f* Lacte.

Picentina Ceres *f* niveo ſic *f* nectare creſcit,
Ut levis accepta ſpongia turget aquâ.

## *Boleti.* XLVII.

*g* Ep. 22. l. 1. b. *h* Ipſi malunt edere, quam amicis mittere. *Vel*, quia rari.

Argentum atq; aurum, facile eſt, lenamq; togamq;
Mittere: *g* boletos mittere *h* difficile eſt.

## *Ficedula.* XLVIII.

*i* Cur non uvedula potius quam ficedula.

CUm me ficus alat, cùm paſcar dulcibus uvis,
*i* Cur potius nomen non dedit uva mihi.

## *Tubera.* XLIX.

*k* Negant tamen gigni ex tuberante terra aut rimas urgente, nec terræ cohærere tubera fibris ut capillamentis, Plin. l. 18. c. 3. Dioſc. 2. l. 139. c. vide & Athenæum l. 2. *l* Al. quæ. *m* ἀνέφατ fructus.

RUmpimus alticrem tenero *l* de vertice terræ
Tubera, boletis *m* poma ſecunda ſumus.

## *Turdorum corona.* L.

*n* In lautiſſimorum conviviis dabantur coronæ e nardi folio. Plin. 21. l. 3. c. * Ep. 41. l. 3. l. ſerta turdorum redimiebant lancem.

TExta roſis fortaſſe tibi, vel divite nardo,
At mihi * de turdis facta corona placet.

## *Anas.* LI.

*o* Tanquam ſaporis non æque grati.

TOta quidè ponatur anas: ſed pectore tantùm,
Et cervice ſapit: *o* cætera redde coco.

## *Turtur.* LII.

*p* Nolo acetaria quæ claudant ſtomachum. *Vel* quæ procurent appetitum, *aliamque famem* ut vocat Juven. 4. ſat. 137. v. Mihi ſapit turtur. Nolo conchylia. *Quæ renovent per damna famem*, Petron.

DUm pinguis mihi turtur erit: lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe. *p* perdere nolo famem.

## *Perna.* LIII.

q CÆretana mihi fiet, vel r maſſa licebit
De ſ Menapis: lauti de petaſone vorent.

q A Cære opp. Hetruriæ. Alii & credo melius, leg. *Ceretana*, & intelligunt pernam ex Ceretanis Hiſpaniæ pop. quam commendat Athenæus l. 14. r Pulpa. Al. *maſſa*. ſ Rheni accolis, quos alii Juliacenſes, alii Weſtphalos eſſe putant.

## *Petaſo.* LIV.

t MUſteus eſt: propera, caros nec differ amicos:
u Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

t Recens, ſucci & ſaporis plenus.
u Non placet fumo duratus & ſiccus.

## *Colocaſia.* LV.

x NIliacum ridebis olus, lanaſq; * ſequaces.
Improba cum morſu * fila manuq; trahes.

x Fabam Ægyptiam, Colocaſiam, *seu* ſaulem fabæ. * Caulis enim Colocaſiæ araneoſus eſt & filis Nervoſus in mandendo. Plin. 21. l. 15. c. vide ep. 31. l. 8 n.

## *Jecur anſeris.* LVI.

A DSpice quam a tumeat b magno jecur anſere
Miratus dices, hoc rogo crevit ubi? (majus,

a Mulſo, lacte, ficu, & carica fartum.

b *Anſeris ante ipſum magni jecur.* Juven. 5. ſat. 113. v. χλωὸς ὕπνῳ ἀφειωμένε ἧπαρ ὑπὲρ μέγεθος Πόλυβος Athenæus 9. l 8. c. quin & ipſis anſeribus ſaginandis adhibiti χλωιβοσιτοὶ. ibid.

## *Glires.* LVII.

c TOta mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

c Plin. l. 8. c. 52. & 29. l. cap. ult.

## *Cuniculus.* LVIII.

d GAudet in effoſſis habitare cuniculus antris:
Monſtravit d tacitas hoſtibus ille vias.

d Subterraneas, ab hoc animali *cuniculos* dictos

**underminings.** Vegetius l. 4. c. 24.

## *Atagenæ.* LIX.

INter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum guſtus atagenarum.

## *Gallina altilis.* LX.

PAſcitur & e dulci facilis gallina farinâ,
Paſcitur & f tenebris. g ingenioſa gula eſt.

e Mulſo depſita.
f Morus enim & lux pinguedini inimica, &c. Varro l. 3. c. 9. Senec. epiſt. 123.
g Gulones iſti ingenioſi ſunt ad luxuriam. ſic ep. 114. l. 14. Sic & Petronius, *Ingenioſa gula eſt, Siculæ ſcarus æquore morſus Ad menſam vivus perducitur.*

*Perdix.*

## *Perdix.* LXI.

*l* Alii, *Hanc in piſcina ludere ſæpe ſoles* legunt, & alludunt ludum in piſcina, qui πέρδιξ ceu περδικισμὸς dicitur.

POnitur Auſoniis avis hæc rariſſima menſis?
*l* Hanc in lautorum mandere ſæpe ſoles.

## *Columbini.* LXII.

*m* Docet enim ſequens verſus interdictam fuiſſe columbinorum eſum Myſtis Veneris, qui initiati erant ſacris Deæ Ven. Cnidiis religioſæ cultæ, & cui columba ſacra.

NE violes teneras *m* perjuro dente columbas,
Tradita ſi Cnidiæ ſunt tibi ſacra deæ.

## *Galbula.* LXIII.

*o* Al. *Galbina*, Baptiſta Pius aſſerit lectionem *Galbula* quæ ἰκτερὸς. Annot. Poſt c. 29. *p* Viſcata. *q* Autumno primo.

GAlbula decipitur *p* calamis, & retibus ales,
*q* Turget adhuc viridi cùm rudis uva mero.

## *Catta.* LXVI.

*r* E Pannonia miſſas Pudenti in Umbriam miſit: ide Romam. *ſ* Domitiano, vel diviti patrono. Alii leg. *Dominæ.*

PAnnonicas nobis numquã dedit Umbria cat-(tas:
Mavult hæc *ſ* domino mittere dona Pudens.

## *Pavo.* LXV.

*t* Spectaculum pulchrius quam ſpectaculum, avem oculis quam gulæ gratiorem.

MIraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes *t* hunc ſævo tradere, dure, coco?

## *Phœnicopterus.* LXVI.

*u* Φοινικόπτερος. *x* Apicio, Heliogabolo, Vitellio. *y* Quanto magis gulioſis illis ſaperet ſi vox acceſſiſſet quibus tacita lingua tam in deliciis eſt? Reſpicitque Poeta patinam Æſopi tragœdi ex linguis avium canorarum. Plin. l. 10. c. 51.

DAt mihi penna rubens nomen: ſed lingua (*x* gu'oſis
Noſtra ſapit, *y* quid ſi garrula lingua foret? pumicens alas.

## *Phaſianus.* LXVII.

*z* Argo. * F. Cholchorum, unde phaſianos ab Argonautis tranſportatos arguit a nomine avis.

ARgiva primùm ſum tranſportata *z* carinâ,
Ante mihi notum nil, niſi * Phaſis, erat.

## *Numidicæ.* LXVIII.

*a* Qui Romanis in deliciis? An quia ſervavit Capitolium Rom. ut ſeq. epig. *b* Numidicas, quæ nondum gulæ barbaræ innotuerant.

ANſere *a* Romano quãvis ſatur Hannibal eſſet:
Ipſe *b* ſuas nunquam barbarus edit aves.

*Anſer*

## *Anſer.* LXIX.

HÆc ſervavit avis Tarpeii templa Tonantis,
Miraris ? *b* nondum fecerat illa deus.

*a* Manlius clangore anſeris excitatus ſubeuntes nocte Gallos a ſumma rupe dejecit,&c. Liv.5. L. Florus l.1. c.13. Plutarch.l.de fortuna Rom.&c. *b* Poſtquam vero Domitianus Dominus ac Deus noſter capitolium conflagratum reſtituit non opus eſt anſere nedum alio cuſtode.

## *Grues.* LXX.

TUrbabis verſus, nec litera tota volabit,
Unam perdideris ſi Palamedis avem.

*a* Exempta una avis turbabit ordinem & formam literæ,quam ex gruum volatu adinvenit Palamedes Y an Δ an ut aliis magis placet Δ.

## *Ruſticula.* LXXI.

*RUſtica ſum,an perdix,quid refert,ſi ſapor idē
Carior eſt perdix:*d* ſic ſapit illa magis.(eſt? refert.

* MS.Oxonienſis. *Ruſticula, an perdix, quid*

d Propter pretium. *magis illa juvant, quæ plurim emuntur.*

## *Cycnus.* LXXII.

*e*DUlcia defecta modulatur carmina linguâ
Cantator cycnus funeris ipſe ſui.

*e* Poetis & quibuſdam philoſophis receptum, cycnum mortis præſcium cum voluptate & canto mori. Sed negant Plinius, Ælianus, Jul.Scaliger, aliique ſaniores judicii.

## *Porphyriones.* LXXIII.

NOmen habet magni volucris tã parva *f* gigantis
Et nomen Præſini *g* Porphyrionis habet. (tis.

*f* Porphyrionis, cujus meminit Horat. 3. l. 4. od. Claudian in Gigantomach. Euſtath. ad Iliad. ξ. *g* Parpurionis, qui auriga Neronis, factionis Præſinæ. Vide & aliam Lipſii expoſitionem hujus ep. lib.1. Quæſtion. Epiſtolic.5.

## *Mullus.* LXXIV.

*h*SPirat in *i* advecto,ſed jam piger *i* æquore mullus
Langueſcit : vivum da mare, fortis erit. (lus

*h* Impropriè, ex ſententia ſchol. Peripateticæ, ſpirare vero piſces contendit Plinius l.8.c.7. *i* Vaſe pleno aqua marina.

## *Muræna.* LXXV.

QUæ natat in Siculo grandis murena profundo,
*k*Non valet exuſtam mergere Sole ſuem.

*k* Præ pinguedine in ſummo aquore fluitat, ubi a ſole torrefacta nequit ſe currere neque immergere.

*Rhombus.*

## *Rhombus.* LXXVI.

QUamvis lata gerat patella Rhombum:
Rhombus latior eſt tamen patella.

## *Oſtrea.* LXXVII.

l Satura. *Vel merſa.*
m Oſtreis Lucrinis optimum adjudicavit ſaporem Serg. Orata. Macrob. 2. Sat. 11. c.

EBria Bajano veni modò concha *m* Lucrino:
*n* Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

*n* Condior garo. infra ep. 97.

## *Squillæ.* LXXVIII.

o Fl. Campaniæ Minturnas præterfluens, cui præſidet Marica Nympha Fauni uxor, vel ut alii volunt Venus, cui ſacellum juxta Litin conſecratum.

COEruleus nos *o* Liris amat, quē ſylva Maricæ
Protegit: hinc ſquillæ maxima turba ſumus.

## *Scarus.* LXXIX.

p Jecinore. Plin. 38. l. 8. c.
* Supp. ἐν *Helleniſm.*

HIc Scarus, æquoreis qui venit obeſus ab undis,
*p* Viſceribus bonus eſt, * cetera vile ſapit.

## *Coracinus.* LXXX.

Ægyptiacæ Alexandrinæ, ab Alexandro Pellæ Macedoniæ urbis nato, qui condidit Alexandriam.

PRinceps Niliaci raperis, Coracine, macelli:
*q* Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ:

## *Echinus.* LXXXI.

r Teſta hirſuta & aculeata.
* Cibo gratus.

ISta licet digitos *r* teſtudine pungat acutâ,
Cortice depoſito * mollis echinus erit.

## *Murices.* LXXXII.

ſ Vide ep. 24. l. 5. f.
*t* Namque inter conchylia menſis inferuntur murices. δύναμαι γὰρ βάπλειν ἐκ ἐοθίεσθε μόνον τὸ ἅ πορφύρας κρέας. Lucian. κωμικὸς.

ſANguine de noſtro tinctas ingrate lucernas
Induis, *t* &, non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.

## *Gobius.* LXXXIII.

*u* Italis Henetis, non Gallis.
*x* Ep. 30. l. 10. d

IN *u* Venetis ſint lauta licet convivia terris,
*x* Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

*Lupus.*

## *Lupus.* LXXXIV.

LAneus Euganei lupus excipit ora z Timavi,
a Æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

y Colorene albus, an carne mollis, an mandendo araneoſus, ut de colocaſiis ſupra ep 55? an alludit ad Euganeas & Altinates oves; juxta Timavum, quæ lanarum mollitie laudantur, unde & Poetice piſcibus ora ejuſdem fl. excipientibus idem tribuit? z Ep. 19. l. 4. g. h. a Namque illi lupi ſunt laudatiſſimi qui ad oſtia fluviorum degunt dulci pariter ac ſalſa aqua paſti.

## *Aurata.* LXXXV.

NOn omnis laudem pretiumq; * aurata meretur:
Sed cui ſolus erit concha Locrina cibus.

* Ab auri colore in capite dicta, ut Græce χρύσοφρυς.

## *Acipenſis.* LXXXVI.

AD b Palatinas acipenſem mittite menſas:
c Ambroſias ornent munera rara dapes.

b Cæſarum. principum in Palatio.
c Divinas, dignas Diis ſuperis & Cæſaribus.

## *Lepus.* LXXXVII.

INter aves turdus, ſi quis me judice certet,
Inter quadrupedes d gloria prima lepus.

d Alii leg. *Martya* de qua voce ep. 55. l. 10. b. Bodl. MS. *Beſſia.*

## *Aper.* LXXXVIII.

QUi e Diomedæis metuendus f ſetiger agris
Ætola cecidit cuſpide, talis erat.

e Ætolis, Thraciis, nam Diomedes rex Thraciæ. f Ep. 40. ſupra. & lib. ſpect. ep. 23. 2.

## *Damæ.* LXXXIX.

*DEnte timentur apri; defendunt cornua cervos:
Imbelles damæ quid niſi præda ſumus? (vos:

* Sic Anacreon ludit in ferarum armatura nativa. 2. Car. 4.

## *Oryx.* XC.

gMAtutinarũ nõ ultima præda ferarũ (canum?
Sævus h oryx, conſtat i quot mihi morte

g Vide ep. 25. l. 10. 2. h De quo Oppian. 2. κυνηγ. Plin. l. 2. c. 40. & 46. Ælian. l. 14. c. 14. i Sævus enim eſt, multoſque occidit canes.

## *Cervus.* XCI.

kHIc erat ille tuo dominus, Cypariſſe, capiſtro:
An magis iſte tuus, Silvia, cervus erat?

k Hic cervus ſimilis eſt illime cui tu Cypariſſe inſidens *Maluia purpureis frenabas ora capiſtris*, Ovid. Met. 10. Vel illius, qui Silviæ fuit Tyrrhi in deliciis, Virg. 7 Æn.

## *Laliſio.* XCII.

*l* Lactens onager. *m* Quandiu lactens eſt; cito vero depulſus, in onagrum tranſit. Plin. 8. l. 44. c. Aſini autem ſylveſtris pullus in deliciis ciborum erat. Luciani Ὀνος ἢ ὀνος.

*l* CUm tener eſt onager, *l* ſolaque laliſio matre
Paſcitur: *m* hoc infans, ſed breve nomē habet.

## *Dorcas.* XCIII.

*n* Circumtorquentur enim Dorcades, manſuetæ & familiares fiunt. *o* In arenam mitti ſolet dato a Quiritibus ſignotogæ jactatæ, ſic Turneb. 25. l. 28. c. Vel hanc in arenam miſſam agitare & venari ſolet turba jactatis togis.

*n* DElicium parvo donabis dorcada nato:
*o* Jactatis ſolet hanc mittere turba togis.

## *Caprea.* XCIV.

*p* Reſpicit ad Virgilii verſum. *Damoſa pendere procul de rupe videbo.* *q* Al. *deſpicit.* *r* Inter venandum.

*p* PEndentem ſumma capream de rupe videbis,
Caſuram ſperes *q* decipit illa *r* canes.

## *Onager.* XCV.

*s* Miſſam facit venationem elephanti: adeſt. onager, cujus venatio arenæ & ſpectatoribus jucundior. *t* Elephanti Indici ceu Æthiopici, juxta mare Erythræum. *u* Retia quæ ad coercendos elephantas obtendebantur podio.

*s* PUlcher adeſt onager: mitti venatio debet
*t* Dentis Erythræi: jam removete *u* ſinus.

## *Oleum Venafranum.* XCVI.

*x* Trapeto cum premitur domita emiſſit. *y* Oliva. *z* Ep. 54. l. 12. 2.

*x* HOc tibi Campani *x* ſudavit *y* bacca *z* Venafri:
Unguentum, quoties ſumis, & iſtud olet.

## *Garum* * *ſcombrorum.* XCVII.

* Alii *ſordorum*, quod garum hoc *Cavilari* (quod tamen ex ovis accipendum parati volunt) a ſociis Romanorum, Græcis, Mauris, Foro Julienſibus, Clazomeniis, Hiſpanis vero optimam fieret mittereturque Romam. ſupra ep. 40. *a* Garum, liquor erat ex inteſtinis Gari piſcis ſale maceratis Inventum Græcum. Hiſpani vero poſtea e ſcombris *Anchovas* liquorem hunc conficiebant, retento Gari nomine. *garo de ſucco piſcis Iberi.* Horat. ſat. 8. l. 2. *b* Al. *faſtoſum*, i. Faſtuoſum, q. d. divitum menſis dignum.

*a* EXpirantis adhoc ſcombri de ſanguine primo,
Accipe *b* fæcoſum munera cara garum.

## *Muria.* XCVIII.

*c* Antipolis, civitas provinciæ Narbonenſis, unde thynnus ad ferebatur laudatiſſimus. *d* Liquamen ſale thynni ſoluti. *e* Si eſſem garum, non tibi pauperi, ſed diviti miſſa forem.

*c* ANtipolitani fateor ſum *d* filia thynni:
*e* Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem.

Mel

## *Mel Atticum.* XCIX.

HOc tibi *f* Theſei popu'atrix miſit *g* Hymetti
*h* Pallados à ſylvis nobile nectar apis.

*f* Attici, a Theſeo rege.
*g* Montis Attici.
*h* Præſidis Atticæ.

## *Favi Siculi.* C.

CUm dederis Siculos mediis de collibus *i* Hyblę,
*k* Cecropios dicas tu licet eſſe favos.

*i* Montis Siciliæ.
*k* Atticos, a Cecrope rege.

## * *Paſſum.* CI.

GNoſſia Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod *m* mulſum pauperis eſſe ſolet.

* Liquor ex uva ad ſolem paſſe expreſſus.
*l* Cretenſis. Gnoſſus enim urbs Cretæ, Minois regis.
*m* Mox ep. 103.

## n *Picatum vinum.* CII.

HÆc de vitifera veniſſe picata Vienna
Ne dubites: miſit Romulus ipſe mihi.

*n* Picatum hoc vinum in ipſa urbe Roma fa&t more ex picis fluxu ita picis gratiam

olet, ut dubites an nativum ſit picatum a Vienna Allobrogum, de nobilitate Viennenſis uvæ picem reſipientis. Plin. l. 14. c. 1.

## *Mulſum.* CIII.

ATtica nectareum turbatis mella Falernum:
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

*o* Vos optima mella ex Attica miſta optimo vino Falerno æquatis nectari Deorum.

## *Albanum.* CIV.

HOc de *p* Cæſareis mitis vindemia *p* cellis
Miſit, *q* Juleo quæ ſibi monte placet.

*p* Quæ in monte Albino, quo ſecedebant Cæſares. Domitianus inprimis. *q* In quo Julus longam Albam condidit.

## *Surrentinum.* CV.

*r* SUrrentina bibis: nec murrhina picta, nec auru
Sume: *ſ* dabunt calices hæc tibi vina ſuos.

*r* Vina ex Surrento Picentinorum promontorio. *ſ* Una cum vino Surrentinos calices mittent Picentini. ita nec myrrhinis nec aureis poculis opus erit. De murrhinis vide quæ ad ep. 110. l. 14. infra.

## *Falernum.* CVI.

DE *t* Sinueſſanis venerunt *u* Maſſica prelis,
Condita quo quæris conſule? *x* nullus erat.

*t* Campanis, namq; Sinueſſa urbs Campaniæ maritimæ. *u* Maſſicus & Falernus diſtincti erant montes, ſed viti im laude pares. *x* *Hyperbolice*, etiam ante conſules diffuſum.

## *Setinum.* CVII.

p Vide ep. 70. l. 10. c.

PEndula Pomtinos quæ ſpectat Setia campos,
Exiguâ vetulos miſit ab urbe cados.

## *Fundanum.* CVIII.

a E Fundis opp. Campaniæ.

HÆc *a* Fundana tulit felix autumnus *b* Opimi:
Expreſſit muſtum conſul, *c* & ipſe bibit.

*b* Quod ita auſteritatem decoxit, ut ipſe conſul, qui diffuderat, ſuo conſulatu vinum hoc biberet.

## *Trifolinum.* CIX.

e Septimum (ut hic noſter) inter vina Italica locum dat Trifolino (Campaniæ loco prope Sinueſſam) Galenus apud Athenæum l. 1. c. 24. vide & Plinium, l. 14. c. 6.

NOn ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo,
*e* Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

## *Cæcubum.* CX.

f Ex agris Cæcubis in Campania.
g Supra ep. 108. Apponitur vero ad diſtinctionem harum Amyclarum in Italia ab alteris illis in Laconia. A ſole. Al. *Commitur.*

*f* CÆcuba *g* Fundanis generoſa *h* coquuntur Aminis & in mediâ nata plaude virent. (myclis:

## *Signinum.* CXI.

i E Signia opp. Italiæ.
k Siſtentia alvum. l Parce bibe.

POtabis liquidum *i* Signina *k* morantia ventre:
Ne nimium ſiſtant, *l* ſit tibi parca ſitis.

## *Mamertinum.* CXII.

* Ep. 24. l. 9. n Ex agro Mamertino in Sicilia juxta Meſſanam.
o Sic de Nomentano. ep. 89. l. 1. vide & Plin. l. 14. c. 6.

AMphora *Neſtorea tibi *n* Mamertina *ſenectâ
Si detur, *o* quodvis nomen habere poteſt.

## *Tarraconenſe.* CXIII.

p Civitas Hiſpaniæ, quæ & provinciæ nomen dat.
q Primis Italiæ vinis Tarraconenſe conferetur a Plinio, 14. l. 6. c.

*p* TArraco, *q* Campano tantum ceſſura Lyæo,
*q* Hæc genuit Tuſcis æmula vina cadis.

## *Nomentanum.* CXIV.

r Ex villa, quam habeo Nomenti, ad 10. lapidem. *ſ* Si tibi quid familiaritatis cum Q. Ovidio, præbebit ille tibi meliora, ep. 71. l. 7. d.

NOmentana meû tibi dat vindemia Bacchum:
*ſ* Si te Quinctus amat, commodiora bibes.

Spole-

## *Spoletinum.* CXV.

DE t Spoletinis quæ ſunt u carioſa lagenis
Malueris, quàm ſi muſta Falerna bibas.

t E Spoletio tractu Italiæ.
u Vetuſta.

## *Peligmum.* CXVI.

x MArſica Peligni mittunt turbata coloni.
Non tu, libertus ſed bibat illa tuus.

x Vide ep. 113. l. 14.

## *Acetum.* CXVII.

y AMphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti:
Eſſet cùm z vinum, vilior illa fuit.

y Ne contemnat acetum ex vino Ægyptio.

Nobilius enim eſt acetum quam fuit vinum. Athen. l. 2. c. 26. & Juven. 13. ſat. 85. v. z Al. *vini.*

## *Maſſilitanum.* CXVIII.

a CUm tua centenos expugnet ſportula cives,
b Fumea Maſſiliæ ponere vina potes.

a Cum tibi ſportula devitatas alas reor.

clientes: appone iis vinum Maſſ. Alii leg. interrogatorie, q. d. cur tam cives bibis ipſe vilium? b Ep. 35. l. 10. c.

## *Cæretanum.* CXIX.

c CÆretana d Nepos ponat, Setina putabis,
Non ponit turbæ, e cùm tribus illa bibit.

c Ep. 53. ſupr. h. d Amicus poetæ. ep. 46. l. 10. g. e Cum paucis, eſt enim nobile vinum.

## *Tarentinum.* CXX.

NObilis & lanis, & felix vitibus f Aulon
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

f Mons Calabriæ, contra Tarentum.

## *Unguentum.* CXXI.

g UNguentũ heredi nunquã, nec vina relinquas,
Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

g Vide ep. 24. l. 6. & 73. ep. 8. l. 9

## *Corona roſea.* CXXII.

DAt h feſtinatas i Cæſar tibi bruma coronas.
Quondã veris erant, nunc tua facta roſa eſt.

h Ep. 62. l. 6. i Domitiane. ſupra ep. 4 b. & Natura ſua erant vernæ, in tuam gratiam hybernæ factæ ſunt. *Adulatorie.*

# M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.

## LIBER XIV.

* Dom, quæ in Saturnalibus dantur convivis domum ferenda, ab ἀποφέρω. mox ep. 1. *Prædia convivæ det sua quisque suo. Vespasiana dabat sicut Saturnalibus apophoreta virilia, ita & per Calendas Martias fœminea*, Sueton. Vesp. c. 19.

*Cui* * APOPHORETA *inditum nomen.*

### I.

a Dum equites & Senatores pro licentia Saturnaliorum indulgent genio & diurnis vacant convivis syntheses, i. vestes cœnatorias induti. ep. 38. l. 2. c.

b Alciatus legit *dominisq; senatus*, quod domini tum servis ministrarent.

c Ep. 7. l. 11. d.

d Domitianum, ut supra sæpe: & vide ep. 4. l. 13. g. *Vel* Saturnalia a Jove dato Saturno, ut mox; *Quos tibi pro cœlo filius ipse dedit.* e Ep. 81. l. 5. f Ep. 11. l. 4. i. g Cum servi videant adesse Decembrem mensem hybernum. h Miscentur in his Apophoretis alternatim dona divitum citrei pugillares & eburnei, chartæ majores, &c. cum donis pauperum, qualia sunt quincuplices, triplices, chartæ epistolares, &c. atque hæc per sortem, infra 39. 139. 163. i Supra tit. *. k *Objectio ex persona lectoris.* l Ep. 96. l. 1. b. m *Resp. poeta.* n Saturnalibus, quibus promiscue a servis & dominis indulgebatur genio, Baccho & festis. o Unde te ejecit supra d. p Bella & fata magnarum illarum urbium, Theb. Troje & Mycen. a q ἀνθιστορικῶς ista Tricis & Apiis, quas volunt esse Apuliæ oppidula. cf. 96. l. 1. b. r Ep. 81. l. 5. d.

a SYntheſibus dum gaudet eques, b dominuſque ſenatus, (vem:
Dumq; decent noſtrum c pilea ſumpta d Jo-
e Nec timet ædilem moto ſpectare f fritillo,
g Cùm videat gelidos tam prope verna lacus:
h Divitis alternas, & pauperis accipe ſortes:
i Prædia convivæ det ſua quiſque ſuo.
k Sunt l apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis,
m Quis neſcit? vel quis tam manifeſta negat?
Sed quid agam potius n madidis Saturne diebus,
Quos tibi pro cœlo filius ipſe dedit?
Vis ſcribã p Thebas, Trojamque, malaſq; Mycenas?
q Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.

f Quo vis eumq; loco pores hunc finire libellum:
Versibus explicitum est omne duobus opus.

f Distichon sequens in peculiare semovetur epigramma a P. Scriv. l. F. nitum, absolutum, ut ep. 69. l. 11.

## *Apophoreta.* II.

g Emmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Ut, si malueris, lemmata sola legas.

g Titulos seu inscriptiones, quæ epigrammaton argumenta doceant.

## *Pugillares citrei.* III.

h Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

h Nisi in tenues laminas dissecta essemus tabellæ, fuissemus certe mensæ citreæ. ut ep. 36 l. 2. i.

## *Quincuplices.* IV.

i Cæde juvencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera cùm datur altus honor.

i Immolantur hostiæ in ærario Cæsaris, ceu Jovis Capitolio, cum decretus Consulatus vel triumphus denunciatur hoc genere pugillarium, a forma & circumstationis commoditate, quod manu pugnove teneantur, unde ἐγχειρίδια & *manuales* dicta: a numero vero foliorum dicebantur duplices, triplices, quincuplices.

## *Pugillares eburnei.* V.

k Languida ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum litera pingat ebur.

k Quibus per morbum vel ætatem obtusior est oculorum acies, ut non discernant quæ ceratis inscribuntur, atramento inscribant eburi.

## *Triplices.* VI.

l Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Cum te venturum scribis, amice, mihi.

l Pauperum erant hæc dona, sed quibus lautiores amatoria & ad amicas scribebant, atque ad istos hæ invicem de nomine. vide 4. ep. supra.

## *Pugillares membranei.* VII.

m Esse puta ceras, licet hæc membrana vocetur:
Delebis, quoties scripta novare voles.

m Ex pelle enim juniæ præstabunt unum ceratarum tabellarum, atque deletiles ac illæ.

## g *Vitelliani.* VIII.

g Vide ep. 5. l. 2. c.

Non dum legerit hos licet patronus,
Novit h qui d * cupiant Vitelliani.

h Nostem, vel nummos, ut ep. seq. * Al. *capiant.*

*Idem.*

## *Idem.* IX.

*i* Nummos, quorum mentio in his pugillaribus, non mitto amico, ſed poſco ab illo.

*i* QUòd minimos cernis, mitti nos credis amice,
Falleris, & nummos iſta tabella rogat.

## *Chartæ majores.* X.

*k* Non ſunt nummi vel carmina, quæ pu. *l* Al. *petis.*

*k* NOn ſunt munera, quæ *l* putas amice.
Cùm donat vacuas poeta chartas.

## *Chartæ epiſtolares.* XI.

*m* Seu familiares ſint, vel parum noti quibus mittuntur epiſtolæ, inſcriptio ſemper præfiget *Suo*, vel *Suis*, vide ep. 82. l. 9.

*m* SEu leviter noto, ſeu caro miſſa ſodali.
Omnes iſta ſolet charta vocare *ſuos*.

## *Loculi eburnei.* XII.

*n* Auro. *o* Loculi lignei.

HOs niſi de *n* flava loculos implere monetâ
Non decet, argentum vilia *o* ligna ferant.

## *Loculi lignei.* XIII.

*p* Fundo, κυβδάρια. *q* Si nihil reliquum erit, dabitur ipſe locellus.

SI quid adhuc ſupereſt in noſtra *d* fæce locelli,
Munus erit: *q* nihil eſt, ipſe locellus erit.

## *Tali eburnei.* XIV.

*r* Ludebatur talis quatuor, quandoque tribus. talorum autem feliciſſimus jactus dicebatur Venus, ubi ſinguli tali diverſum haberent faciem, comparentibus ſimul cane, ternario, quaternario & ſenione. *Luciani Somnio.* *ſ* Grati erunt tibi tali iſti quos tibi miſi, per ſe quidem munus leve, ſed propter lusi depoſita magnum.

*r* CUm ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
*ſ* Munera me dices magna dediſſe tibi.

## *Teſſera.* XV.

*t* Talis enim ludebatur 4. teſſeris, vero duabus, ad ſummum tribus. *u* Depoſita & lusi pretia ampliora.

*t* NOn ſim talorum numero par teſſera, dum ſit
Major, quàm talis, *u* alea ſæpe mihi.

## *Turriculæ.* XVI.

*x* Ep. 11. l. 4. *y* Fortunæ non arti locus eſt.

*x* QUæ ſcit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, *y* nil niſi vota facit.

*Tabulæ*

## *Tabulæ luſoriæ.* XVII.

HIc mihi *a* bis ſeno numeretur teſſera puncto:
*b* Calculus hic gemino *c* diſcolor hoſte perit.

*a* In abaco (inquiunt) ceu alveo luditur duabus teſſeris, quarum numerus ſummus, duplex ſenio. Sed quid ſi dicamus abacum hunc fuiſſe diſtinctum 12 ab omni latere teſſeris ceu ſpatiis quas regiones, urbes ceu mandras appellabant? ut ep. 58. l. 7. g. *b* Calculus deprehenſus utrique nudus ab hoſte circumvertus capitur. *Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus.* Ovid. 2. de Arte, & 3. *Unus cum gemino calculus hoſte perit.* *c* Ep. 58. l. 7. h. & infra 20. ep.

## *Nuces.* XVIII.

*d* ALea parva nuces, & non damnoſa videntur:
Sæpe tamen pueris *e* abſtulit illa nates.

*d* Ep. 81. l. 5. a. *e* Nudavit ad pœnas ſi ultra diem permiſſum luſerunt.

## *Theca calamaria.* XIX.

SOrtitus thecam calamis *f* armare memento:
*g* Cætera nos dedimus, tu *h* leviora para.

*f* Inſtruere. *g* Thecam. *h* Calamos, ſtilos, ſcalprum.

## *Calculi.* XX.

*i* INſidioſorum ſi ludis bella latronum,
*k* Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.

*i* In inſidiis enim latent ſubſeſſores quidam e latrunculis qui hoſtem incautum intercipiant. *k* E vitro diſcolori facti latrunculi, ut ep. 58. l. 7. h. quorum alii graſſatores, inſidiatores alii.

## *Graphiarium.* XXI.

HÆc tibi erunt armata ſuo graphiaria *l* ferro,
Si puero dones, non leve munus erit.

*l* Graphis, ſtilis ferreis, quibus in tabulis ceratis exarabatur.

## *Dentiſcalpium.* XXII.

*m* LEntiſcum melius: ſed ſi tibi *m* frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna levare poteſt.

*m* Cuſpis e lentiſco.

## *Auriſcalpium.* XXIII.

SI tibi moroſa prurigine *n* verminat auris,
Arma damus tantis apta *o* libidinibus.

*n* Prurit, vexatur. *o* Titillationi, prurigini.

## *Acus aurea.* XXIV.

TEnuia ne madidi violent bombycina crines:
Figat acus * tortas, ſuſtineatq; comas.

*p* Al. *Splendida.* * Al. *Sparſa.*

*Pecten*

## *Pecten ad calvam.* XXV.

*q* Pecten buxeus.

QUid faciet nullos hîc inventura capillos?
Multifido *q* buxus quæ tibi dente datur.

## *Crin. ſapo.* XXVI.

*r* Sapo, cujus vis cauſtica capillos uſtulat ruffatque.

*r* CAuſtica *ſ* Teutonicos accendit *t* ſpuma capillos.
*t* Captivis poteris cultior eſſe comis.

*ſ* Germanis in uſu hic ſapo ad capillos rutilandos. Plin. 28. l. c. 12.
*t* Germanorum ſc. qui flava Cæſarie pulchri.

## *Mattiacæ pilæ.* XXVII.

*u* Tingere.
*x* Trochiſcos e ſapone, ut ep. præced. a Mattiaco opp. Germaniæ: *Baden.*

SI *u* mutare paras longævos cana capillos:
Accipe *x* Mattiacas (*y* quo tibi calva?) pilas.

*y* Non majori tibi uſui futuras, quam pectinem. ep. 25. ſupra.

## *Umbella.* XXVIII.

*z* Quæ ſicubi publicis defecerint in theatris vela ventis revoluta.

ACcipe *z* quæ nimios vincant umbracula Soles,
Sit licet, & ventus, te tua vela tegent.

(les, ut ſeq. ep. privata arceant nimios ſolis ardores, ventiq. vim.

## * *Cauſia.* XXIX.

* Pilei Theſſalici contra ſolem.

IN Pompeiano tectus ſpectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare ſoler.

## *Venabula.* XXX.

*a* Si non erret, ſi non cedat manus.

EXcipient apros, expectabuntq; leones:
Intrabunt urſos, *a* ſi modò firma manus.

## *Culter venatorius.* XXXI.

*b* Al. *geres.*
*c* Declinata vel exuta a fera.

SI *c* dejecta *b* gemes *c* longo venabula roſtro:
Hic * brevis in grandem cominus ibit aprum.

ſic aper ille Ovidianus Adonidis *excuſſit pando venabula roſtro* in puerum ruens. malo enim de roſtro apri intelligere, quam de venabulo, cujus longam aciem Raderus dici roſtrum putat. * Scriv. *levem*.

## *Parazonium.* XXXII.

*d* Al. *gratique erit omen honoris.*

MIlitiæ decus hoc, *d* & grati nomen honoris,
* Arma tribunicium cingere digna latus.

* Gladiolus zonæ appenſus, quo donatos honoris cauſa tribunos cingebant Imperatores, ut Suram Trajanus apud Dionem.

*Pugio.*

## *Pugio.* XXXIII.

PUgio, quem *e* curvis ſignat brevis orbita venis,
*f* Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

*e* An circuli iſti & venæ in ipſo ferro temperato apparent, ut volunt interpretes? an manubrii armamenta? pro *ſignat* alii leg. *cingit*. *f* Ep. 43. l. 1. l.

## *Falx ex enſe.* XXXIV.

PAx me certa ducis placidos *g* curvavit in uſus.
Agricolæ nunc ſum, militis antè fui.

*g* E directo enſe in falcem, ſic galea in alveum ad apum melificia. Alciat. emb. 177.

## *Securicula.* XXXV.

CUm fieret triſtis ſolvendis *h* auctio nummis,
*i* Hæc *k* quadringentis millibus empta fuit.

*h* Bonorum proſcriptorum ſubhaſtatio. *i* Securis bellica, Amazonum inventum. *k* Unde hoc pretium? ab armorum penuria? an ab artifice? N. L.

## *Ferramenta tonſoria.* XXXVI.

TOndendis *l* hæc arma tibi ſunt apta capillis?
Unguibus *m* hæc longis, utilis illa *n* genis.

*l* Forpex. *m* Scalprum tonſorium. Namque & ungues reſecare ad tonſores pertinebat. ut de Bruti Porcii refert Val. Max. 3. l. 2. c. & 4. l. c. 6. & de Vulteio, Horat. 7. epiſt. 1. l. *n* Novacula.

## *Scrinium.* XXXVII.

*o* COnſtrictos niſi das mihi libellos?
*p* Admittam tineas, truceſq; blattas.

*o* Al. *Conſtru. Etos.* *p* Quid ſi legas *Admittens*, ſ. libelli.

## *Faſces calamorum.* XXXVIII.

*q* DAt chartis habiles calamos Memphitica tellus
*r* Texantur reliquâ tecta palude tibi.

*q* *Chartis ſerviunt calami Ægyptii maxime.* Plin. 16. l. 36. c. *r* Reliquarum regionum arundines paluſtres ſerviunt tolum operiendis tectis.

## *Candela.* XXXIX.

*s* ANcillam tibi ſors dedit lucernæ,
* Tutas quæ vigil exigit tenebras.

*s* Candela quæ ancilla eſt lucernæ præſtat noctem totam a tenebrionibus. *vel* Candela quæ tibi ſorte contigit, utpote pauperis munus, præſtabit tibi idem officium quod divitis lucerna, conſcia ſc. erit dulcis lectuli, & luce minus clara præbebit ancillæ conſorti pauperis lecti. *Quam timidus tenebras vellet habere pudor.* * Al. *tortas*.

*Lucerna*

## *Lucerna* * *polymyxos.* XL.

v Plura habens ellychnia seu funiculos, μύξας.

Il lustrem cùm tota meis convivia flammis,
Torq; geram myxas, una lucerna vocor.

## *Cereus.* XLI.

w Furto sublata, ut ep. 57. l. 8. i.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes?
w Subducta est puero namq; lucerna tuo.

## *Candelabrum* x *Corinthium.* XLII.

x Ex ære Corinthio, quod optimum. vide quæ ad 795. vers. Medeæ Senecæ nostri.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt,
Non nôrat parcos uncta lucerna patres.

y Lucernam a Græcis accepere frugales Romani longe post candelabrum, in quo figebatur candela seu funiculus ardens.

## *Candelabrum ligneum.* XLIII.

z Ardente pariter ligneo candelabro.

Esse vides lignum: serves nisi lumina, fiet
De candelabro magna z lucerna tibi.

## *Pila paganica.* XLIV.

a Vide ep. 14. l. 4.*

Hæc quæ difficilis turget a paganica plumâ,
a Folle minus laxa est, & minus arcta pilâ.

## *Pila* b *trigonalis.* XLV.

b Ep. 58. l. 7. n. & ep. 12. ep. 68. b. & 14. ep. l. 4.*

c Al. *mobilibus.* Scriv. conject.

Si me c nobilibus scis expulsare b finistris,
Sum tua: si nescis, d rustice, redde pilam.

*Si me scis Polybi levis expulsi.* v. 59. ep. 7. l. d Qui tantum paganica ludere nosti, *vel* rudis & indocte pilæ, sic infra ep. 57. Græcæ linguæ rudem vocat *rusticum.*

## e *Follis.* XLVI.

e Vide ep. 14. l. 4.*. sed minore, qui vento distenditur agitatur facili manu.

Ite procul juvenes: mitis mihi convenit ætas!
e Folle decet pueros ludere, folle senes.

## f *Harpasta.* XLVII.

f Ep. 14. l. 4.*

x Palæstrites, studiosus palæstra qua claruit Antæus. ep. 86. l. 9. c.

Hæc rapit g Antæi velox in pulvere g dractes,
Grandia qui vano colla labore facit.

At Turnebus l. 9. c. 23 sensu minus verecundo intelligi vult, atque alterum distichi versum ad eundem draucum referr, qui cum mollis sit, fortis videri cupit, vano labore Antæi cervices æquare conatus, ut 3. sat. Juv. v. 88. sed poteris *vanum* exponere *ægro inutilem*, ut seq. epigr.

h *Hal-*

### h *Halteres.* XLVIII.

QUid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti ?
Exercet melius vinea foſſa viros.

h Halteres erant maſſæ e plumbo, ferro, vel lapide, quibus in ſaltu ſe librabant, ab Græcis. videtur & horum uſus fuiſſe in balneis ad ſudorem. Juven. 6. ſat. 422. v.

### *Galericulum.* XLIX.

NE i lutet immundũ k nitidos l ceroma capillos,
m Hac poteris mádidas condere m pelle comas.

i Luto ir quiner. k Unguento delibutos. l Ep. 49. l. 3. not. 4. m Galero e pelle, us ep. 38. l. 12.

### *Strigiles.* L.

n PRimus has miſit, curvo o diſtringere ferro,
p Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

n Inventæ forte in Pergamo Aſiæ opp. vel indigebit opera fullonis ad elimenda lintea, quo magis ſordes diſtrinxeris ſtrigilibus in balneis. hæc aliæ ſunt ſtrigiles. o Imperativ. paſſivum. p Minus

### *Guttus corneus.* LI.

q GEſtavit modò fronte me juvencus,
Verum rhinocerota me putabis.

q E cornu bovis eſt hic guttus, qui videtur tamen e naſo rhinocerotis factus, quo in balneis utuntur lautiores oleo ſuperfundendi, magno cum rhinocerote lavari. Qui ſolet Juven. 7. ſat. 129. v.

### *Rhinoceros.* LII.

r NUper in Auſonia domini ſpectatus arenâ
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

r Guttus hic eſt e cornu ceu naſo rhinocerotis, qualem vidimus nuper in Amphitheatro jactantem tauros quaſi pilas. ep. 12. lib. Spect.

### *Crepitacillum.* LIII.

SI quis ſ plorator collo tibi ſ vernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula t ſiſtra manu.

ſ Pueſſus, cujus fletum ſedare velis. Ep. 26. l. 12. 6.

### *Flagellum.* LIV.

u PRoficies nihil, hoc cædas licet uſq; flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

u Segnes enim & tardipedes ſunt, nec aſſiduo flagello provocantur equi purpureæ factionis, quod de Venetis dixit. ep. 37. l. 6.

### *Dentifricium.* LV.

x QUid mecum eſt tibi ? me puella ſumat.
Emptos non ſoleo polire dentes.

x Pulvis hic candefacit puellarum nativos dentes : non vetularum & edentularum adſcititios ex ebore.

## *Mirobalanum.* LVI.

*y* In voce *myrobalano* tot concin. runt ſyllabæ breves, ut (quod de *Equotuttio* dixit Horatius) *verſu dicere non ſit.* imo (ad quod reſpicere videtur poeta noſter, & quod idem obſervat ad Iliad. ψ. Euſtathius) nec in toto opere vocem *μύρον* uſurpavit Homerus, uti nec *unguentum* Virgilius. Eſt vero Myrobalanum unguentum e glande arboris Myrobalani.

*y* QUod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento conſtat, & ex balano. (rus.

## *Aphronitrum.* LVII.

*z* Græcæ linguæ rudis. ſup. 43. ep. *a* ἀφρὸς νίτρου.

*z* RUſticus es? neſcis quid Græco nomine dicar,
*a* Spuma vocor *a* nitri, Græcus es? Aphron.

## *Opobalſamum.* LVIII.

*b* Ita ſine Laronia apud Juvenalem, ſat. 2. v. 41. *c* Unguenta ceu amomum Aſſyrium, ut 8. l. 73. ep. Ninus vero rex fuit Aſſyriorum. Alii legunt *Hini.* Gruterus, *Coſmi.*

BAlſama me capiunt, *b* hæc ſunt unguenta virorum,
*c* Delicias Nini vos redolete nurus. (rum,

## *Lomentum.* LIX.

*d* Rugoſo & ſulcis ſciſſo cortice. *f* Ep. 33. l. 11. b.

GRatum munus erit, *d* fiſſis nec inutile rugis,
Si clarâ *f* Stephani balnea luce petes.

## *g Laterna cornea.* LX.

*g* Vulcanus in cornu concluſus, ut loquitur Mercurius Plautinus.

*g* DUx laterna viæ clauſis feror aurea flammis,
Et tuta eſt gremio parva lucerna meo.

## *Laterna ex veſica.* LXI.

*h* Neque poteſt obvius quiſpiam me a cornea diſcernere.

COrnea ſi non ſum, nūquid ſum fuſcior? *h* aut
Veſicam contrà qui venit eſſe putat? (me

## *Fiſtula.* LXII.

*i* Quæ fertur a Pane inventa & *diſparibus ſeptem compacta cicutis.*

QUid me compactam ceris, & arundine rides?
*i* Quæ primum exſtructa eſt fiſtula, talis erat.

## *Tibiæ.* LXIII.

*k* Conviviis adhibita quæ tribus canaret. Plutarch. probl. 8. lib. 7 ſympoſ. *l* Modo geminas pariter inflat dextram & ſiniſtram, modo ſimplicem & unicam.

*k* EBria nos madidis rumpit *k* tibicina buccis:
*l* Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

Soleæ

*Soleæ lanatæ.* LXIV.

DEfuerit ſi fortè puer, ſoleaſque libebit
Sumere: pro puero *m* pes erit ipſe ſibi.

*m* Al. *Pes erit ipſe tibi.* I. ſervus a pedibus.

*Mamillare.* LXV.

*n* TAurino poteras pectus conſtringere tergo:
Nam *o* pellis mammas con capit iſta tuas.

*n* Habes enim mammas. *Quæ vix taurino pectore circundare tergo.* Ad quem Virgilii verſum alluſiſſe poeta videtur. *o* Mamillare e pelle, faſcia ceu ſtrophium, quibus tumor papillarum coercebatur. Catullus. *Non tereti ſtrophio lacteſcentes vincta papillas.*

*p Muſcaria Pavonina.* LXVI.

LAmbere quę turpes prohibet tua prandia muſcas
Aliris eximiæ cauda ſuperba fuit.

*p* Flabellum ad abigendas Muſcas e pavonis cauda.

*Copta Rhodia.* LXVII.

*q* PEccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam, quam tibi miſit, edat.

*q* Copta fuit placenta ex ſiligine, amygdalis, nucleis, paſſuli, &c. Rhodiam tamen aeo duram eſſe fingit poeta, ut colaphi vice porrigatur ſervis mandenda, quo pugnis ſuis parcat dominus, ſimulque ludit in Paronomaſia κόπτω & *copta*.

*Porcus.* LXVIII.

IStе tibi faciet *r* bona Saturnalia porcus,
Inter ſpumantes *s* ilice paſtus apros.
*Io Saturnalia, bona Saturnalia.* ep. 2. l. 11. e.

*r* Solennis acclamatio in ſaturnalibus, *s* Glande iligna.

*x Muſcarium bubulum.* LXIX.

SOrdida ſi flavo fuerit tibi pulvere veſtis.
Colligat hunc tenui verbere cauda *y* levis.

*x* Cauda bovis ad tergendas & excutiendas veſtes, uti pavonis, modo ep. 66. ad muſcas. *y* Al. *bovis.*

*z Botulus.* LXX.

*a* QUi venit *z* botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni ſeptem venerat ante dies.

*z* Ep. 75. l. 5. g. *a* Qui miſſus eſt tibi in Saturnalibus, mihi miſſus fuit ante Saturnalia. quorum legitimi erant dies 5. adſcititii ſignificat 2.

*Pſittacus.* LXXI.

PSittacus à vobis aliorum nomina diſcam:
Hoc didici *b* per me dicere. Cæſar, ave.

*b* Naturæ inſtinctu, quæ nomina adoranda docet. *Adulatorie.*

## *Luſcinia.* LXXII.

e Fabula vel pueris nota ex Metam. Ovid. 6. l.

eFLet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

## *Pica.* LXXIII.

f Ep. 70. l. 7. i. & 9. l. ep. 44. g Idem Oppianus de hac avi. vid. Jan. Dauſ. ſuper. Arbitr. l. 1. c. 14.

fPIca loquax certa dominum te voce ſaluto:
gSi me non videas, eſſe negabis avem.

## *Cavea eborea.* LXXIV.

* Paſſer cujus mortem Lesbia Catulli amica flebat; & ipſe Catullus 3. carm. h In hac cavea eborea.

SI tibi * talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, hhîc habitare potes.

## *Narthecium.* LXXV.

i Philippus Beroaldus, quem vide Annot. c. 6. legit: *Artis ebur mediæ narthecia cernis habere*, &c. Alii leg. —*cernis? habebis Mu.* &c. k P. Xidem eboreum quæ & *Narthecium* dicitur. l. repoſitorium medicamentorum e ferula ſolitum fieri. Cic. de fin. 2. l Neſcio quis lautus, vel medicus.

iARtis k ebur mediæ k narthecia cernis habere
Munera, quæ cuperet l Pactius eſſe ſua.

## *Flagra.* LXXVI.

m Nec ſcelera audete, pœnas alioqui daturi poſt Saturnalia. n Clauſa & annulo ſignata. o Domino. p Saturnalibus. ep. 45. l. 7. 2.

LUdite laſcivi, ſed m tantum ludite ſervi:
Hæc n ſignata o mihi q quinq; diebus erunt.

## *Ferulæ.* LXXVII.

q Cava enim in ferula Prometheum Jovi ſurreptum ignem detuliſſe canit Heſiodus. & ipſe apud Æſchylum.

INviſæ nimium pueris, gratæq; magiſtris,
q Clara Prometheo munere ligna ſumus.

## *Pera.* LXXVIII.

r Pera rogat, ut habeat honeſtiorem dominum quam Cynicum, cujus mendicata fruſta cogatur ferre, & pulvini officium dormienti præſtare. ſ Cynici, qui βαϑλὺν πώγωνα & σκυτὰν paſcit. t Ep. 42. l. 7. q.

rNE mendica ferat ſbarbari prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum t cane, pera rogat.

## *Scopæ.* LXXIX.

u Scopæ olim e palma factæ. x Sed reliquiarum copia ex hodierno luxu augebant pretium ſcopis. Alii leg. *Ocia ſed ſcopis nunc an. dab.* & exponunt *analecta* miniſtrum qui reliquias colligit, ep. 16. l. 7. q.

uIN pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe:
xSed pretium ſcopis nunc analecta dabunt.

Scalp-

## *Scalptorium.* LXXX.

DEfendet *x* manus hæc ſcapulas mordente mo-
Pulice, vel *y* ſi quid pulice ſordidius. (leſto

*x* Inſtrumentum, quod quo manus non pertingebat, manus vicem ſupplebat ad pruritum ſcapularum fricandum atque ſcalpendum. *y* Pediculus.

## *Manuale.* LXXXI.

*a* NE toga barbatos faciat, vel pænula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

*a* Ne piloſi fiant. & (ut l. 59. ep.) *inhorreant mento* lib. i manu vel veſte lectoris attriti, tegantur tabula abiegna.

## *Lectus pavoninus.* LXXXII.

*b* NOmina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis,
*c* Nunc Junonis avis: ſed priùs Argus erat.

*b* Lectus habet nomen a pavonis plumis quibus ornatur. Sunt tamen qui *citreum* intelligunt. Tabulæ enim citreæ undatim criſpæ erant, & majore in gratia, ſi pavonum caudæ oculos imitarentur. Plin. 13. l. c. 15. *c* Fabula ex Ovidii Metam. 1. nota.

## *Ephippium.* LXXXIII.

*d* STragula ſuccincti venator ſume *e* veredi:
Nam ſolet à nudo ſurgere *f* ficus equo.

*d* Ephippium. Brodæus. 4. l. Miſc. 16. c.

*e* Ep. 14. l. 12. b. *f* Ulcus quam σύκωσιν vocant.

## *Stibadia.* LXXXIV.

ACcipe *h* lunata ſcriptum teſtudine *h* ſigma:
Octo capit: veniat, quiſquis amicus erit.

*g* στιβάδιον tortius eſt e gramine, herbis frondibus ceu floribus ſtipatus. à στείβω. *h* Ep. 46. l. 10. h.

## *Guſtatorium.* LXXXV.

*i* FOEmineam nobis cherſon ſi credis ineſſe;
Deceperis: pelagi maſcula præda ſumus.

*i* Repoſitorium in quo guſtus ceu antecœna ponebatur. *k* *Ex perſona guſtatorii.* Non exornor vilioribus putaminibus teſtudinum terreſtrium. Plin. 9. l. 10. c. ſed maſculorum & fulgentium ex Indico mari. Plin. 9. l. 11. c.

## *Menſa citrea.* LXXXVI.

ACcipe felices *l* Atlantica munera ſylvas:
*m* Aurea qui dederit dona, minora dabit.

*l* Citreas menſas ex Atlante monte Mauritaniæ. ep. 36. l. 2. i. & 67. ep. 12. l. *m* Si ex auro puro puto fieret menſa, minoris tamen eſſet pretii quam citrea.

## *Menſa acerna.* LXXXVII.

n Ut citreæ menſæ ex Mauritania, modo ep. 82.

NOn ſum n criſpa quidē. nec ſylvæ filia Maurę,
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

## *Dentes eburnei.* LXXXV.

o Vide ep. 18. & 14. l. Spect. p Ep. 36. l. 2. i.

oGRandia taurorum portant qui corpora, quæris
An p Libycas poſſint ſuſtinuiſſe trabes?

q Al. *Quincuped.*

## q *Quincupedal.* LXXXIX.

r Diſtincta pedibus, palmis, digitis, uti diſtingui videmus fabrorum regulas. ſ Amuſſis ex ilice. t Cui locantur pretio ædificia extruenda. u Deprehendere fraudes.

rPUncta notis ſ ilex, & acutâ cuſpide clauſa,
Sæpe t redemptoris u prodere furta ſolet.

## *Pocula archetypa.* XC.

x Iſta pocula non ſunt elaborata a nobili aliquo artifice noſtri temporis, ſed ab ipſo Mentore. epigr. 35. l. 3. & 32. l. 4. b. y Stili ſculptorii.

x NOn eſt iſta recens, nec noſtri gloria y cæli:
Primus in his Mentor, dum facit illa, bibit.

## *Calices.* CXI.

a Nos plebeia toreumata non ſumus ex eo vitro unde audaces fiunt calices, qui Cryſtallinorum æmuli ſe Ægyptiis illis conferre audent. 75. ep. l. 12. b Fictilia torno facta, ſed & vitra torno etiam fiebant. c Neq; nos, ut cryſtallina illa, rumpimur calida aqua. ep. 63. l. 12 f.

aNOn ſumus audacis plebeia b toreumata vitri:
c Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua.

## *Phiala aurea cælata.* XCII.

d Hiſpano auro. ep. 16. l. 10. 2. e Nobili artificis. ut l. 8. ep. 49.

QUâvis d Callaico rubeam generoſa metallo,
Glorior arte magis: nam e Myos iſte labor.

## *Calices Vatinii.* XCIII.

Al. *calices* nomen habentes a Vatinio ſutore Beneventano cujus inventum fuere; vel (ut alii volunt) ad cujus prominentis naſi ſimilitudinem effingebantur iſti calices quatuor naſos habentes. An itaque ſimpliciter dicit, Vatinium habuiſſe longiorem naſum? an ingenio fuiſſe acriori quod hos inveneris? an deriſorem deridet? An denique, quod ſagax fuit inquiſitor criminatorque, poſtquam ad tantas opes perveniſſet, ut munus ederet? Xiphilin. in Nerone.

VIlia ſutoris f calicem monumenta Vatini
Accipe; ſed naſus longior ille fuit.

*Lances*

## g *Lances chryſendetæ.* XCIV.

h GRandia ne viola parvo g chryſendeta mullo :
Ut minimum, libras debet habere duas.

g Ep. 36. l. 2. m. h Lances, ceu patinas non niſi lauti decent piſces.

## *Vaſa Aretina.* XCV.

i ARetina nimis ne ſpernas vaſa monemus :
k Lautus erat Tuſcis Perſona fictilibus.

i Ep. 47. l. 1. b. &c. k Rex Etruſcorum, ut & reges Rom. erant æque lauti capedinibus & urnulis fictilibus, atque noſtri hodie filicatis pateris.

## *Baſcauda.* XCVI.

B Arbara de l pictis veni m baſcauda Britannis :
Sed me jam mavult dicere Roma ſuam.

l Ep. 34. l. 11. b. m Vas eſcarium, primum e Britannis allatum, mox & Romæ factum.

## n *Panaca.* XCVII.

o SI non ignota eſt docti tibi terra Catulli,
Potaſti teſtâ Rhetica vina mea.

n Teſta ſc. a Panacis pop. Rhætiæ. o Si quando fuiſti Veronæ. 8. ep. 1. l. c.

## *Boletaria.* XCVIII.

C Um mihi boleti dederint p tã nobile nomen,
q Prototomis, pudet heu, ſervio colicnlis.

p Quippe nomen habeo a boletis. ep. 47. l. 13. q Qui adhuc teneri ſuccidiuntur, caulibus. ep. 46. l. 10. x.

## *Calices ſurrentini.* XCIX.

A Ccipe non vili calices de pulvere natos :
Sed r Surrentinæ leve toreuma rotæ.

r Fictile leve & rota ſiguli politum ex terra Surrentina. vid. ep. 105. l. 13.

## *Colum nivarium.* C.

ſ SEtinos moneo noſtra nive frange trientes :
t Pauperiore mero tingere lina potes.

ſ Calorem optimorum vinorum tempera, transmittendo per colum nivibus diſtentum. t Vilius vinum ſacco linteo attenuabis. ut ſeq. ep.

## *Saccus nivarius.* CI.

u ATtenuare nives norunt & lintea noſtra :
Frigidior colo non ſalit unda tuo.

u Ep. præced. & ep. 51. l. 12. d & 2. l. ep. 33. c.

*Urceoli*

## *Urceoli miniſtratorii.* CII.

x Si modo ſupperat aqua arte frigefacta

FRigida non deerit, non deerit calda petenti:
Sed tu y moroſa ludere parce ſiti.

ep.114. & 115. infra y affatim erit calidæ ad temperandum vinum. y Difficili & delicata nimis.

## *Urceus fictilis.* CIII.

z A terra. *vel* igni.
a Et ipſe Stoicus movebatur hujus colore, qui tamen ſe moveri negat. b Al. *bibebat.*

HIc tibi donatur panda z ruber urceus ansâ:
a Stoicus hoc gelidam Fronto b perebat aquâ.

## *Calathi.* CIV.

c Calathos, calices vinarios. vid. Virg. ecl. 5. ubi in ſacris Bacchi adhibebantur calathi. d Vino, ut ferunt, cicurata: & Bacchi currum trahens. e Bacchi, vel magiſtri. f Ep. 15. lib. Spect.

cNOs Satyri, nos Bacchus amat, nos d ebria tigris
Perfulos e domini f lambere docta pedes.

## *Calices* h *Saguntini.* CV.

h Fictiles e Saguntho Hiſpaniæ civitate. ep. 37. l. 4. i. i Securis de dammo. ſi cadant, franguntur que. mox ep. 108.

QUæ i non ſolicitus teneat, ſerveteque miniſter,
Sume Saguntino pocula fiſta luto.

## *Calices gemmati.* CVI.

k Smaragdis. ep. 48. l. 9. u. l Poculum

GEmmatum k Scythicis ut luceat l ignibus au-
Adſpice m quot digitos exuit iſte calix. (rum;

m *Eo proceſſit luxus, ut multis gemmas digitis detractas poculis inſerant.* Plin. 37. l. 2. c. & Juven. 5. Sat. 42 verſ.

## *Ampullæ potoria.* CVII.

n Ampulla ex onyche, ep. 62. l. 3.
o ſnvalnit luxuria ut unguenta biberentur μύρα οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον. Ælian. var. hiſt. l. 12. c. 31. Foliatum autem erat e foliis Nardi, coſti, &c. Plin. 13. c. 1.

HAc licet in n gemma, quę ſervat nomina Coſ-
Luxurioſe biba s, o ſi foliata ſitis. (mi,

## *Cryſtallina.* CVIII.

p Al. *Peccat Securæ nimium, ſolicitaq; manus,* per diligentiam & curam, atque ac per negligentiam.

FRangere dum metuis, frangis cryſtallina: p pec-
Securæ nimium, ſolicitæq; manus. (cant

*Nimbus*

### *Nimbus vitreus.* CIX.

AB Jove qui veniet q miſcenda ad pocula, largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi r vina dabit.

q Quibus dilatatur merum.
r Ut nimbi

theatrales aſpergantur crocum per latentes fiſtulas in immenſam altitudinem expreſſum. 3. ep. lib. Spect. k. ita hic vinum.

### * *Murrhina.* CX.

SI ſcalidum potas, ardenti murrha Falerno
Convenit, & melior fit ſapor inde mero.

* China diſhes.

Ita ſane videntur ex deſcriptione Plinii l. 37. c. 2. Oriens (inquit) murrhina mittit ex humore ſub terra calore denſata. Ili pretio ſunt ob nitorem & coloris varietatem, purpurei candidi, & tertii ignei ſcentis. Aliqua & in odore commendatio eſt, &c. Joſ. Scal. ad verſum illum Propertii 4. l. *Murreaque in Parthis pocula cocta foci*: adverſatur Plinio, aſſeritq; murrhina pocula ex ſigulno cocto apud Sinas facta eſſe, quæ nos *Porcellana* vocamus. v. Panciro lum, & ad eum, Salmut. ſ Ep. 59. l. 9. c. **burnt wine,** vel calda temperatum.

### *Patella Cumana.* CXI.

HAnc tibi Cumano rubicundam pulvere teſtã,
t Municipem miſit caſta Sibylla ſuam.

t Factam Cumis Sibyllæ oraculo claris. Ita Juvenalis ſiluros dixit Criſpini municipes, & lagenam Cretenſis vini municipem Jovis.

### *Calices vitrei.* CXII.

ADſpicis u ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit ah, quoties x perdidit auctor opus.

u Artificium Ægyptiorum in formandis vitreis calicibus diverſicoloribus, quos Adrianus Imp. *allaſſontes* dixit. vide Scal. ad Propert. l. 4. x Fregit in ipſo opere.

### *Lagena nivaria.* CXIII.

SPoletina bibis, vel Marſis condita cellis?
y Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

y Neque enim nobili decoctæ (de qua ep. 61. l. 5. b.) convenit cum vilioribus vinis. ep. 115, & 116. l. 13.

### *Nives.* CXIV.

NOn potare nivem, ſed aquam potare rigentẽ
De nive, commenta eſt ingenioſa ſitis.

z Non aquam nivium, ſed decoctam, nive reconditam & refrigeratam. ut 65. ep. l. 2. b.

### *Idem.* CXV.

aMAſſiliæ fumos miſcere nivalibus undis
Parce, puer, conſtet ne tibi pluris aqua.

a Noli miſcere decoctam Maſſiliano vino in fumato. ep. 35. l. 10. c. ipſa enim aqua vino eſt pretioſior.

c *Ligula*

## e *Ligula argentea.* CXVI.

e Gladiolus in ſpeciem ſingulæ, ſpathula.

Quamvis me ligulâ dicant equiteſque, patreſque:
Dicor ab *f* indoctis lingula *f* grammaticis.

f Qui pertinaciter inſiſtentes quantitati, jure ſyllabæ non cedent.

## g *Cochlearia.* CXVII.

g Supple, *ligula*, ut ſit cui congruant *habilia* & *utilia*, quibus non convenit *cochleare*.

*h* Sum cochleis habilis. ſed nec minus utilis ovis:
Numquid ſcis potius cur cochleare vocer?

*h* Cum non minori uſui ſim ad ova & alios cibos quam ad cochleas, Num quid noſti cur mihi potius a cochleis nomen quam ab illis? Imo ſcio, a forma ſc. & cochlearum teſtis primum in hunc uſum adhibitis.

## *Anuli.* CXVIII.

i Olim, vel ante legem Othonis de cenſu equeſtri. *k* Poſt legem illam a Domitiano revocatam. *l* Amicuſne, an anulus? *m* Ep. 19. l. 5. ſ. vi. Turnebum. l. 9. c. 24.

*i* AN è frequens, ſed *k* nunc rarus nos donat amicl Felix cui comes eſt *m* nõ alienus eques. (cus:

## *Dactyliotheca.* CXIX.

n Anulus, cui includitur gemma, & ipſe theca clauſus.

SÆpe gravis digitis elabitur anulus unctis:
Tuta meâ fiet ſed tua *n* gemma fide.

## *Toga.* CXX.

o Verſus e Virgilii Æneid. 1. uſurpatus.

*o* ROmanos rerum dominos, gentemq; togatam
*p* Ille facit, magno qui dedit aſtra patri.

*p* Auguſtus publice in deorum numerum retulit Julium Cæſ. qui illum adoptarat. *Jam facit ipſe deos*, &c. Manilius, & Sueton. Jul. c. 88. Per ætatem hic Domitianum intelligit, qui Veſpaſianum conſecravit condito Flaviæ genti templo.

## *Idem.* CXXI.

q Vide ep. 20. l. 4.

SI matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos:
Atritâ veniet ſportula ſæpe togâ.

## *Endromis.* CXXII.

r Namque hac induebantur opulentiores in gymnaſiis, ut abunde dictum. ep. 14 l. 4.

PAuperis eſt munus, *r* ſed non eſt pauperis uſus:
Hanc tibi pro * togula mittimus endromida.

* Scriv. *lana.*

## *Canuſinæ fuſcæ.* CXXIII.

HÆc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo
Munus erit. gaude: t non citò fiet anus.

ſ Hæc pænula e lana Canuſina, quæ ſubruſa & mulſo non abſimilis eſt coloris. mox 129. t Non cito deteretur. durabit diu. vide ep. 34. l. 1. b.

## *Bardocucullus.* CXXIV.

GAllia u Santonico veſtit te bardocucullo:
x Cercopithecorum pænula nuper erat.

u Ep. 47. l. 1. b. x Quod cum brevi genus veſtis ſit, præ ſe fert tunicam qua amicimus ſimias vel κερκο πιθήκας, ſimias caudatas **monkeys**.

## * *Canuſinæ rufæ.* CXXV.

* Modo ep. 123.

YRoma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris, militibuſq; color.

y Viri Romani utuntur veſtibus fuſci coloris, Galli rufis e lana Canuſina. & tamen pueri noſtri gaudent rufo hoc colore, ut & milites, ex inſtituto Lacoum quibus hic color in bello placebat, ne per vulnera effluens ſanguis in veſtibus alterius coloris incuteret ſuis terrorem, hoſtibus adderet animum.

## *Pænula ſcortea.* CXLVI.

ZINgrediare viam cœlo licet uſque ſereno,
Ad ſubitas nuſquam ſcortea deſit aquas.

z Habeas tecum pænulam e peſſibus cen corio ad arcendas pluvias.

## *Lacernæ coccineæ.* CXXVII.

aSI Veneto, praſinóve faves, quid coccina ſumis?
Ne fias iſtâ transfuga forte, vide.

a Teſtabantur conſimili colore ſpectatores coi favebant factioni, tu vide ne coccino ſumpto transfugam agas a tua factione, aliarum cuilibet quæ vicerit acclamans.

## *Pileus.* CXXVIII.

SI poſſem totas cuperem miſiſſe lacernas:
b Nunc tantùm capiti munera mitto tuo.

b Cum ad muneris tum ad facultatis meæ tenuitatem excuſandam facit tempus, Saturnalia ſc. in quibus pileata incedit Roma. Porro ex attritis lacernis pilea fieri ſolita tradit Brodæus, 10. l. Miſc. 35. c.

## *Lacernæ Bæticæ.* CXXIX.

cNOn eſt lana mihi mendax, nec mutor aëno:
Si placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis,

c Non tingor, non alios didici mentiri colores. ep. 80. l. 1. c. & ep. 28. l. 8. f. & ep. 76. l. 12. b.

Cœna-

## *Cœnatoria.* CXXX.

*e* Cœnatoria pallia domi tantum ſumebantur, non iis fas videre lucem fori, cui gravitas conveniebat togæ. *f* Acu pictis, pavoninis, citreis.

NEc fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota:
Hic opus eſt *f* pictis accubuiſſe toris.

## *Læna.* CXXXI.

*g* Qualia ſunt ſericea, bombycina, linea. Itaque alii leg. *linea.* *h* Sed hyeme villoſæ lænæ pallia ſuperinductæ calorem ſtipant, arcentque frigus.

TEmpore brumali non multum *g* levia proſunt:
*h* Calfaciunt villi pallia veſtra mei.

## *Lacernæ albæ.* CXXXII.

*i* Ludos ſpectabant omnes lacernis albis induti (ut ep. 2 l. 4.) quæ togis ſuper-inducebantur, pulveris, pluviæ vel frigoris arcendi cauſa. *lacernas Munimenta togæ*, dixit Juv. ſat. 9.

AMphitheatrales nos commendamur ad uſus,
Cùm tegit algentes alba lacerna togas.

## *Gauſapa villoſa, vel mantile.* CXXXIII.

*k* Menſæ tuæ citreæ opus eſt villoſis mantilibus quæ vindicent eam a maculis: vilis mea & abiegna non formidat maculas. *l* Menſis rotundis. *m* Impreſſas menſæ ex lance, repoſitorio, cen paropſide.

NObilius villoſa tegant tibi lintea citrum:
*l* Orbibus in noſtris *m* circulus eſſe poteſt.

## *Cuculli* * *Liburnici.* CXXXIV.

* Ex lana craſſa Liburnica, Eſt autem Illyridis regio Liburnia. *n* Male ſuperlaudantur albæ lacernæ cucullis Liburnicis qui tincturam non probe retinentes lacernas ex albis reddunt rutilas & coloris auri Callaici, [vel ut alii legunt *callainas*, i. cœruleas a Callai gemma ſapphiri æmula.

*n* JUngere neſciſti nobis ô ſtulte, lacernas,
Indueras albas, exue callaicas.

## *o Udones Cilicii.* CXXXV.

*o* Calceamenta ex pilis hircinis. *p* Sed ex pilis barbatis hirci ceu capri qui *ejus gregis.* *q* Ep. 27. l. 7. k. *r* Pes.

NOn hos lana dedit, *p* ſed olentis barba mariti;
*q* Cinyphio poterit *r* planta latere ſinu.

## *Syntheſis.* CXXXVI.

*ſ* Vide ep. 1, ſupra 2, & 45. ep. 7. l. 2.

*ſ* DUm toga per quinas gaudet requieſcere lucES.
Hos poteris cultus ſumere jure tuo.

*Focale,*

## *Focale.* CXXXVII.

[a]SI recitaturus dedero tibi fortè libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas.

a Vide ep. 34. l. 4.

## *Tunicæ Patavinæ.* CXXXVIII.

[u]VEllera cùm sumant Patavinæ multa trilices,
Et pingues tunicas serra secare potest.

u Tun. Pat. ex multa lana confertæ tri-plici licio, non facile scinduntur forfice, immo serra opus erit iis tanquam asseribus secandis.

## *Spongia.* CXXXIX.

[x]HÆc tibi sorte datur *tergendis spongia mensis,
Utilis, expresso cùm levis imbre tumet. (sis

x Ep. 1. supra h. * *Usus spongiarum ad abstergenda, fovenda*, &c. Plin. l. 31. c. 11. & Lucil. epigr. 2. l. Anthol. c. 31. ἀσόγγου καὶ σπογγὸν δυσὶν ἔχων.

## *Pænula gausapina.* CXL.

[y]IS mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
Ut me vel media sumere messe velis.

y Vide ep. 46. l. 6.

## *Cervical.* CXLI.

[z]TInge caput z nardi folio, cervical olebit:
Perdidit unguentum cùm coma, pluma tenet.

z Foliato. unguento nardino. sup. ep 107. Scr. *Cosmi.*

## *Lodices.* CXLII.

[b]NUdo stragula ne toro paterent,
Junctæ nos tibi venimus sorores.

b Lodices geminæ & coeuntes adhibebantur ad operiendum lectum cum stragulis.

## *Cubicularia e polymita.* CXLIII.

c Multis filis seu licius contexta.

HÆc tibi *f*Memphitis tellus dat munera; *g* victa
Pectine *f* Niliaco jam Babylonis acus. (est.

f Ægyptiae. g Stragula ab Ægyptiis texta vincunt tapetas vestesque Babylonias Phrygum acu pictas.

## *Zona.* CXLIV.

*h* Virginis, vel tenui gravidæ. *i* Fœtui, *ut de fœminea Zona exponamus. ſi de virili malis*; dulce pondus erit gulæ ventríſque ſarcina.

LOnga ſatis *h* nunc ſum; *l* nimio ſed pondere. Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis. (venter

## *Gauſape quadratum.* CXLV.

*k* Verona. 8. ep. 1. l. c. *l* Patavina. Ep. 85. l. 10. c.

LOdices mittet docti tibi *k* terra Catulli: Nos *l* Helicaonia de regione ſumus.

## *m Semicinctium.* CXLVI.

*m* Hominem cingens medium a lumbis demiſſum.

DEt tunicam dives, ego te præcingere poſſum Eſſem ſi locuples, munus utrumq; darem.

## *n Lanæ amethyſtinæ.* CXLVII.

*n* Tinctæ purpura lanæ dicuntur murice ebriæ, unde itaque vocentur ipſæ & Amethyſtinæ. i. ſobriæ? ab Amethyſto ſc. gemma, quæ leniter purpureum ceu vineum colorem refert. nomenque habet quod temulentiam arcere vulgo crederetur. vide ep. 18 l. 10.

EBria Sidoniæ cum ſim de ſanguine conchæ, Non video quare ſobria lana vocer.

## *Lanæ albæ.* CXLVIII.

*o* Idem de Ovis indicat Plin. l. 8. c. 48.

*o* VElleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.

## *Lanæ Phrygiæ.* CXLIX.

*p* Helenæ. *q* Paris. *r* Purpura Lacedæmonia deterior quam Tyria.

NOs *p* Lacedæmoniæ *q* paſtor donavit *p* amicæ; *r* Deterior Ledæ purpura matris erat.

## *Lanæ Pollentinæ.* CL.

*ſ* Qui luctus color. *t* Pollentia, Italiæ oppidum, quæ & alteram habet in Baleari majori ſibi cognominem.

NOn tantum *ſ* pullo lugentes vellere lanas. Sed ſolet & calices *t* hæc dare terra ſuos.

*Idem.*

## *Idem.* CLI.

LAna quidē triſtis, ſed *u* tonſis apta *u* miniſtris,
Quales non primo de grege menſa vocat.

*u* Servis villicorum muneribus, non pueris delicatis, comam alentibus, & de primo grege.

## *Tomentum Lingonicum.* CLII.

*x* OPpreſſæ nimium vicina eſt faſcia plumæ?
Vellera *y* Lingonicis accipe raſa ſagis.

*x* Pluma cedit & facit ut faſcia lecti (de qua ep. 59. l. 5. c.) orat jacentem, melius ſuſtinebit te tomentum. lana quæ pannis veſtibuſque detondetur atq; abraditur. **flocks.** *y* Lingones mittebant Romam cadurca, bardocucullos, & ſaga craſſa & pinguis lanæ. ep. 47. l. 1. b.

## *Tomentum Circenſe.* CLIII.

TOmentum conciſa *a* palus *b* Circenſe vocatur:
Hæc pro Lingonico ſtramina pauper emit.

*a* Arundo, juncus, oliva palluſtris.
*b* Quale ſub. ſternebant ſibi ſpectatores in Circo, atque idem videtur eſſe cum ſtramento Orchomenio. de quo Plin. 19. l. 1. c.

## *Pluma.* CLIV.

LAſſus *c* Amyclæa poteris requieſcere plumâ,
Interior cycni quam tibi *d* lana dedit.

*c* Cygnea, propter Ledam Lacænam.

ep. 28. l. 8. m. Amyclæ vero Laconiæ civitas fuit. *d* Tenerior pluma **Doune.**

## *Fœnum.* CLV.

*e* FRaudata *f* tumeat fœno tibi culcita *g* pluma,
Non venit ad duros pallida cura toros.

*e* In qua non eſt pluma. Alii leg. *Frondeæ*, i. e frondibus. *f* Farciatur. *g* Al. *fœno.*

## *Tintinnabulum.* CLVI.

*h* REdde pilam: ſonat *i* æs thermarū, ludere per-
*k* Virgine vis *k* ſola lotus abire domū. (gis?

*h* Redde pilam gymnaſii ſeu ſphæriſterii moderatori

*i* Campana, quæ ab exercitiis avocat ad balnea. Hadr. Jun. 3. l. Ai imidv. 11. c. ὁ κωδων ἤχεσε, &c. Lucian. περὶ τῆς ἐπὶ μισθῷ συνόυσιας. *k* Cruda virgine. ep. 34. l. 6. 1. & 21. ep. 5. l. 1.

## *Diſcus.* CLVII.

*l* SPlendida cùm volitent *m* Spartani pondera diſ-
Eſte procul pueri: ſit *n* ſemel ille nocens. (ci,

*l* E ferro vel ære. *m* Lacedæmonii inventi atque exercitii. *n* In unico puero Hyacintho. infra ep. 165.

## *Cithara.* CLVIII.

o Orpheo.
p Dum respexit. ut habet notissima vulgo Fabula.

REddidit Eurydicen *o* vati: sed perdidit ipse,
*p* Dum sibi non credit, nec patienter amat.

## *Idem.* CLIX.

r Ep. 11. lib. 1 pectac.

DE Pompeiano sæpe est ejecta theatro,
*r* Quæ duxit sylvas, detinuitque feras.

## *Plectra.* CLX.

s Papula ex attritu pollicis & chordarum, a push, or blister.

FErvida ne trito tibi pollice *s* pustula surgat:
Exornent docilem garrula *t* plectra lyram.

t Pectines quibus cithara pulsatur. ἀπὸ πλήττω.

## *Trochus.* CLXI.

u Trochus, cui & nomen & forma a rota. Alius omnino
x Cur sine. Erat enim rotula ex ære cen ferro, cujus axiculis appensi anuli inter mittendum & correndum alte tinniebant. x Tinnitus trochi missi. sanior lectio *canthus. Synedoch.* rota. vel ferro hoc munium rotam plaustri, quo solent pueri ludere, erit itaque munus utile.

INducenda *u* rota est: das nobis utile munus.
Iste trochus pueris, at mihi *x* canthus erit.

## *Idem.* CLXII.

* Resonans, ut ep. præced.

*GArrulus in laxo cur annulus orbe vagatur,
Cedat ut argutis obvia turba trochis?

## *Signum victoriæ.* CLXIII.

y Al. *Hoc.*
z Supra ep. 1. h.
a Germaniæ fl. *Synedoch.*

nus

yHÆc illi z sine sorte datur, cui nomina *a* Rhenus
*b* Vera dedit: *c* decies adde Falerna puer.

ipsa Germania devicta, i. Domitiano. ep. 2. l. 5. d. *b* Tar quam aliis Imperatoribus ante usurpata, Domitiano a victa Germania jure debita. *c* Ut ebibatur *Germanicus* decem cyathis pro numero literarum.

e *Fecit Praxiteles ex ære Corinthiaco puberem subrepenti lacertæ fugitta insidiantem, quem Sauroctonum vocant,* P. in. 34. l. 8. c. ex σαῦρος & κτείνω.

## e *Sauroctonos Corinthius.* CLXIV.

AD te reptanti puer insidiose lacertæ
Parce: cupit digitis illa perire tuis.

*Hyacinthus*

### f *Hyacinthus in tabula pictus.* CLXV.

FLectit ab invito morientia lumina disco
g Oebalius, Phœbi h culpa dolorque, puer.

f Opus Nicerati, quod secum deportavit Alexandria capta Cæsar Aug. Plin. 35. l. 11. c. 4.
g Hyacinthus Licon. vel ab Oebalo nepote suo ex fratre Cynoria. Pausan. Laconic. h *Tu dolor es, facinusque meum*, &c. Apollo ad Hyacinthum apud Ovid. 10. Metamor.

### *Persona Germanica.* CLXVI.

r SUm figuli lusus rufi persona Batavi.
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

r Sum larva, persona seu vultus fictilis Batavi rufi. Pueris quippe terrori sunt larvati.

### *Hercules* t *Corinthius.* CLXVII.

ELidit u geminos infans, nec respicit angues.
Jam poterat teneras hydra timere manus.

t Ex ære Corinthio. Plin. 35. c. 9.
u Angues ab Herc. in cunis elisos, & Hydram devictam, vel infantes in fabulis audiverunt.

### *Hercules fictilis.* CLXVIII.

SUm fragilis: sed tu moneo ne sperne x figillum,
Non pudet Alciden nomen habere meum.

x Iunculam ex argilla. Plin. 35. l. c. 12.

### *Minerva Argentea.* CLXIX.

yDIc mihi virgo ferox, cùm sit tibi cassis & (hasta.
Quare non habeas y ægida? z Cæsar habet.

y Vide ep. 2. l. 7.
z Domitianus habet, *Adulatorie*. Vide ep. 1 l. 7. c. 1

### *Sigillum Giberii fictile.* CLXX.

aEBrius hæc fecit tetris puto monstra Promeo-
Saturnalicio lusit & ipse luto. (theus:

a Certe erravit Prometheus ; ille prior in formando gibbere & monstroso Clesippo, de quo Plin. l. 34. c. 3. lusitque alter hic Prometheus i. figulus qui ex argilla in Saturnalitiis muneribus effinxit sigillum gibberis ejusmodi. Alii leg. *Sigerii*.

*Homeri* f *Batrachomyomachia.*

## CLXXI.

f Opuſculum de ranarum cum muribus pugna quod plerique Homero abjudicant.

PErlege *g* Mæonio cantatas carmine ranas,
*h* Et frontem *i* nugis ſolvere diſce meis.

*g* Mœonia orundum, vide veniam dabis. *i* quiſquiliis. Plutarch. l. de Homero. *h* Et illo lecto, æquiore animo his meis Lipſ. x. lib. epiſt. quæſt. 5. ex Anglicano libro emendat *forte*.

*Homerus in membranis.*

## CLXXII.

k Et Odyſſea.

ILias *k* & Priami regnis inimicus Ulyſſes
Multiplici pariter condita pelle latent.

*Virgilii culex.* CLXXIII.

l Ne vaces gravioribus ſtudiis per Saturnalia quibus conveniunt nugæ iſtæ. Al. *Ne rucibus poſitis*, m Al. *legas*.

ACcipe facundi Culicem, ſtudioſe, Maronis!
*l* Ne nugis poſitis *arma, virumque* m *cana*.

*Virgilius in membrana.*

## CLXXIV.

n An operis magnitudinem reſpicit, an Poetæ divinam majeſtatem? o Frontiſpicium habet imaginem Virgilii.

QUàm brevis *n* immenſum cepit mĕbrana Maronem!
*o* Ipſius vultus prima tabella gerit.

*Cicero in membranis.*

## CLXXV.

Viæ vel longiſſimæ comites ſufficient tibi Ciceronis libri. ut ep. 2. l. 1. videturque Ciceronis ſtilum quaſi Aſianum & redundantem taxare.

SI comes iſta tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

* Al. *Propertii monobibl.* s.

* *Propertius.* CLXXVI.

f Vero nomine Hoſtilia, amica Propertii. g Sic ille, Achilles *haud plus Debet Mæonidæ quam ſibi Mæonides.*

CYnthia facundi carmen juvenile Properti
Accepit famam, *t* nec minus ipſa dedit.

*Livius in membranis.* CLXXVII.

u Aſtylî inſurgentis grandiloquentiæ, an ab operis magnitudine & librorum 140. multitudine? vide Juven. ſat. 7. v. 98. & ἀντίφρ. τῷ *exiguis*.

PEllibus exiguis arctatur Livius *u* ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

*Salluſtius.*

## *Salluſtius.* CLXXVIII.

HIc erit, ut perhibent * doctorũ corda * virorum
Primus Romana Criſpus in hiſtoria. (tum.

* Quintiliani 2. l. c. 6. & 4. l. c. 2. Senecæ Rhet. l. 3. decl. & controverſ. 25. l. 5. Corn. Tacit. 3. hiſt. Vell. Paterc. hiſt. 2. &c.

## *Ovidii Metamorphoſis in membranis.* CLXXIX.

HÆc tibi multiplici quæ ſtructa eſt maſſa tabella
*a* Carmina Naſonis quinque, decemque gerit.

*a* Libros 15. Metamorphoſeon.

## *Lucanus.* CLXXX.

*c*SUnt quidam, qui me dicunt non eſſe Poëtam:
Sed qui me vendit bibliopola, *d* putat.

*c* Magis oratoribus quam Poetis adnumerat eum Fabius. c. 1. l. 10. hiſtoricis alii. *d* Tum quia verſu ſcriptus ſum, tum quia vendibilis.

## *Catullus.* CLXXXI.

*e* TAntum * magna ſuo debet () Verona Catullo,
*e* Quantum * parva ſuo () Mantua Virgilio.

*e* Elegantes Antitheſeis. vide ep. 54 l. 1.

## * *Calda & frigida aqua.* CLXXXII.

* Al. *Calcis de aqua frigida uſu.*

*f* HÆc tibi quæ fuerint caldarũ nomina dicunt:
Ipſa ſuas melius charta natabit aquas.

*f* Hæc carmina dabunt tibi nomina calidarum aquarum, tu, ſi placeat dato hæc carmina aquis frigidis. ſic Inſit ep. 5. l. 1. & 67. l. 3. & 53. l. 5. & 47. l. 9. Scriv. *Hæc tibi qu. fom. & aquarum nom. dicit.*

## *Mulæ * pomiliæ.* CLXXXIII.

*Scriv. *Paullæ.*

HIs tibi de mulis non eſt metuenda ruina:
*g* Altiùs in terra pænè ſedere ſoles.

*g* *Hyperbolice.* q. d. non multo altior eſt quam ubi in terra ſenes.

## *Catella Gallicana.* CLXXXIV.

DElicias parvæ ſi vis audire catellæ,
Narranti *h* brevis eſt pagina *i* tota mihi.

*h* Non ſufficit *i* Al. *prima.* ut primi libri intelligatur ep. 92.

*Aſturco*

## *Aſturco.* CLXXXV.

*k* Gradarius iſte & tolutarius equus, qui gieſſus glomerat, eſt ab Aſturia regione Hiſpaniæ Callaicæ auriferæ. ep. 16. l. 10. vide Lud. Carrion. emend. l. 1. c. 17.

*k* HIc brevis, ad numerum rapidos qui colligit un-
Venit ab auriferis gentibus, Aſtur equus. (gues

## *Canis vertagus.* CLXXXVI.

*l* A tumbler.

*l* NOn ſibi, ſed domino venatur *l* vertagus acer,
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

de hac voce Turnebus laborat 18. l. 1. c.

## *Simius.* CLXXXVII.

*p* Evitare miſſas in ſe haſtis, *q* Ep. 124. ſupr.

CAllidus *p* emiſſas eludere ſimius haſtas,
Si mihi cauda foret, *q* cercopithecus eram.

## *Cymbala.* CLXXXVIII.

*s* Cymbala, inſtrumenta ærea, tinnula & ſonora, quibus Galli in ſacris Cybeles etſi lugebant Atyn puerum Cybeles amaſium, cujus patria erat Celænæ opp. Phrygiæ.

*s* ÆRa Celænæos lugentia matris amores
Eſuriens Gallus vendere ſæpe ſolet.

## *Notarius.* CLXXXIX.

*a* Ut volubilis ſtuas lingua, manus ῥᾶ εἰς ταχὺ δὲ σημεῖα γράφειν (ut loquitur Galenus) loquentem prævenit. vide Senec. epiſt. 91. & Auſon. ep. 137.

*a* CUrrant verba licet manus eſt velocior illis;
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

## *Concha.* CXC.

*b* Papyrus e cortice junci Ægyptii levigetur concha æquorea, quo expeditior ſternatur calamo curſus.

*b* LEvis ab æquorea cortex Mareotica conchâ
Fiat: inoffenſa curret arundo via.

## *Morio.* CXCI.

*c* Non mentitur, non ſimulat ſtultitiam, ſimplex & a natura fatuus eſt. vide ep. 13. l. 8.

*c* NOn mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa
Quiſquis plus juſto non ſapit, ille ſapit.

Caput

## *Caput arietinum.* CXCII.

*d* MOlla Phryxei ſecuiſti colla mariti,
Hoc meruit, tunicam qui tibi ſæpe dedit?

*d* Caput vervecinum. Juven. 3. ſat. 294. v. caput arietis qualis Phryxum transfretavit. vide ep. 49. l. 10. 2.

## *Pumilio.* CXCIII.

SI ſolũ ſpectes hominis caput *e* Hectora credes:
Si ſtantem videas, *f* Aſtyanacta putes.

*e* Virum. *f* Puerum. ſic Juvenalis de fœmina caput ædificante: *Andromachen a fronte videbis, Poſt minor eſt Pygmea virgine, &c.* ſat. 6.

## *Parma.* CXCIV.

*g* HÆc quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere raro,
*h* Parma tibi, ſcutum pumilionis erat.

*g* Hoc in gratiam Domitiani qui oderat parmularios fackionis Thracum. *h* Tibi grandi munimentum nimis anguſtum, pumilioni amplum ſatis.

## *Accipiter.* CXCV.

(idem:

PRædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis
Decipit, & *m* captas non ſibi mœret aves.

*m* Dolet ſibi prædam ab aucupe, cui ſervit, ereptam. vide Lil. Gyrald. dialog. 6. l. 1.

## *n Obſonator.* CXCVI.

*a* **The cater,**

DIc quotus, & quanti cupias cœnare, nec unum
Addideris verbum: cœna parata tibi eſt.

qui opſonia emit.

## *Calami aucupatorii.* CXCVII.

NOn tantùm calamis, ſed *o* cantu fallitur ales,
Pallida dum tacitâ *p* creſcit arundo manu.

*o* Fiſtula, **the call.**

quæ aves invitat. *p* Dum latitans auceps ſenſim protrudit viſcatos calamos. Arundinibus (inquit Isidorus ad Iſidori ep. l. 3 Antholc. 26.) aliis atque aliis inſitis, & ita creſcentibus, ſumma in parte viſco oblitis. vide ep. 44. l. 9. b.

## *Cor bubulum.* CXCVIII.

PAuper cauſſidicus nullos referentia nummos
Carmina cùm ſcribas: *q* accipe cor, quod habes

*q* Lipſ. 5. epiſt. quæſt. 1. l. legit, *Accipe cor quod abeſt.* Sed præplacet Torrentii lectio, *Cor bubulum* in Saturnalibus ſc. miſſum q. d. Accipe ſtupidum & tuo geminum cor qui a lucroſo foro te conferas ad ſterilia carmina. ep. 66. l. 1.

*Cocus*

## *Cocus.* CXCIX.

r Turnebus interpungit. *Non satis est ars sola coco : servire palato,* ex Posidippo, Καὶ τὰ ὄψια γίνωσκε τῷ κεκλημένῳ. Athenæus. l. 9. c. 5.

NOn satis est ars sola coco, servire palato :
Namq; cocus domini debet habere gulam.

*Arq; cocus domini debet hab re gulam.* l. 9. c. 24. Alii alias. Ita cocus

## *Craticula cum veru.* CC.

f In craticula torrentur ofellæ : veru assentur apri, &c.

PArva tibi curva craticula sudet ofellâ :
Spumeus in longa cuspide fumet aper.

## *Pistor dulciarius.* CCI.

t Dulciarius pistor conficit dulcia, i. panes mellitos (unde alii legunt *Melle*) in varias figuras formatos : placentas, scriblitas, spicas, globos, circulos, hamos, lacerculos, &c. Apuleii Metamorph.

tMIlle tibi dulces operum manus ista figuras
Extruit : huic uni parca laborat apis.

## *Jentacula.* CCII.

x Jentacula prope soli tumebant pueri, aliquando senes valetudinarii, galeones, &c. x Galli auroræ prænuncii.

SUrgite, jam vendit x pueris jentacula pistor,
x Cristatæque sonant undiq; lucis x aves.

# M. VAL. MARTIALIS
## DE SPECTACULIS
### * LIBELLUS.

* Quem (quia in eo quædam Martialis tempori non conveniunt, multa ingenium noſtri Poetæ parum ſapiunt) ex mente C. C. V. V. Jani Rutgerſii l. 5. Var. lect. c. 15. & Petri Scriverii in Animadverſionibus ſuis, Martiali abdicatum atq; huc rejiciendum curavi. Idque non ſine exempio, fide & autoritate MS. codicis qui habetur Oxoniæ in celeberrima Bibliotheca Bodleiano. Ubi etiam extremo loco poſt Apophoreta inſcribitur que, *Ad Cæſ. de Amphitheatro, Marci Val. Martialis Epigr. lib. decimus quintus.*

## EPIGRAMMA I.

### ¶ In amphitheatrum Cæſaris.

*Per inductionem collativam Titianum Amphitheatrum omnibus orbis operibus præfert.*

BArbara *b* Pyramidum *c* ſileat *d* miracula * Memphis ;
*e* Aſſiduus jactet nec Babylona labor ;

*a* Ad Græcorum diſtinctionem, quibus alii omnes Barbari. vide not. 1. in 3. epigr. * Nobiliſſima Ægypti civitas h. *Cairo*. *b* Moles haſce altiſſimas in ſepulchrorum uſum non fine profuſa opum oſtentatione reges Ægypti extruxere a quadrata baſi decreſcendo aſcendentes in formam πυρὸς, unde & nomen. poſt Herodotum, Melam, Plinium, Solinum, Marcellinum, Diod. Siculum, &c. qui de his, lege Bellonium qui Pyramides quæ hodie viſuntur ipſe dimenſus eſt, lib 2. obſerv. c. 42, 43 & 44. *c* Signate ad *Barbaros* & ἐφ' ἑαυτὸς. vel, ſileat miracula, i. non amplius miretur, habeatve pro miraculis. *d* θαύματα, conſpicua cen ſpectanda propter artificium opera, quæ ſeptem numerantur. quibus & alii ſeptena altera adnumerant. quorum duo, Jovis Olympici templum & Coloſſus Rhodius, quoniam ad plenam enumerationem a Poeta ſunt omiſſa, J. Scoppa cenſet voluiſſe Martialem hoc epigr. amphitheatrum quirque his ſtructuris anteponere, propter, 1 altitudinem, 2 celeritatem, 3 ſtatuas, 4 varietatem, & 5 nobilitatem, quem vide Collect. l. 1. c. 29. *e* Eorum qui laudant. *imo* regum qui Babylona condiderunt, ſive urbis, hortorum penſilium, murorum q; amplitudinem reſpicias, ſive aſſiduitatem operum. nam que & ipſe muros cujus ambitus 350. circiter ſtadiorum erat, intra annum abſolutus eſt, cum diebus ſingulis ſingula ſpeficerentur ſtadia, alii leg. *Aſſyrius*. minus recte.

Nec

Nec *f* Triviæ templo *g* molles laudentur *h* Iönes,
*i* Dissimuleteq; deum cornibus *k* ara frequens;
Aëre nec vacuo *l* pendentia *m* Mausolea
Laudibus immodicis Cares *n* in astra ferant.
Omnis *o* Cæsareo cedat *p* labor amphitheatro:
Unum *r* præ cunctis fama loquatur *s* opus.

*f* Dianæ Ephesiæ, vide ep. 52. l. 9.
*g* Propter columnas cedrinas & simulacra lignea, ipsiusq; Dianæ (ut aiunt) virgineum, tot incendia hanc interpretationem asserere videntur, sed refragabitur Demetrius ἀρχιερόσυλος. *alii*, propter molles Ionas omnis nequitiæ inventores, Deam Multimammiam, festa summa cum pompa & mollitie celebratam, sacerdotem denique castratum. vide Ang. Politian. Miscell. c. 51. *Mollia qua tendit Ionia.* Propert. 1. 1. 6. eleg. hac ratione motus Raderus lectionem τὸς *Iönes* præfert τὰς *Honores*, *Alii* propter signa affabre & ad vivum efficta. Virgil. *Spirantia mollius æra.* & Flaccus, *molles imitabitur ære capillos.* Verum locum hunc proculdubio corruptum luxatumque variæ Criticorum tentarunt manus, necdum saluti restituerunt.
*h* Columnas, statuas, signa, &c. *alii*, sacrificia.
*i* Non usque adeo efferat non tanquam divinum opus jactet, cum ab Amphitreato mortali manu facto illam longe superatam videamus.
*k* Non Jovis Hammonis apud Nasamonas, quæ nec opibus nec structura erat insignis: sed βωμὸς κεραστὸς, Apollinis Delii ab ipso quadrimo ex cornibus Cynthiadum caprearum a sorore in terfectarum compactus. vide Plutarch. lib. de animalium solertia, & in vita Thesei, & Politian. 52. Miscellan. hujus meminit & Callimachus in hymno Apollinis.
*l* Ad altitudinem 140 pedum sublata columnisque innixa, summeque cacumini impositam quadrigam cujus equi suspensis alis volare videbantur. suspensa autem dicebantur quæ suffulta erant. *suspendis dentibus orbes.* 2. l. 36. ep.
*m* Mausoli regis Cariæ tumulum, monumentum illi ab uxore Artemisia extructum.
*n* Eleganter respicit ad τὸ *in aere pendentia.*
*o* A Vespasiano auspicato inceptoque, a Tito F. perfecto & dedicato.
*p* Opus spectosum.
*q* In quo ederentur spectacula & venationes, absque scena, sedibus per gradus undequaque clauso in quibus loca 87000. ovali forma, ad cujus summitatem ægre visio humana pertingeret, vide Vitruvium, Marlianum, Lipsi. de Amph. &c.
*r* Sic & MS. Bodl. Alii *pro.*
*s* Amphitheatrum Cæsaris.

## Ad Cæsarem, * de publicis ipsius operibus. *II.*

* MS. Bodleianus, *De operibus circa amphitheatrum*, verum haud ita apposite, quale erat ingenium eorum qui lemmata præfixerunt omnibus epigram. præterquam 13. l. & 14. quæ ipsius autoris sunt.

*Vespasiani atque Titi Cæs. (quibus pleraq; libelli hujus spectaculorum epigrammata assignes) beneficentiam celebrat, qui vastum Neronis ædificium demoliti loco ejus publica extruxere vel reddidere opera, Colossum, Amphitheatrum, thermas, porticum.*

*a* In quarta urbis regione.
*b* Cui (dejecto Neronis capite) Vespasianus solis vultum 12 radiis insignem reposuit dicavitque Soli Sidereo Deo. vide not. c. in epigr. 50. lib. 12. & l. 1. ep. 62.
*c* Legitur & *propior*, estque *Pathos Metonymicon.*
*d* Statua quam sibi Nero construxerat altam pedes circiter CXX.
*e* Extruuntur vel ex se surgunt. erant enim — *f* — machinæ ἀνατρεπτικαὶ quæ ex se in sublime crescebant aut rursus decrescebant.
*g* In tertium aut quartum tabulatum elata.
*h* Sacra.

*a* HIc, ubi *b* sidereus *c* propiùs videt astra *d* colossus,
Et *e* crescunt mediâ *f* pegmata *g* celsa *h* viâ;

*i* Invidiosa

i Invidioſa feri k radiabant l atria m regis,
n Unaque jam totâ ſtabat in urbe domus.
o Hîc ubi conſpicui venerabilis p amphitheatri
Erigitur moles; q ſtagna Neronis erant.
r Hîc, ubi miramur ſ velocia munera thermas,
t Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.
u Claudia diffuſas ubi porticus explicat x umbras,
y Ultima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma ſibi eſt; & ſunt, z te præſide, Cæſar,
a Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

i Odioſa, inviſa nus quorum ædes intercepérat incendiarius Nero ut in uſum ſuum converteret. k Auro gemmiſque. l Domus prius *Tranſitoria* mox incendio abſumpta reſtitutaque ac *Aurea* nominata.

Suet. Nero 31. c. m Crudelis Tyranni Neronis. nomen a regis ſemper Romanis inviſum. n Notum hoc e carmine illo, *Roma domus fiet*, &c. referente Suetonio Ner. c. 39. Neronis enim domus a Palatio ad Eſquilias uſque pertinebat. o Inter Cœlium montem & Eſquilias. p Ep. 1. n. p. q Stagnum maris inſtar, circumſeptum ædificiis ad urbis ſpeciem. r In tertia urbis regione. ſ Celeriter extructa. t Incendio enim & ruinis patriæ domum ſibi extruxit, ad eamque riva, ſtagna, ſylvas, proſpectus, &c. Tacit. 15. Annal. u Quæ & Livia, aliis tamen a Livia diverſa. x Cum ſuas, tum vitis quæ ſubdiales inambulationes umbroſis pergulis opacabat. Plin. lib. 14. c. 1. y Extrema pars domus Auteæ. i. juxta Exquilias in quinta urbis reg. z Te imperatore. a Poſtquam opera & munera publica facta ſunt, quæ nuper in privatas deliciis occuparat Nero.

## * De gentium confluxu & congratulatione. III.

* MS. Bodl. *De nationum conſenſu.*

*Ex omni orbis parte (ad quam Rom. populi nomen pervenerat) confluxiſſe gentes ſpectandi ludos, ſalutandique Cæſaris ſtudio: generalique acclamatione illum Patrem patriæ ſalutaſſe.* (Cæſar.

QUæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam a barbara,
Ex qua ſpectator non ſit in b urbe tuâ?
Venit ab c Orpheo d cultor Rodopeius e Hæmo,
Venit & eporo e Sarmata paſtus equo;
Et qui f prima bibit deprenſi flumina Nili,
g Et quem ſupremæ h Tethyos unda ferit.
Feſtinavit i Arabs; feſtinavere k Sabæi;
Et Cilices l nimbis hic maduêre ſuis.

a Ex Græcorum diviſione mundi, quibus alii omnes Barbari dicti, imo ex ſuis qui non ἡμέδαπε incolebant, quive non ore rotundo, molliter & Attice loquebantur. Ab aſpera enim & inculta pronunciatione Barbaros dictos cenſet Strabo 14. l. J. C. Scal. a *Bar*, quod Arabice *Deſertum* ſonat, more Hebræo geminato ad intentionem. Exerc. & in Theophr. de pl. b Sede Imperiali, *vel*, a te reſtituta, ut præced. epigr. c Ad montem Hæmum Orphei parentes habitarunt. d Thraæ agricolturæ ſtudioſus. Rhodopa enim mons Thraciæ, q. d. *venere Boreales incolæ*. e *Tartari, Ruſſi, Poloni*, ἱππομολγοί. Dionyſ. Per. ἱππου Αἰματι μίσγοντες λάδκὸν γάλα δεῖπνα πίθοισι. Virg. Ge. 3. Gelonus, *qui lac concretum cum ſanguine potat equino*. & Plin. 18. l. 10. c. f A *Meridie*, Ægyptii & Aſri apud quos Nilus primum fluere deprehenditur, neque enim fons Nili tum repertus g *Ab Occidente*, qui ad Heſperium litus fiti. *Alii* Britanni quorum litora, ut & ultima Thule, maris fluctibus feriuntur. h Ux. Neptuni, *Metonym.* maris. i *Ab Oriente*, e Nabathæa id eſt, Petræa, & Sceniti, i. deſerta Arabia. k E felici Arabia. l Κρόκῳ βεβαμμένα. croci aqua diluti aſperſionibus, quæ in theatro & Bacchi, fiebant. Cilicia vero croco nobilis. vide ep. 26. l. 5. d.

*m* Crinibus in nodum tortis venere *m* Sicambri,
Atque *n* aliter tortis crinibus Æthiopes.
*o* Vox diversa sonat: populorũ est vox tamen una,
Cùm verus patriæ diceris esse pater.

*m* Gueldri, Syncerob. Germani, quorum insigne obliquare crinem nodoque substringere. Tacit. de Germ. & Juven. 13. *medids torquentes cornua cirro.* *n* A natura, vel solis ardore, cum Germani artificio crispari sint. *o* Lingua varia, acclamatio vero & mens eadem. MS. Bodl. *Vox diversa sonat populorum: & vox tamen una est, Cum verus*, &c.

## Ad Cæsarem, quod expulerit delatores. *IV.*

*Si ad Titum hoc ep. (quod verisimilius) referas, testes habes Tranquillum c. 8. Titi. & Xiphilin. in Tito. Si ad Domitianum, eundem habes Tranquil. c. 9. Domitiani.*

*a* Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras solicitabat opes.
*b* Tradita Getulis; nec cepit arena nocentes;
Et delator *d* habet, quod dabat, exsilium.
* Exsulat *e* Ausoniâ profugus delator ab *e* urbe:
*f* Impensis vitam principis annumeres.

*a* Delatores, calumniatores fiscales, qui, sub Nerone divitum opibus insidiati, eos quo jure qua injuria accusationibus vexarant. *b* Relegata est in arenosa & deserta Africæ loca. legunt alii *Traducta est Gyarn, alii Cyprus.* MS. Bodl. *Getulo.* Lipsius, c. 11. l. 2. de Cruce legit *Traducta est titulis.* pro more noxiorum traducendi per forum ceu Amphith. appensis collo titulis & inscriptionibus criminum. & Sueton. c. 8. Titi. *delatores assidue in foro fustibus & flagellis cæsos, novissime traductos per Amphitheatri arenam, partim sub ci in servos aut vænire, partim in asperrimas insularum avehi imperavit.* Traci i sunt delatores Getulis, magistris sc. leonum, ut eos ipsi suis leonibus laniandos objicerent: quos tamen quum Arena non caperet, pulsi sunt quidam in exilium. Scal. & Scriv *c* Tantus est delatorum numerus, ut vix capiat eos Amphith. imo vix insulæ *Plin. in Panegyrico Trajani.* *d* E talionis pœna, quæ veteribus placuit. * Distichon hoc a præcedenti terrastico dividunt Scal. & Scriv. ut sit aliud epigramma. *e* Roma urbe Italiæ ab Ausone Ulyssis & Calypsus *f* i. Curis, beneficiis, muneribus.

## De naumachia. *V.*

*Navale prælium à Tito*, Sueton. 7. *vel à Domitiano* Suet. 4. *in Amphitheatro exhibitum, subito immissâ per tubos aquâ, ut novum hospitem & è longinquo advenam tum primùm spectatorem fallat, credentem sc. pontum esse, nisi mox emissam ad munera gladiatoria viderit aquam.*

*a* Si quis ades longis *a* serus spectator ab oris,
Cui lux prima *b* sacri muneris ista fuit:
Ne te decipiat ratibus *c* navalis Enyo,
Et par unda fretis; hic modò terra fuit.

*a* Per itineris longinquitatem, supr. ep. 3. *b* Qui jam primum spectas Naumachiam. Neptuno sacram, vel a Divo Cæsare exhibitam. *c* Prælium navale. Est autem bellona, belli rum dea, Martis soror.

Non

Non credis? *d* ſpectes, dum laxent æquora Martem;
Parva mora eſt; dices, hic modo pontus erat.

*d* Expectes modo dum certamini finem faciant æquora emiſſa.

## De Naumachiâ. *VI.*

*Otioſum lemma, ineptum & alienum à ſenſu epigrammatis aut mente poetæ, qui lemmata ſua libris tantùm ultimo atque penultimo præfixit: ut apparet ep 3. l. 13. & 2. ep l. 14. hoc 4. epigrammate Titi (ut videtur ex Xiphilino) naumachiam præfert illis Auguſti, Claudii, Neronis.*

Ita emendarat P. Scriverius, confirmatque MS. Bodl.

*a* AUguſti laudes fuerant, committere claſſes,
Et * freta navali ſolicitare tuba:
*b* Cæſaris hæc noſtri pars eſt quota? vidit in undis
Et thetis *c* ignoras, & Galatea feras.
Vidit in *d* æquoreo ferventes pulvere currus,
Et *e* domini Triton ipſe putavit equos.
*f* Dumq; parat ſævis ratibus fera prælia Nereus,
*g* Abnuit in liquidis ire *h* pedeſter aquis.
Quidquid & in *i* circo ſpectatur, & *k* amphitheatro,
*l* Dives Cæſarea præſtitit unda tibi.
*m* Fucinus, & *n* pigri taceantur ſtagna Neronis:
Hanc norint unam ſecula *o* Naumachiam.

*a* MS Bodl. ac & alii; *Auguſti lab. hic fuerat.* Aug. 3 nudas exhibuit naumachias cis Tiberim. *Suet.* 43. *Aug. Tac.* 14. *Annal.* niſi reſpiciat exercitationem claſſium in lacu Lucrino ad bellum Siculum. *Suet. Aug.* * Prælia navalia.

*b* Titi, cen

mavis Domitiani. *c* Equi n. tauri aliique animalia edocta fuerunt id omne in aquis facere quod in terra conſuerant. *d* Imbrico ex aſpergine equorum natantium Neptunique fictitii currum trahentium, alii volunt pontes leniter aqua ſuperficiei inſtratos & in his currus tractos, vel Metaph. Catachreſtica, e pulvulentis Amphitheatri aut Circi ludis ad Naumachiam. *e* Neptuni. *f* Dumque claſſes obit, inſtituit, diſponit ad Naumachiam Neptunus. *g* Hic etiam Bodleianus Cod. Scriverii concinit, *Horruit in liquid.* *h* Currū triumphali vectus quem trahunt 4 equi ceu vituli marini, aut balenæ. *i* Certamina curulia, Gymnica, pompæ. *k* Gladiatores, venationes, naumachiæ. emendo *amphitheatro Cæſareo, dives,* &c *l* Omni ludorum genere abundans. *m* Claudii naumachiæ in lacu Fucino. Suet. Claud. c. 21. Tacit. An. 12. *n* Referas per Hypallagen Metonym. ad ſtagna. vel ad ignaviam mollitiemque Neronis. leg. & *dirs.* *o* Naumachia & ferè exhibitæ fuerunt a Nerone inductis aquis in ligneum ſuum Amphith. *Xiphilin.*

## De natatoribus. *VII.*

*De natat.* habet MS. Bodleianus.

*Iuvenes natatores Nereidum habitu in aquore Amphitheatrali exhibiti à Cæſare credo Tito, namque ſimile quid de illo refert Dio. quod artificioſum Cæſaris ſpectaculum, vel veris Nereidum luſibus præfert.*

LUſit *a* Nereïdū *b* docilis *c* chorus *d* æquore to-
Et *f* vario *e* faciles *f* ordine pinxit aquas. (to,

*a* Nympharum maris, Nereidum & Doridis filiarum L. *b* Natandi peritus, *reſp citque juvenes.* vel ed octus a chorodidaſcalo, vel a Thetide aut Cæſare, ut ultimo verſu hujus ep. *c* Agmen. *d* In Amphitheatrum inducto. *e* Facile natatoribus cedentes. *f* Mutato ordine & ſerie alia atque alia ſchemata expreſſerunt natatores. Varias rerum formas in aquæ ſuperficie (cujuſmodi hodie artificioſas videmus ſaltationes, & figuras in παίγνιοις militaribus) repræſentarunt —

g— Tridentis Neptuni—
h— Anchoræ—
i— Remi—
k— Ratis—
l— Syderum διοσκόρων, Caſtoris & Pollucis—
m —Velorum.

g Fuſcina dente minax, h nexu fuit ancora curvo:
Credidimus i remum, credidimuſq; k ratem.
Et l gratum nautis ſidus fulgere Laconum,
m Lataque perſpicuo vela tumere ſinu.
Quis tantas liquidis artes invenit in undis?
n Aut docuit luſus hos Thetis, aut didicit.

n Accepit ne luſus hoſce Cæſar a Thetide, aut ipſa potius a Cæſare docta eſt?

## * De Hercule inſidente tauro ad cœlum rapto. *VIII.*

* Ita MS. Bodleian.

*Ediderat Domitianus ſpectaculum quo Hercules tauro vectus in cœlum portabatur. fiebatq; hoc per machinamentum ἀνεφερτικὸν seu ἁρπαγ. Poſtea taurum hunc Iovi tauro collatum anteponit.*

a Pegmate, ſupra ep. 2. n. d ἁρπαγὴ machina qua in ſublime rapiebantur perſonæ e ſcena in aera. ut a Borea Orythia, ab Aurora Memnon, ab anguibus Medea, &c.

a RAptus abit mediâ quòd ad æthera taurus a:
b Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus. (renâ;
Vexerat Europen c fraterna per æquora taurus,
At nunc d Alciden e taurus in aſtra tulit.
f Cæſaris, atq; Jovis conſer g nunc Roma: juvenci
h Par onus ut tulerint; i altiùs iſte tulit.

b Non tam machinamenti fuit artificium quam pii numinis aura arti adſpirans. c Neptunia regna maria. d Domitianum (credo) vel Domitiani effigiem Herculis habitu, quem ipſe affectavit gentemque Flaviam referri voluit ad Reatinos & comitem Herculis. vide Suet. Veſpaſ. c. 12. e Tauro huic ligneo Imperatorem incluſum volunt nonnulli ut quadret ſchema cum Jove ſub ſpecie tauri, verum nec placet, nec opus eſt: namque— f —A Cæſare exhibitus in ſpectaculo hic taurus. g Putat Rutgerſius hoc ep. ad Arruntium Stellam, in eo alia, ſcriptum fuiſſe, legendumque, *conſer nunc, Stella, juvencos.* h Fac eos tuliſſe par onus. quod tamen non fuit. ille n. puellam, hic heroa, &c. i Ludit in ambiguitate vocis *alti* quod aliquando pro cœlo, quandoq; pro mari ſumitur. Jovis a. taurus Europam per mare, Cæſaris taurus Herculem per aera (quod mari altius) tulit. huic ſim. ile 6. ep. 1. l.

## ¶ Pœna Laureoli. *IX.*

*Damnati in Amphitheatrum producebantur fabulæ alicujus perſonam ſuſtinentes, veluti Herculis ardentis, Orphei diſcerpti, Phaetontis aut Icari decidentium inter feras, &c. Hic capitis quidam reus ob parricidium, domini necem, ſacrilegium, vel urbis incendium cruci affixus verè ab urſo laniatus Laureolum nimium repræſentat.*

a Caucaſo. b Interdiu veſcentem— c —nocte in pœnas renaſcenti jecore— P. Scriv. leg. *Vivo viſcere.* d Aquilam.

Qualiter in a Scythicâ religatus a rupe Prome-
b Aſſiduâ c nimio pectore pavit d avē: (theus

Nuda

Nuda *e* Caledonio ſic * pectora præbuit urſo,
*f* Non falsâ pendens in cruce*g* Laureolus.
Vivebant laceri membris ſtellantibus artus,
*h* Inque omni nuſquam corpore corpus erat.
* Denique ſupplicium dederat necis ille paternæ,
Vel domini jugulum foderat enſe nocens;
Templa vel *i* arcano demens ſpoliaverat auro;
Subdiderat ſævas vel tibi Roma faces.
*k* Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ,
*l* In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

*e* E Scotia, *Symeodoch.* in Septentrionalibus plagis ursi maximi & sævissimi.
* *Viscera*, Bodl. MS.
*f* Non ficto dramate, in quo quis ursi pelle tectus (ut Nero apud Suetonium 29. c.) fictitium laureolum dilaniare videretur; non in ficta cruce, uti agebat Laureolum Lentulus (Juvenal. Sat. 8. judice) dignus vera cruce: sed vere totum corpus lacerabatur. *g* Damnatus iste, Laureoli latronis urso expositi mimum vere agens. *h* Totus evisceratus, carne nudatus, nil nisi vulnus. χῆμ' ὀξύμωρον. * Versus insequentes quatuor tanquam spurii relegantur ad reticio quem Panormitanum. *i* Ornatu, statuis, vasis templorum aureis, ἀναθήμασι: vel etiam privato auro templis custodiæ causâ deposito. *k* Admiserat fane aliquod crimen Laurecli illius latrocinio gravius. *l* Sic iofra ep. 11. n. 9.

## * De Dædalo. X.

* MS. Bodl. *Ad Dædalum lacerandum ab urſo.*

*Damnato cuidam & (ut in præcedentis epigr. argumento) Dædali fab. in ſupplicium agenti, dum pegmate excuſſus, quaſi è Minois avolaturus in feras decideret, inſultans optat Dædali (ut eſt in fab.) pennas.*

DÆdale, Lucano cùm ſic lacereris ab urſo,
Quàm cuperes pennas nunc habuiſſe tuas!

Simile quid de Icaro juxta Nonnis ἔξ-ὐσχον decidente, vide apud Tranq. Ner. c. 12.

## ¶ De Orpheo. XI.

*Orphei fab. in Amphitheatro exhibita eſt. Damnatus verò quiſpiam (ut dict. ſupra in argum. 7. epigr.) verè ab urſo laniatus eſt, ut Orpheus à Bacchis diſcerptus ferunt.*

QUidquid in *a* Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatris
Dicitur, exhibuit, Cæſar, arena tibi. (atro
*b* Repſerunt ſcopuli, mirandaq; *c* ſylva cucurrit,
Quale fuiſſe *c* nemus creditur Heſperidum.

*a* Threicius Valerius ceu planicie ad Hebrum ad Rhodopenve, quæ ad ſimilitudinem veri theatri refert poeta, ut Ovid. 11. Met. *Mænades Orphei titulum rapuere theatri.* *b* Hæc a. vel per machinamenta ὑδροσπαστικὰ. vel ab hominibus in cruneis arborum ſcopuliſque latitantibus movebantur. *c* Horti aureis pomis, i. citriis (ut refert e Jubæ commentariis Æmylianus apud Athenæum. l. 3. c. 6.) inſignes, quos habuerunt in extrema Æthiopiæ parte filiæ Heſperi fratris Atlantis.

Adfuit immixtum *d* pecudum & genus omne fera-
Et ſupra vatem *e* multa pependit *e* avis. (rum,
Ipſe ſed *f* ingrato jacuit laceratus ab urſo.
*g* Hæc tamen ut res eſt facta, ita ficta alia eſt.

*d* Al. *Pecori.* al. *pecudum genus atque ferarum.* ſed acutiori ſenſu retineatur vetus lectio, neq; enim pecudes domeſticæ, ſed feræ Orpheum inſecutæ, quas voce illius blanda citharæq; ſono delinitas crederes pecudes. *e* Filo vel reti coercitæ tenuiſſimo ne avolarent, aves multæ. *f* Male vatis muſicam compenſanti. *g* Supra ep. 9. n. 1.

## De Rhinocerote. *XII.*

*Rhinoceros agre leniteque irritatus prater ſpem tandem in feras irruens taurum jactabat non ſecus ac taurus pilam.*

PRæſtitit exhibi us totâ tibi, Cæſar, arenâ,
Quæ non *a* promiſit, prœlia *b* rhinoceros.
O quam terrabiles exarſit pronus in iras!
Quantus erat cornu, *c* cui pila taurus erat!

*a* Sic infra ep. 13. *Deſperabamur promiſſi prælia Martis*, a Cæſare ſc. promiſſi vult Joſ. Scal. hic ergo legit *promiſſi*. Quod mihi durius videtur quam noſter dare aut etiam ferre potuerit. *b* Ingens bellua cui nomen dedit τὸ ἐπ' ἀκρᾷ τῇ ῥινὶ κέρας, ᾧ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ ἐ μέγα. Pauſan. l. 9. quamvis & hæc relatio de 2. cornibus non ita gravi fide conſtet. *c* Epigr. 52. lib. 14. & ep. 14. infra.

## De rhinocerote. *XIII.*

*a* Feras ad pugnam irritare ſolebant ſtimulis, igne, flagellis, pilis, mappis, modo ep. 14. 2.

*a* SOlicitant *b* pavidi dume rhinocerota magiſtri,
Seque diu magnæ colligit ira feræ;
Deſperabantur promiſſi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus antè furor.
Namq; *d* gravem gemino cornu ſic extulit urſum,
Jactat ut impoſitas taurus in aſtra *e* pilas.

*b* Verentes ne an ſe beſtiam moverent, *Vel* ne, ſi non moveretur in pugnam, populo diſplicerent qui lentas oderat pugnas, ut ultimo ſequentis ep. verſu. *c* Supra ep. 9. *d* Gemino cornu infeſtum urſum. Ita legendum divinabat I. Douſa, aſſenſit Joſ. Scal. expoſ. P. Scriv. non ut vulgo *urſum*. vide ep. 12. not. b. *e* Ep. ſeq. n. b.

## De tauro & elephante. *XIV.*

*a* Tauros irritare ſolebant & ad pugnam, incitare igni, ſtimulis & pilis —

QUi modò per totâ, *a* flammis ſtimulatus, are-
Suſtulerat raptas taurus in aſtra *b* pilas; (nam
Occubuit tandem cornuto ardore *c* peritus,
Dum facilem tolli *d* ſic elephanta putat. *e*

*b* —quæ fiebant ad effigiem humanam e pannis purpureis fœno ſtramineve ſuffertis, quo colore tauri maxime efferantur. Sen. 3. de Ira c. 30. Plut. connub. præcept. *c* Ramirez e ver. c. legit *potitus* hac mente: dum incitatus & ardens ira taurus cornuum vi fretus elephantem riſus eſt in altum tollere. Legunt alii *Peritus*, exponun que *ardore cornutum* irati elephantis dentes, quos ſunt qui cornua eſſe contendant, vide lib. 1. ep. 64. n. 6 MS. Bodl. *cornuto abs ea peritus.* *d* Eadem facilitate qua pilas. *e* Hic retrahendum putat Rutgerſius fragmentum quod ſub fine hujus lib. habetur. *C d ve majori, virtutis fama ſecunda eſt. Illa gravis palma eſt, quam minor h ſtis habet.* atque adeo concinnari conſummatique epigr.

De

## De tigride, & leone. *XV.*

LAmbere ſecuri dextram conſueta magiſtri,
Tigris, ab Hircano gloria *a* rara jugo.
Sæva ferum rabido laceravit dente leonem:
Res nova, non ullis cognita temporibus.
Auſa eſt tale nihil, ſylvis dum vixit in altis?
*b* Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis habet.

*a* Non ita frequens huc adducta ex Hircaniis ſylvis, videturque reſpicere ad morem ſurripiendi catulos Tigridis, cum a fœtus inſidiis ereptos videt, inſequitur raptorem animal perniciſſimum, ille unum abjicit e catulis, quem mater ad cubile reportat, rurſuſq; raptorem inſequenti alterum abjicit, mox tertium, &c. ita ille unicum vix nactus navim conſcendit. Plin. 8. c. 10. Solin. 27. c. *b* Ad nos tralata fortior & animoſior facta eſt.

## De Leone qui gubernatorem offendit. *XVI.*

*Cæſarem à juſtitiâ laudat, qui leonem quòd magiſtrum, laſerat occiderátve telis confoſſum interfici juſſit.*

LÆſerat *a* ingrato leo perfidus ore magiſtrum,
Auſus tam *b* nov'as contemerare manus:
Sed dignas tanto perſolvit crimine pœnas:
Et qui non tulerat verbera, *c* tela tulit.
*d* Quos decet eſſe hominũ tali ſub principe mores,
Qui jubet *e* ingenium mitius eſſe feris?

*a* In cuſtodem, rectorem manſuetarium, ſed ὃν ἔτι λέων ἀνδρὸς ὄρχια πτ. *b* Magiſtri coercentis, vel forte irritantis, ut epigr. 13. ſupra. *c* Venabula, jacula conficientium. *d* A minori. *e* Hemiſtichium ex Ovidiano illo, eleg. 10. l. 1. *Turpe erit ingenium mitius eſſe feris.*

## Dama ſupplex. *XVII.*

COncita veloces fugeret cùm dama moloſſos,
Et varia obliquas necteret arte moras.
Cæſaris ante pedes ſupplex, ſimiliſque roganti
Conſtitit; & prædam non tetigere canes.
Numen habet Cæſar, ſacra eſt vis, ſacra poteſtas!
Credite: mentiri non didicere feræ.

## De ſupplice elephante. *XVIII.*

QUòd pius, & ſupplex elephas te, Cęſar, adorat;
Hic modò qui *a* tauro tam metuendus erat:
*b* Non facit hoc juſſus, nulloq; docente magiſtro:
Crede mihi, *c* numen ſenſit & ille tuum.

*a* ſupra ep. 14. *b* Facit hoc non a magiſtro juſſus & edoctus ne alibi elephantes. ſic ep. 15. & 91. lib. 1. docile animal elephas & religioſum, Solem n. & Lunam naturæ inſtin. cto adorat. *c* MS. Bodl. *noſtrum ſenſit & ille Jovem.* MS. Scriv. *Deum, i. Cæſarem.*

De

## De Urſo. XIX.

*Novum venationis genus prædicat; urſum ſcilicet viſco implicitum.*

*a* Urſus, capiti quod dedit illi natura invalidiſſimum, prætentis anterioribus pedibus demiſſ. quæ ad terram capite ſe in orbem volutare ſolet ad declinandam plagarum vim.

*a* PRæceps ſanguineâ dum ſe rotat urſus arenâ,
*b* Implicitam viſco perdidit ille fugam.
*c* Splendida jam tecto ceſſent venabula ferro;
Nec volet excuſsâ lancea torta manu.
*d* Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

*b* Hæſit viſco impeditus. *c* Poſtquam nova hæc & tuta inventa eſt feratum viſcatio, ceſſent corytis recondita venabula quibus cominus, & lanceæ quibus eminus feras confiximus. *d* Argute cludit ep. antithetis ex permutatione utriuſque artificii. *deprehendere* p. proprie venatoris, *captare* aucupis eſt. *vel ſic*, Quid jam ſupereſt niſi ut feræ etiam volitent eaſque capiat venator, namq; eadem arte capiuntur, qua aves?

## De ſue quæ ex vulnere peperit. XX.

*a* Amphitheatralis venationis quæ Dianæ ſacra.
*b* Pugnas.
*c* Cum emiſſa manu lancea fix. feram ſuem fugientem.
*d* O Diana, Lucina, Ilythia, Dea parturientibus præfecta, crudeliter ſane obſtetricio defungeris officio, ſi per vulnus pariendum ſit. *e* Et tamen pluribus voluiſſet mori vulneribus ut per vulnera ſuculis pluribus naſcendi pateret iter. *f* Vulneris & funeris. *g* Semeles a Jove fulminatæ utero extractum, Joviſque femori inſutum, Dithyrambum.

INter *a* Cæſareæ *b* diſcrimina ſæva *a* Dianæ
*c* Fixiſſet gravidam eum levis haſta ſuem,
Exiluit partus miſeræ de vulnere matris.
*d* O ſucina ferox, hoc peperiſſe fuit?
*e* Pluribus illa mori voluiſſet ſaucia telis,
Omnibus ut naris *f* triſte pateret iter.
Quis negat eſſe *g* ſatum materno funere Bacchũ?
Sic genitum numen credite: nata fera eſt.

## ¶ De eâdem. XXI.

*a* Ep. præced. *levi* quia volatili, hic *gravi*, quia lethali.
*b* Suam amiſit, ſuculo dedit.
*c* Quæ certo jaculatur, errare neſcit.
*d* Venatricis & obſtetricis.

ICta *a* gravi telo, confoſſaque vulnere, mater
Sus *b* pariter vitam perdidit, atque dedit.
O quàm certa fuit librato dextera ferro!
Hanc ego *c* Lucinæ credo fuiſſe manum.
Experta eſt numen moriens *d* utriuſque Dianæ;
Quaq; ſoluta parens, quaq; peremta fera eſt.

## De eâdem. XXII.

*a* Partui proxima.
*b* Rectius legas *pignore*, namque unicum peperit ſuculum, cæteri matris funere tumulati.

SUs fera *a* jam gravior, maturi *b* pignora ventris
Emiſit fœtum, vulnere facta parens.

Nec

Nec jacuit partus, ſed matre cadente cucurrit. *c Caſu, ubique talet.*
*c* O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!

## De Carpophoro venatore. *XXIII.*

*Carpophorum propè adoleſcentem Domitiano charum, virtutis gloriaq; ſtudio in Θηριομαχίας Amphitheatrales deſcendentem Meleagro & Herculi præfert. ut infra ep. 27. Jaſoni & Theſeo. vid. & ep. 24.*

*a* SUmma tuæ, Meleagre, fuit quæ *a* gloria famæ: *a* Calydonius aper neglecta Dianæ vindex, a Meleagro (vel ut alii ab Atalante) cæſus.
*b* Quantula Carpophori portio, fuſus aper!
Ille & *c* præcipiti venabula condidit urſo,
*d* Primus in Arctoï qui fuit axe poli;
Stravit & ignotâ ſpectandum mole leonem,
*e* Herculeas potuit qui decuiſſe manus;
Et voluerem *f* longo *g* porrexit vulnere pardum,
*h* Præmia cùm laudis ferret, adhuc poterat.

*b* Quota pars eſt jamæ Carpophori? *c* Vide not. 2. in epigr. 19. ſupra, &c. *d* Maximus in eis qui ſub plaga Arctô ſubjecta aut vicina. vide ſupra notam *c* ep. 9. alii ad Helicen urſam cœleſtem reſpicere poetam volunt. Aſſonæ & Liræ. *e* Inſtar Nemeæi illius quem ſtravit Hercules. *f* Eminus lancea, haſta miſſa. *g* Occidit, forte a more extendendi & collocandi defunctos ſuperum. *h* Indefeſſus adhuc & integris viribus, perinde ac recens novæque pugnæ potens.

## * De Carpophoro. *XXIV.*

* Vide ep. præced.

*a* DOrica quàm certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!
*b* Ille tulit geminos facili cervice juvencos;
Illi ceſſit atrox bubalus atque biſon.
Hunc leo cùm fugeret, præceps in *c* tela cucurrit:
I nunc, *d* & lentas corripe, turba, moras.

*a* Græca, ab inventore Græco Plin. c. 36. l. 8. Aliis Laconica. Lacones n. venatores ſtrenui, iidem Dorici generis fuerunt, *Vel* a Doride in qua Pindus mons, opt. materiæ ad haſtilia ferax vide Turnebi adv. 17. l. 2. c. legitur & *Norica*, quæ regio armorum fabrica illuſtris. *b* Idem Carpophorus facili cervicis deflexione agilique corporis declinatione excepit 2 tauros, eoſq; prehenſis cornibus humi affixit. *c* Subſeſſorum; qui in inſidiis latent, in venatoris ſubſidium ubi opus ſit. *d* Neque n. habet populus quod hic quæratur de tarditate congreſſus, quæ alias illi molеſta. vid. ſupra ep. 13. fol. b.

## Blanditur Cæſari. *XXV.*

*Supra ep. 23. Carpophoro Meleagrum & Herculem poſtpoſuit, hic eidem Herculem, Theſeum, Bellerophontem, Jaſonem, & Perſeum.*

SEcula Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent,
*a* Jam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.

*a* Alii leg. *Jam nullum in monſtris*. Unde Scriverius parum immutatum legit, *Jam nullo in monſtris*, hac mente. Non opus fuiſſet toto orbe peragrato ad monſtra diverſis in partibus domanda, in uno Amphitheatro unus ſuffeciſſet Carpophorus. Sed MS. Bodleianus clare habet, *Jam nullum a monſtris orbe f. op. i.* Nullum orbi à monſtris fuiſſet negotium aut periculum.

*b* Non

*b* Urbs illa Attice non timeret Cretæum taurum, ab Herc. cæsum, quod tamen Theseo ascribitur.

*c* Non sylva Nemeæa inter Cleonas & Philuntem.

*b* Non Marathon taurum, *c* Nemeë frondosa leonẽ,
Arcas Mænalium non timuisset aprum.
Hæc armata manus *d* hydræ mors una fuisset,
*e* Huic percussa foret tota Chimæra semel.
*f* Ignipedes posset *g* sine Colchide vincere tauros:
Solvere & *h* Hæsionem solus, & *i* Andromeden.
*k* Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

tim. leonem, non Arcadia aprum, quos confecit Hercules. *d* Repullulantibus capitibus crescens malum uno ictu simul interfecisset. *e* Idem MS. Bodl. habet *Hinc*, ab hac manu, vel uno ictu periisset triforme illud monstrum Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δ' δράκων, μέσση δ' χίμαιρα. quæ a Bellerophonte domita est non sine diutino prælio. *f* Al. *Æripedes*, χαλκοπόδας. melius legas *Igni vomos*, φλόγα πυριόωντα. *g* Absque Medeæ ope & arte. *h* Laomedontis filiam certo explicam quam asseruit Herc. *i* Cephei & Cassiopes filiam, quam certo expositam liberavit Theseus. *k* Ite jam, subducite rationes, competentis Herculis labores per omnem vitam non excessisse XII. numerum: Carpophorus unó spectaculo XX. stravit feras.

## Fœminæ in Amphitheatro cum Leone certamen. *XXVI.*

*Trisci temporis venationibus hasce Cæsaris anteponit, eo nomine, quòd vel fœmina in Amphitheatro leonem interfecerit, quem laborem inter summas Herculis laudes decantarat antiquitas.*

*a* In quibus ipsi viri non victi, sed victores sunt virorum & bestiarum quibuscum committuntur.

BElligeræ invictis quòd *b* Mars tibi sævit in armis;
Non satis est, Cæsar; sævit & ipsa *c* Venus.
*d* Prostratum Nemees & vastâ in valle *e* leonem,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
*f* Prisca fides taceat: nam post tua *g* munera, Cæsar,
Hæc jam *h* fœmineâ vidimus acta manu.

*b* Vitiis sexus, alludit a, ad morem gladiatorum venatorumque habitu dei alicujus pugnantium, nec non ad Amphith. Marti dedicatum, ut & theatrum Veneri. *c* Muliebris sexus ἀντιφρασις Martis bellicosi mollis & imbellis dea, infra nor. h. *d* Alii leg. *Prostratum vasta Nemees in valle leonem*, ne otiose abundet &. Dividit & hoc epigr. P. Scriv. legit: *Prostratum Nemeæ, sed vasta mole, leonem, Nobile, &c.* *e* Quem confecit Hercules in sylva Nemeæa, inter Cleonas & Philuntem. *f* Emphatice amplificatrix veri vetustas, quæ incerta in majus ferre soler. *g* Munera proprie ad gladiatorios ludos spectantia: sed & includunt naumachias & venationes: quæ vel singulæ, ejusq; bestiarum inter se commissarum, aut bestiariorum θηριομάχων, qui cum feris congrediebantur, aut ubi victi objectabantur feris capitis reis, malefici, & miselli Christiani: vel *direptionis* missi ium per tesseras vel sine tessera. *h* Namque & in Romanam arenam descendere sustinuerunt fœminæ. Xiphilin. in Nerone & Tito. Sueton. Ner. c. 11. Tacit. Annal. 15. Juvenal. 1. sat. 22. vers.

De-

## De pari gladiatorum. *XXVII.*

(Triumphum,

*a* DUm peteret pars hæc Myrinum, pars illa
*b* Promiſit pariter Cæſar utràque manu.
Non potuit melius *c* litem finire *c* jocoſam.
O dulce invicti principis ingenium!

*a* Dum auctarium vel ſuppoſititium alteri gladiatori, poſtularet populi pars alia Myrinum (de quo ep. 26. l. 12.) alii Triumphum, duos e gladiatoribus quos viribus, arte, ornatu eximios alebat propriis & peculiares ſibi Cæſar. Sueton. Domit. 4. *b* Utrumque par ſignificavit, ſe daturum utrique exporrecta mano, ſalutationis & conſenſus nota, e caſtris in Arenam tranſlata. *c* Studium populi alterius alterum petentis, quæ Auſonio, *cuneati læta theatri Seditio.*

## De Priſco & vero gladiatoribus. *XXVIII.*

*Martiali epigramma hoc adſcriptum Ioſ. Scaliger primus publicavit, cujus hæc ſententia. Par gladiatorum poſtulatitium vel à Cæſare exhibitum (ut præced. ep.) ubi diu æquo pugnaſſet Marte, populus vel favore vel moræ tædio miſſionem utrique gladiatori petiit. Cæſar arenæ lege jubet agi, nec dirimi certamen fert niſi altero victo. Spectantem interea populum donis & miſſilibus moratur. utrique tandem ſimul ictu pari laſo palmas miſit & rudes.*

Deſiderantur quæ ſequuntur epigr. in Ms. Bodl.

CUm traheret Priſcus, traheret certamina Ve-
Eſſet & æqualis Mars utriuſque diu; (rus
*a* Miſſio ſæpe *b* viris magno clamore petita eſt:
Sed Cæſar legi pariit ipſe ſuæ.
Lex erat *c* ad digitum poſitâ concurrere palmâ.
Quod lucri, *d* lances, donaque ſæpe dedit.
Inventus tamen eſt finis diſcriminis æqui,
Pugnavere pares, ſuccubuere pares.
Miſit utrique *e* rudes, & *f* palmas Cæſar utrique:
*g* Hoc pretium virtus ingenioſa tulit.
Contigit hoc, nullo niſi te ſub principe, Cæſar,
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

*a* Miſſio erat quoties læſus aut victus victori eripiebatur a principe vel munerario ex faventia populi, quam ſignificabat preſſo pollice. *b* Gladiatoribus. *c* Concurſu digitorum, i. micatione palmam inter ſe ſortiri. P. Scr. quem vide, alii ſublato digito ſe victum agnoſcere. *exp.* *d* Obſonia in lancibus & dona, ut reficeret animumque adderet gladiatoribus; vel populo quo patientius ferret longæ pugnæ moram. *e* Scipiones; quibus veterani gladiatores donati in ſignum magiſterii, liberi ab arena in reliquum vitam pronunciabantur. *f* Præſentis certaminis præmia. *g* Miſſionem, palmam, & rudem.

Alterum

## Alterum. *XXIX.*

CEdere majori, virtutis fama ſecunda eſt.
Illa gravis palma eſt, quam minor hoſtis habet.

## Ad Cæſarem. *XXX.*

* Hæc diſticha, vel mutila ſunt & corrupta, vel Martialis non ſunt, ex fragmentis illi adſcribuntur.

*DA veniam ſubitis: non diſplicuiſſe meretur,
Feſtinat. Cæſar, qui placuiſſe tibi.

## Ad eundem. *XXXI.*

FLavia gens, quantum tibi tertius abſtulit hæres,
Penè fuit tanti, non habuiſſe duos.

FINIS.

a-
r,
r,
er,